



LIBER QUINTVS DE CONTRACTV

emptionis, & venditionis.



OMNIS materia contractuum in duo membra diuiditur: aut enim diuiditur in contractus, qui præcipue fiunt in gratiam dantis, recipientisque; aut in contractus, qui fiunt in gratiam vtriusque, scilicet & dantis, & recipientis. Contractus depositi in gratiam deponentis, regulariter loquendo, fit præcipue. Contractus emptionis, & venditionis, permutationisque, & omnes alij contractus, qui reducuntur ad hanc formam: *Do, vt des: Do, vt facias*, in gratiam vtriusque simul exercentur. Contractus precarij, & commodati, in gratiam recipientis. Inter eos verò contractus, qui in gratiam vtriusque simul contrahentis fiunt, frequentissimus est hic emptionis, & venditionis, vt optimè animaduertit glossator *ad cap. placuit, de empt. & vendit. lib. 3. Decretal.* & deducitur *ex l. 1 ff. de contrahend. empt.* tum, quia ad propagandam vitam humanam magis est accommodatus, & vsui hominum necessarius; tum, quia diffusissimus est in iure, vt constat ex lib. ff. & Codicum, vbi rubricæ plurimæ, viginti supra septem numero, de illo referuntur: cum enim hominum conuictui, ac communitati Reipublicæ benè institutæ pernecessarius sit, & omnia iura diuina, & humana fraudes odio habeant, ac detestentur; ideo, vt illas effugiamus, per plurimos titulos explicauit ius humanum Codicum, & Digestorum, huiusmodi contractus.

Nos verò has conscientiarum Syrtes, has emptionum, & venditionum Charibdes exponentes, ad quas, tanquam ad infames scopulos, deploranda conscientie naufragia quotidie contingunt, ne ignoracione periculorum, quæ circa has Syrtes solent contingere, se homines excusent, facem hic illis dabimus lucidissimam: quam ob rem non omnes titulos, & rubricas, quæ in iure reperiuntur, explicabimus in hoc libro, sed principales tantum, non ad modum rubricarum, vt Iurisperiti solent, sed nostro more, modoque Theologico, ad rationem questionum. Inquiremusque, quid sit emptio, & venditio; quo iure sit introducta; quid nomine, & appellatione ipsius intelligatur; quis emere, & vendere possit; quæ res venales sint; quo pretio vendi possint. Agemus etiam de forma, & modo contrahendæ emptionis; de ipsius natura, effectibus, pactis, conditionibus inter emptorem, & venditorem initis, & appositis; quando liceat, vel non liceat à contractu venditionis recedere; quæ gabelle in hoc contractu debeantur; & alias questiones de periculo, & commodo rei venditæ, elucidabimus, quæ communiter in vsu hominum sunt.

Quam ob rem, antequam, quid sit emptio, & venditio, videamus, notandum



LIBER QUINTVS DE CONTRACTV

emptionis, & venditionis.



OMNIS materia contractuum in duo membra diuiditur: aut enim diuiditur in contractus, qui præcipue fiunt in gratiam dantis, recipientisque; aut in contractus, qui fiunt in gratiam vtriusque, scilicet & dantis, & recipientis. Contractus depositi in gratiam deponentis, regulariter loquendo, fit præcipue. Contractus emptionis, & venditionis, permutationisque, & omnes alij contractus, qui reducuntur ad hanc formam: *Do, vt des: Do, vt facias*, in gratiam vtriusque simul exercentur. Contractus precarij, & commodati, in gratiam recipientis. Inter eos verò contractus, qui in gratiam vtriusque simul contrahentis fiunt, frequentissimus est hic emptionis, & venditionis, vt optimè animaduertit glossator *ad cap. placuit, de empt. & vendit. lib. 3. Decretal.* & deducitur *ex l. 1 ff. de contrahend. empt.* tum, quia ad propagandam vitam humanam magis est accommodatus, & vsui hominum necessarius; tum, quia diffusissimus est in iure, vt constat ex lib. ff. & Codicum, vbi rubricæ plurimæ, viginti supra septem numero, de illo referuntur: cùm enim hominum conuictui, ac communitati Reipublicæ benè institutæ pernecessarius sit, & omnia iura diuina, & humana fraudes odio habeant, ac detestentur; ideo, vt illas effugiamus, per plurimos titulos explicauit ius humanum Codicum, & Digestorum, huiusmodi contractus.

Nos verò has conscientiarum Syrtes, has emptionum, & venditionum Charibdes exponentes, ad quas, tanquam ad infames scopulos, deploranda conscientie naufragia quotidie contingunt, ne ignoratione periculorum, quæ circa has Syrtes solent contingere, se homines excusent, facem hic illis dabimus lucidissimam: quam ob rem non omnes titulos, & rubricas, quæ in iure reperiuntur, explicabimus in hoc libro, sed principales tantum, non ad modum rubricarum, vt Iurisperiti solent, sed nostro more, modoque Theologico, ad rationem questionum. Inquiremusque, quid sit emptio, & venditio; quo iure sit introducta; quid nomine, & appellatione ipsius intelligatur; quis emere, & vendere possit; quæ res venales sint; quo pretio vendi possint. Agemus etiam de forma, & modo contrahendæ emptionis; de ipsius natura, effectibus, pactis, conditionibus inter emptorem, & venditorem initis, & appositis; quando liceat, vel non liceat à contractu venditionis recedere; quæ gabelle in hoc contractu debeantur; & alias questiones de periculo, & commodo rei venditæ, elucidabimus, quæ communiter in vsu hominum sunt.

Quam ob rem, antequam, quid sit emptio, & venditio, videamus, notandum

dum est imprimis ex Molin. tom. 2. de iustit. tract. 2. disp. 336. initio; & ex Fabiano de Monte de empt. & vendit. quest. 1. num. 5. olim ante inuentam pecuniam, nullos viguisse contractus emptionis, venditionisque, sed tantum in vsu hominum fuisse contractus permutationis, permutante homine rem vnā pro alia, v. c. vinum pro oleo, oleum pro panno, bouem pro equo, equum pro frumento, sicut hodie faciunt Lapianæ gentis populi prope Vpsaliam in regno Gothiæ, & Sueciæ, teste Damiano de Goes, Equite Lusitano, in epistola ad summum Pontificem, data anno 1540. Kalendas Septembrias, quæ inter varia illius opuscula reperitur. Hi enim populi gentilica infidelitate, barbaricque obcæcati nauigationi tantum, & piscationi insistant, & in suis contractibus sola permutatione vtuntur, agros non colunt, cymbis vtuntur absque ferreis clauis compactis, quibus onustis piscibus aëre exsiccat, animaliumque pellibus ad vicinos nauigant, vt permutatione dumtaxat, annonam, & quæ sibi ad vitam sunt necessaria, acquirant, nullo sermone adhibito, sed solis nutibus agentes, propter linguæ asperitatem. Postea verò decursu temporis, ob rerum inæqualitatem, inuenta est pecunia, quæ in emptionibus inseruiret, & à principio quidem pede pecudum, capræ, vel bouis in charta, vel corio impresso, pro more diuersarum gentium, excusa fuit, inde à pecude pecunia dicta est; teste Plinio lib. 33. cap. 3. Et apud Romanos, teste eodem Plinio, non ouino, non caprino pede, sed pede bouis signabatur. Hinc illa parœmia Manutij, *Bouem habet in lingua*; id est, pretio, & pecunia corruptus est. Hinc etiam depeculare, & depeculatores dicuntur illi, qui per fas, & nefas nullum reuerentes numen, pecunias vi, furto, & rapinis auferunt; qui plura de hac re desiderat, adeat Cerdam ad illum Virgilij locum *Ancidos* 1.

Mercatique solum, facti de nomine, Byrsam,

Taurino quantum possint circumdare tergo.

4. Adhuc tamen inturgescente hominum auaritia, propter rerum inæqualitatem, quibus frequenter egebant, nimirum calceorum ad domum, domus ad bouem, bouis ad pallium, vel tunicam, ex variis metallis pecunia confecta est, & simul cum ipsa pecunia contractus emptionum, & venditionum esse cœperunt; & planè quia ipsa pecunia ad rerum commercia exercenda, autoritate publica introducta est, inde colligi potest, ipsos emptionis, & venditionis contractus iure gentium fuisse in orbem introductos, constat ex *l. hoc iure, ff. de iustitia, & iure*, docet Fabianus de Monte *dict. quest. 1. num. 4* licet enim glossa in *l. eas causas. C. de redim. captiuas*, dixerit, contractus emptionis, & venditionis, esse de iure naturali, id quidem intelligendum est, quantum ad valorem, & æqualitatem pretij, seu pecuniæ, & rei venditæ; non quantum ad primam inuentionem, & introductionem huius contractus. nam quoad istam primam inuentionem, est inuentio pecuniæ, de iure gentium, quod est proximum iuri naturali, quoad æqualitatem verò valoris rei, ad pretium pecuniæ, est de iure naturali, & hoc modo vtraque opinio Fabiani, & glossæ, optimè conciliatur.
5. Hinc, quia pecunia autoritate publica ad rerum commercia exercenda recepta est, & res vendibiles, eadem quoque autoritate, pretium taxatum habent, *¶ § vox*, id est, lege seu regula, & norma publica, nummus fuit appellata, & quia, vt docet Aristoteles *lib. 5. Ethicorum, cap. 5.* pretium est norma & mensura rerum omnium vendibilium, ideo regula, & norma publica, pecunia appellatur.
6. Notandum verò est, moribus gentium receptum esse, præfigi nomen Dei in vestibulo instrumentorum, & contractuum emptionis, & venditionis: omnes enim huiusmodi contractus, qui publico instrumento conficiuntur, incipiunt,

In nomine Dei, amen. Sciant omnes, qui huiusmodi instrumenta viderint, &c. quod non recens, non nouum, sed vetustissimum institutum est. Plato enim, initium cuiusque rei à diuino, & immortalis nomine auspicandum esse, ait; hinc in epistola quadam, in omnibus, inquit, quæ vel dicimus, vel cogitamus, vel agimus, initia à Deo ducenda sunt. Quod in instrumentis, & contractibus venditionum, multis de causis, fit. *Primò*, ad firmandos contractus firmitate Numinis diuini, sine Deo enim, nihil firmum, nihil stabile esse potest. *Secundò*, vt ab hominum commercio omnis fraudis, dolique species exulet. *Tertiò*, vt Deus optimus, totius assertor, authorque veritatis, in testem, pro veritate contractus asserenda, producat. *Quartò*, vt ipse, tanquam scelerum ultor, ac vindex, districto ense vindictæ in eos seuerissimè animaduertat, qui contractui non steterint. *Quintò*, vt ostendatur, in prædictis contractibus, rationem naturalem pro lege, & norma, esse habendam, ideo enim Deus, tanquam naturalis legis author, in illis præfigitur: vt inde tandem discant contrahentes, quòd in prædictis contractibus, magis ratione naturali, quàm iure scripto, vti debeant.

Aggredimur itaque hanc materiam omnium periculosissimam, & conscientiarum tricis intricatam, faxit Deus, cuius velle, posse est, vt locatæ operæ non pœniteat, sed felicem exitum habeat, in cuius gloriam, & honorem, omnes labores nostros, omnesque vigilias referimus, qui noster est scopus, ad quem semper collimamus.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit emptio, & venditio? quid nomine illius intelligatur; an prohibita, vel promissa venditione, prohibeantur etiam, vel permittantur omnes aliæ species alienationis.

- 1 Quid sit venditio, & n. 2.
- Mercis appellations, quid intelligatur. *ibid.*
- 3 Quos contractus excludat definitio venditionis; de ratione illius non est, vt actu dominium rei vendita in emptorem transferat, sed quod sit apta transferri, & n. 5.
- 4 Est contractus ultro, citroque obligatorius.
- 5 Consensus est necessarius ad venditionem.
- Litteris inter abentes fieri potest, & nutibus fieri potest inter presentes. *ibid.*
- An consensu dolo, & per vim, aut iniuriam, præstitus, venditionem irritet, *ibid.* vers. Dicitur est solo nudo.
- 6 Quid nomine rei vendita, vel vendenda, intelligatur in definitione venditionis.
- 7 Quid nomine pretij.
- 8 An requiratur ad substantiam venditionis, quòd pretium, vel pars illius statim tradatur.
- 9 In quo distinguatur contractus venditionis, à contractu permutationis, & emphyteusis.
- 10 An in erectione capelle, vel maioratus, prohibita, vel concessa venditione, censeatur etiam prohibita, vel concessa, donatio, permutatio, oppugneratio, vel hypotheca, aut emphyteusis, & num. seqq. vsque ad 15. & præcipue n. 12.
- Bona maioratus an vendi possint pro redemptione successoris capiti, n. 13.
- 11 An si venditio prohibeatur in dispositione alienationis, &c.

ius testatoris, censeantur eo ipso prohibita omnes aliæ alienationis species, & deinceps præcipue n. 13.

15. Quid, si prohibeatur per legem aliquam, aut statutum.

EMPTIONIS, & venditionis descriptio sic traditur à Fabiano de Monte de *empt. & vendit. quest. 1. num. 1.* & à cæteris Iurisperitis: Est contractus bonæ fidei ultro, citroque obligatorius, qui consensu, & pretio perficitur. Rebellus verò 2. p. de obligat. iust. lib. 9. quest. 1. sect. 1. emptionem sic describit: Est verus contractus, qui solo nudo, & libero consensu perficitur, rei acceptæ, vel accipiendæ pro pretio dato, vel dando. Venditionem autem sic: Est contractus pretij accepti, vel accipiendæ, pro re data, vel danda. Lessius tomo 1. de iust. lib. 2. cap. 11. dub. 1. n. 1. cum iure civili peritis ad leg. 1. ff. de contrah. empt. & vendit. sic: Emptio est pactio pretij pro mercede. Venditio est pactio mercedis pro pretio. Molina tom. 2. de iustit. tract. 2. disp. 336. vers. Fortasse, cum Lessio consentit, imò Lessius cum Molina, utpote antiquiore. Sotus lib. 3. de iustit. quest. 2. art. 1. sic: Emptio est contractus, seu contractio; venditio est distractus seu distractio: rei pro pretio. Alij tandem sic: Venditio est pactio, qua res pro pretio; emptio verò est pactio, qua pretium pro re promittitur.

Omnes hæc descriptiones in idem recidunt: ex illis tamen omnibus, illam Rebelli meliorem iudico: nam illa Lessij, Molinæ, & Soti, in qua venditionem, & emptionem, contractum appellant pretij pro mercede, aut mercedis pro pretio, est valde diminuta, quia ad venditionem tantum rerum mobilium se extendit, & non comprehendit venditiones, & emptiones rerum immobilium, cum tamen hæc emptiones frequentius de rebus fiant immobilibus. in iure enim, mercis appellatione, res tantum mobiles vendibiles veniunt, non immobiles vt habetur l. 66. ff. de verb. signific. qua de re videndus est Rebuffus ad eam legem. Provisio

sio autem de re vendenda, aut emenda, non est venditio, neque emptio, sed est tantum promissio, ex qua resultat obligatio ad emptionem, & venditionem, postea faciendam, ut patet ex glossa ultima ad leg. Titius, ff. de pignor. act. Vnde sicut diuersum quid est vendere, & promittere, ita diuersa est obligatio, quæ oritur ex venditione, & ex promissione venditionis. Illa enim prima semper est obligatio ex iustitia, hæc secunda poterit esse ex fidelitate, ut patebit infra; cum egerimus de contractu promissionis. Præterea, definitio Soti non potest soli emptioni, & venditioni aptari; laxior enim est, & comprehendit etiam permutationem, & locationem, & emphyteusim, cum in illis etiam contractus, & distractus inueniantur; quare solam Rebelli descriptionem aptiorem ad naturam huius contractus explicandam, iudicamus.

3. Singulas igitur particulas definitionis Rebelli, explicemus, *Est contractus verus*. Dicitur *verus*, hoc est, bonæ fidei, ad excludendos contractus fictos, & malæ fidei, irritos, vel irritandos, quales sunt omnes, qui fiunt contra leges illos prohibentes. Dicitur *contractus*, non alienatio, quia de substantia, & ratione venditionis non est, quod ita res actualiter distrahatur, ita ut dominium illius in emptorem actu transferatur; sed quod sit ex natura sua translatiua dominij, & quod venditor, ex vi huius contractus, maneat obligatus ad illud transferendum, ut patebit infra num. 7. & 9. nam venditio rei furtiua, & alienæ, valida est, ut docet Bartol. in l. si is, qui pro empt. §. finali, ff. de usucapio. & probat textus in l. rem alienam, & in l. si in emptione, §. item si emptor, ff. de contrab. empt. dominium tamen illius in emptorem non transfertur, nec enim venditor potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet in re vendita; quare, cum nullum habuit, nullum transferre potuit. l. nemo plus, ff. de reg. iuris, l. traditio ff. de acquir. rer. dom. cap. nemo potest, de regulis iuris, lib. 6. cap. nuper de donat. inter virum, & uxorem. Licet tamen valida sit prædicta venditio rei alienæ, non nocet talis venditio vero domino, quia potest illam vindicare, ubi reperta fuerit, l. in alienum, C. de furtis, l. 1. C. de usucap. pro empt. Afflictis decis. 20. num. 1. Solùm ergo de ratione venditionis est, quod sit ex natura sua apta dominium transferre in emptorem, licet actu non transferat. patet hoc exemplo, quod affert Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 327. vers. secunda conclusio, in med. Si fur furtiuum equum, vel vas argenteum, vendat, dominium pretij ad furem venditorem pertinet, non ad dominum equi, aut vasis argentei, ut habetur in l. qui vas, §. ultim. ff. de furtis. & in l. 49. tit. 5. part. 5. docentque Pinellus C. de resc. vend. part. 2. num. 15. & Vallascus de iure emphyt. quest. 19. num. 2. & tamen dominium rei venditæ non fuit translatum in emptorem; non enim potuit fur illud in illum transferre, cum nunquam illud habuerit. aliunde verò, cum fur verum dominium pretij, rei furtiua, (bona fide sibi ab emptore vero domino pecuniæ dati) comparauerit, vera fuit venditio; & tamen dominium rei non fuit in emptorem translatum; quia dominus equi vbicumque illum inuenit, poterit illum ab emptore vindicare; & emptor tenetur illum ei restituere; tenetur tamen fur venditor de euictione equi, ipsi emptori, cui illum vendidit. Vnde sequitur, contractum venditionis non semper actu transferre dominium rei emptæ in emptorem, esse tamen ex natura sua aptam ad illud transferendam, nisi aliunde impediatur.

4. Dicitur *ultrò, citroque obligatorius*, quia venditio vtrinque obligat, tam ex parte venditoris, quam

emptoris. quæ particula reiicit omnes contractus, qui sunt ex vna tantum parte obligatorij, ut contractus mutui, precarij, commodari, donationis simplicis, depositi, & similiter, in quibus regulariter loquendo, non datur obligatio, nisi ex vna tantum parte, ut constat ex l. Aristo, §. finali, ff. de dolo. & ex l. ad res donatas, ff. de edilit. edict.

Dicitur, *qui solo nudo, & libero consensu perficitur*, quia hæc particula reiicit omnes contractus, qui præter liberum consensum, alias solemnitates iuris ad suum valorem requirunt, quales sunt omnes stipulationes. Dicitur, *solo nudo, & libero consensu*, quia perficitur huiusmodi contractus, & in conscientia obligat solo libero consensu, absque alia solennitate iuris, nec requirit ad suam perfectionem, traditionem, aut partem traditionis rei, & pretij, in eodem conscientia foro, aut præsentiam contrahentium, ut docet Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 1. num. 1. vers. porro, & Theologi communiter; vnde inter absentes, literis; inter præsentem, signis, & nutibus contrahi potest, l. 2. ff. de oblig. & ait l. final. C. si quis alteri, vel sibi, §. unico, iustit. de obligat. ex consensu, glossa in l. finali, C. de inutili stipulatione. Ordinatio Lusitana l. 6. tit. 1. in principio. licet forte, ut in foro externo, obliget, & perfectus sit, præter ipsum consensum, traditionem, saltem inchoatam, requirat; tanquam vltimum complementum ipsius contractus, ad quod partes peruenire intendunt. Hinc, quando in hoc contractu apponitur aliqua pœna, si ab eo resiliatur, intelligenda ea est de venditionis contractu vtrinque per traditionem, aut saltem partis traditionis, rei & pretij, perfecto, ut infra suo loco dicetur.

Dicitur est, *libero*, quia contractus venditionis, est contractus bonæ fidei, & consensus præstitus per dolum, aut per vim, & iniuriam, extortus, non sufficit, nec bonam fidem præstare potest. patet ex l. si dolo, C. de rescind. vendit. ibi, si dolo aduersarij deceptum venditionem prædij te fecisse dicas, Præses pronuncia aditus animaduertit, sciens, contrarium esse dolum bonæ fidei, quæ in huiusmodi maximè contractibus exigitur, rescindi venditionem iubebit. ubi notabis, talem venditionem non esse ipso iure irritam, sed officio iudicis irritandam, probato dolo, qui causam dedit contractui, quod etiam notauit glossa ibi in propositione casus, constat enim ex l. si voluntate, eodem tit. ibi, Dolum ex calliditate, atque insidijs emptoris, argui debet, vel metu mortis, ne habeatur rata venditio. Debet igitur probari huiusmodi dolum coram iudice id petente, ut ex officio venditionem rescindat, & probabitur, si probentur calliditas, metus mortis, vel insidiæ illatæ venditori per emptorem, quod significant verba illa legis, *Dolum ex calliditate, atque insidijs, vel metu mortis, argui debet*, id est, probari, ut notat ibi glossa, *verb. argui*. Nec emptor, qui dolum fecit, potest vlla vniquam temporis, etiam longissimi, & annorum mille iuuari præscriptione, ut latè probat per multos, & multa iura Cardosius in praxi iud. verb. emptio, num. 11.

6. *Rei accepta, vel accipienda*. Dicitur *rei*, non mercis, quia, ut diximus num. 2. mercis nomine, res tantum mobiles in iure veniunt, non immobiles. Venditio autem non solum fit de rebus mobilibus, sed præcipuè, & maximè de prædijs, vineis, domibus, & agris, & rebus immobilibus. Dicitur etiam, *rei*, prout res distinguitur contra pecuniam, ut excludantur omnes contractus cambij, in quibus pecunia pro pecunia ex vna parte, & vice, in aliam ambiri solet. Dicitur, *accepta, vel accipienda*; quia ad substantiam contractus venditionis, non est opus,

opus, ut traditio rei venditæ actu fiat, quanuis sine obligatione traditionis, saltem futuræ, intelligi nequeat, solum enim, ut diximus *num. 3.* sufficit, quod venditio de se sit translatiua dominij in alium. Porro, nomine *rei*, intellige tam rem certam, quam dubiam, de qua tamen probabilis sit spes, quod futura sit, quæ licet per se actu non existat, existat tamen in spe probabili, quo pacto venduntur iactus piscationum, partus animalium, & fructus futuri, ut constat ex *l. nec emptio. ff. de contrah. empt. ibi, Nec emptio, nec venditio sine re, qua veniat, intelligi potest, & tamen fructus, & partus futuri rectè emantur.*

7. *Pro pretio.* Dicitur, *pro pretio*, seu pro pecunia.

Primo, quia, ut iam in præludio animaduertimus, ex quo pecunia ad rerum commercia inuenta est, & publica autoritate obliuata fuit, mansit rerum omnium vendibilium norma, & mensura, ut docet Aristoteles *lib. 3. Ethicor. cap. 5.* *Secundo*, quia ipsa pecunia per se, & quatenus pecunia publicè obliuata, vendi non potest; potest tamen per accidens, ratione metalli, & materiæ, & ratione circumstantiæ materiæ coniunctæ, ut quia pulchra, quia vetus, quia ex auto, quia comoda ad illam in aliam orbis partem transferendam.

8. Dicitur, *dato, vel dando*, quia sicut ad substantiam, & valorem venditionis, non est opus, ut res, quæ venditur, actu tradatur emptori, sic etiam non opus est, ut pretium statim tradatur venditori, sed sufficit, quod tradendum sit, & quod venditor, facto contractu, teneatur in conscientia illud tradere. Ponitur hoc coniunctum, *pretium pro re*, aut *res pro pretio*; ut apertè videas, hunc contractum esse reciprocum, & vtrò, citròque obligatorium, & mutuum consensum emptoris, & venditoris requirere, & ut intelligas, venditionem ex natura sua postulare, ut fiat pro pecunia, non pro alia re, alioqui si res pro re detur, non erit venditio, sed permutatio. Si certa pensio annua, pro re aliqua, ut pro prædio, pro vinea, pro agro, vel dono, assignetur, non etiam erit venditio, sed emphyteusis, vel locatio. in his enim distinguitur contractus emphyteusis, à contractu emptionis, & venditionis. *Primo*, quia contractus emphyteuticus sit vel pro pensione annua, vel in pecunia, vel in re alia. Venditio autem non pro pensione annuali, sed pro vno cumulo pecuniæ, sit, vel statim soluenda, vel intra certos dies, annos, vel menses. *Secundo*, quia in contractu emphyteutico, dominium directum rei emphyteuticæ, semper manet apud dominum directum, qui rem emphyteuticam tradidit in emphyteusim: dominium verò utile manet apud ipsum emphyteutam, qui rem in emphyteusim accepit. At verò in venditione, totum dominium, tam utile, quam directum, transfertur in emptorem. *Tertio*, quia venditio, regulariter loquendo, semper sit pro pretio adæquato rei, quæ venditur. Res autem, quæ in emphyteusim traditur, non traditur pro pensione adæquante in valore rem ipsam, aut fructus, illius annuos. ita docet Vallacius *de iure emphyteutico, q. 19. n. 2.* per multos, & multa iura, quæ ibi allegat.

9. 10. Dubium autem præcipuum hic esse potest, vtrum, prohibita, vel concessa venditione per legem aliquam, vel statutum, vel dispositionem testamentariam testatoris, vel fundatoris alicuius maioratus, vel capellæ, censetur etiam prohibita, vel concessa permutatio, donatio, oppignatio, emphyteusis, & omnis alia species alienationis. Et in primis, si loquamur de dispositione

Fagundes de iustitia &c.

alicuius priuati hominis in testamento, aut legato extra fundationem capellæ, & institutionem maioratus: si testator permittat, & concedat venditionem, clarum est, permittere etiam, & concedere omnes species alienationis, & sic posse heredem, & legatarium emphyteutare, permutare, oppignare, vel quouis alio modo alienare rem sibi testamento relictam, ac legatam. *Primo*, quia talis modus disponendi, totus factus est in fauorem heredis, aut legatarij in testamento vocati, & fauores sunt ampliandi, & non restringendi. *Secundo*, quia de maiori præiudicio disponentis agitur in venditione, quam in permutatione, oppignatione, emphyteuticatione, aut in quouis alia alienationis specie, & qui permittit, & concedit maius suum præiudicium, consequenter etiam permittit, & concedit minus, quando illud minus sub maiori continetur, velut species sub genere. *Tertio*, quia in iure, sub nomine venditionis comprehenduntur etiam omnes alij alienationis contractus, quando eadem est ratio de omnibus; quare, concessa, vel permittita à testatore venditione, censentur etiam permittiti omnes alij alienationis modi: patet hoc ex *l. statuliberi à ceteris. ff. de statuliberis, ibi, lex duodecim tabularum, emptionis verbo, omnem alienationem complecti videtur, quoniam qualibet alienatio per imaginariam emptionem, sicut heredis institutio, & emancipatio celebratur.* & id probat Iureconsultus Marcellus in *l. sicuti. §. venditionis. ff. pro quibus modis pign. vel hypoth. solu. & glossa in l. 2. C. de usucapion. pro empto.* docet Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 3. n. 1.* & euidenter constat ex *l. sed quod eas. §. emptione, ff. de pignor.* vbi dicitur, id, quod vendi potest, & emi, posse etiam oppignari, & emphyteutari. Et idem dicendum est, quando aliquis in dispositione sui testamenti aliquid alicui legat, vel relinquit absolutè, & sine vlla concessione; eo enim ipso tunc ei relinquit liberam illius dispositionem, & tacitam alienationem. quare poterit illam vendere, ac permutare, vel quouis alio modo alienare ad libitum suum.

Si testator, vel legator in dispositione sui testamenti, venditionem prohibeat, censetur etiam prohibere omnem alium alienationis modum, & sic prohibita venditione, non potest heres, aut legatarius in testamento vocatus rem sibi testamento, aut legato relictam, donare, permutare, oppignare, aut emphyteutare, vel quouis alio modo distrahere, & alienare. nam quanuis, ex vi verborum, prohibita venditione, non censetur prohibita permutatio, donatio, oppignatio, & emphyteusis; ex præsumpta tamen voluntate disponentis, prohibita censetur, nisi aliunde ex aliqua vrgenti circumstantia, aliud colligatur. ita docet Bartol. in *l. alio, de aliment. & cibor. legat. & in l. filius familias. §. Diui, ff. de legat. 1. & in l. 2. C. de usucapio. & in l. quorundam. ff. de pignoribus.* Diuus in *l. codicillis. §. instituta, de legat. 2.* Fabianus de Monte *de empt. & venditione, quest. 2. num. 18.* Couartuias *lib. 2. variarum, cap. 16. num. 7.* Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 1. glossa 14. num. 13.* Sanchez *lib. 1. de matrimonio, disp. 13. num. 1.* & ratio est. *Primo*, quia testator, qui prohibuit venditionem, effectum magis in suo testamento, quam modum prohibendi, visus est considerasse, hoc est, considerauit magis conseruationem bonorum, quæ testamento legabat, quam modum alienationis, & ideo, nomine venditionis, quam prohibuit, comprehendere voluit tacitè omnem alienationis contractum, per quem dominium, tam utile, quam directum, in alium transfertur. *Secundo*, quia pro-

Ec 2 hibito

CAPVT II.

Quis, & qualis consensus requiratur, ut venditionis contractus, pro utroque foro, obligatorius dicatur, & perfectus sit; & an requiratur, ut fiat scriptura ipsius contractus?

1. Tria sunt de essentia contractus venditionis, & que.
2. Qui, & qualis consensus requiratur ad valorem illius.
3. An contractus venditionis silete celebratus, sine animo contrahendi, ita obliget pro utroque foro, ut in illo teneantur partes contrahentes, stare sensu, quem efficiunt verba externa.
4. An perfecta venditione solo nudo, & libero consensu, sine scriptura, possit uteruis contrahentium alium compellere, ut, ad maiorem firmitudinem illius, scriptura fiat, & cuius expensis tunc facienda sit.
5. An absque scriptura, validus sit contractus, quando in principio illius conuenerunt contrahentes, ut fieret, & n. 9.
6. Perfecto venditionis contractu, neuter contrahentium potest ab eo rescire in conscientia altero inuito.
7. Ad quem tunc periculum rei vendita spectet, & quid, si nondum fuerit res vendita, emproxi tradita.
8. Quid, si post perfectum contractum, ante traditionem rei, res ipsa, ob maleficium venditoris, fisco applicetur.
Quid, si fides habita fuerit de pretio soluendo. ibid. vers. quod si.
9. An, quando initio contractus de scriptura mentio facta est a contrahentibus, & dubitatur, an facta fuerit ad valorem contractus, an ad firmitatem illius, censendum sit, fuisse factam ad valorem.

TRIA sunt de essentia, & valore contractus emptionis, & venditionis, consensus, res, pretium. De consensu patet ex l. omnibus reb. ff. de verb. obligat. ibi, in omnibus reb. que dominium transferunt, concurrat, oportet, affectus ex utraque parte contrahentium; nam nisi in venditione animus utriusque consentiat, perducere ad effectum, id, quod inchoatur, non potest. patet etiam ex l. in venditionibus, ff. de contrab. empt. ibi, in venditionibus, & emptionibus, consensum debere intercedere, palam est. De re, constat ex l. nec emptio, ff. de contrahend. empt. ibi, nec emptio, nec venditio, sine re, que ueneat, intelligi potest. De pretio, constat etiam ex d. l. in venditionibus, & ex §. pretium, Inst. de act. empt. & id docet glossa magna in l. palam, ff. de rerum permut. & Fabianus de Monte in tract. de vendition. quest. 1. num. 1. & 4. & communiter Doctores. Probatumque facile, ad valorem venditionis requiri consensum, rem, & pretium; quia hic contractus est ultro, citroque obligatorius: obligatio autem sine consensu non datur; ergo requiritur utrinque consensus, quo emptor, & venditor ad inuicem obligentur. Per consensum autem obligatur venditor ad tradendam rem venditam emproxi, & emptor, ad tradendum pretium venditori: ergo etiam requiritur res, & pretium; & sine con-

Fagundez de iustitia, &c.

sensu re, & pretio, intelligi venditio non potest; ergo ad essentiam, & valorem huius contractus, hæc tria requiruntur, consensus, res, & pretium.

Ille autem consensus solus sufficit, & necessarius est ad valorem, & perfectionem huius contractus, quo contrahentes mutuo conueniant, cum animo se obligandi exterius expresso, modo liber, & non coactus sit, & nihil amplius requiritur. patet Inst. de empt. & vendit. §. 1. & Inst. de donat. §. alia autem, vers. perficiuntur, inulto versu sequenti. & ex textu in l. 2. de contrab. empt. & vendit. & ex l. 1. ff. de rerum permut. & habetur lib. 4. Ord. Lusitania, tit. 8. §. 3. & l. 6. & 8. Castella tit. 5. p. 5. docent communiter Doctores, Rebellus 2. part. de oblig. iust. lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 8. Antonius Gomez tomo 2. variar. cap. 4. num. 9. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 254. & 337. initio. Ceuallos tomo 1. comm. quest. 90. n. 2. Decius conf. 15. & 154. num. 4. Socinus conf. 120. num. 17. vol. 4. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 1. part. 6. verb. Puridad. & ratio est, quam tradidimus numero precedenti, quia venditio est contractus ultro, citroque obligatorius circa rem, & pretium; ergo ille consensus solum requiritur, & necessarius est ad perfectum valorem illius, modo sit liber, & non coactus, quo contrahentes animo se obligandi, exterius verbis, aut signis expresso, circa rem, & pretium mutuo conuenerunt.

Dixi, modo sit liber, & non coactus, quia coactio tollit consensum, ut probauimus cap. 1. num. 5. vers. Dicitur est. Dixi etiam, animo se obligandi, exterius expresso, quia si silete conueniant, & nolint se obligare, teneantur in conscientia, & in foro externo cogentur stare contractui, & communi verborum sensui exterius prolato, nisi ab eo velint recedere. At verò, quod in foro externo cogantur stare communi verborum sensui exterius prolato, quantum silete contraxerint, & animum contrahendi non habuerint, docet Sanchez lib. 1. de matrimo. disp. 18. n. 14. & constat ex cap. literis, de sponsalibus, & omnes fatentur, & ratio est, quia foris externus non curat de consensu interno, sed ad solum communem verborum externorum sensum attendit; presumitur enim quisque in eo foro, id exterius significare, quod intus habet, & nisi ita esset, magna in republica perturbatio daretur, magna scandala sequerentur. Quod verò etiam in foro interno teneantur silete contrahentes stare verborum sensui exterius prolato, est maior dubitatio, sed ita resoluendum est; colligitur hæc resolutio ex Sancio lib. 1. de matrimonio, disp. 9. num. 5. vers. Tandem, quia docet Gregor. lib. 10. cap. 16. ad cap. 12. Iohis, ibi, impiorum sapientia, est, eorum machinationibus regere, sensum verborum velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare: ac sapientia iustorum, est, sensum verborum aperire; vera, ut sunt, diligere, falsa denotare, nullam iniuriam ultionem quæere. Ex quibus verbis patet, iniuriam maximam facere silete contrahentem, ei, qui vero animo contrahit; ergo tenetur in conscientia illam resarcire; non potest autem resarcire, nisi stando communi verborum sensui exterius prolato; ergo tenetur in conscientia illi stare, nisi decipitur, ut aliter sibi resarciatur.

Dices: Qui promittit, & vouet, sine animo vouendi, & promittendi, non obligatur in conscientia ad votum, & simplicem promissionem, quia Deus talia foris nosstra verba audit, qualia ex intentione proferuntur, ut habetur in cap. humana aures. 22. quest. 5. Respondeo, diuersam esse ratio-

E e 3 nem

CAPVT II.

Quis, & qualis consensus requiratur, ut venditionis contractus, pro utroque foro, obligatorius dicatur, & perfectus sit; & an requiratur, ut fiat scriptura ipsius contractus?

1. Tria sunt de essentia contractus venditionis, & que.
2. Qui, & qualis consensus requiratur ad valorem illius.
3. An contractus venditionis silete celebratus, sine animo contrahendi, ita obliget pro utroque foro, ut in illo teneantur partes contrahentes, stare sensu, quem efficiunt verba externa.
4. An perfecta venditione solo nudo, & libero consensu, sine scriptura, possit uteruis contrahentium alium compellere, ut, ad maiorem firmitudinem illius, scriptura fiat, & cuius expensis tunc facienda sit.
5. An absque scriptura, validus sit contractus, quando in principio illius conueniunt contrahentes, ut fieret, & n. 9.
6. Perfecto venditionis contractu, neuter contrahentium potest ab eo rescire in conscientia altero inuito.
7. Ad quem tunc periculum rei vendita spectet, & quid, si nondum fuerit res vendita, emproxi tradita.
8. Quid, si post perfectum contractum, ante traditionem rei, res ipsa, ob maleficium venditoris, fisco applicetur.
Quid, si fides habita fuerit de pretio soluendo. ibid. vers. quod si.
9. An, quando initio contractus de scriptura mentio facta est a contrahentibus, & dubitatur, an facta fuerit ad valorem contractus, an ad firmitatem illius, censendum sit, fuisse factam ad valorem.

TRIA sunt de essentia, & valore contractus emptionis, & venditionis, consensus, res, pretium. De consensu patet ex l. omnibus reb. ff. de verb. obligat. ibi, in omnibus reb. que dominium transferunt, concurrat, oportet, affectus ex utraque parte contrahentium; nam nisi in venditione animus utriusque consentiat, perducere ad effectum, id, quod inchoatur, non potest. patet etiam ex l. in venditionibus, ff. de contrab. empt. ibi, in venditionibus, & emptionibus, consensum debere intercedere, palam est. De re, constat ex l. nec emptio, ff. de contrahend. empt. ibi, nec emptio, nec venditio, sine re, que veniat, intelligi potest. De pretio, constat etiam ex d. l. in venditionibus, & ex §. pretium, Inst. de act. empt. & id docet glossa magna in l. palam, ff. de rerum permut. & Fabianus de Monte in tract. de vendition. quest. 1. num. 1. & 4. & communiter Doctores. Probatumque facile, ad valorem venditionis requiri consensum, rem, & pretium; quia hic contractus est vltro, citroque obligatorius: obligatio autem sine consensu non datur; ergo requiritur utrinque consensus, quo emptor, & venditor ad inuicem obligentur. Per consensum autem obligatur venditor ad tradendam rem venditam emproxi, & emptor, ad tradendum pretium venditori: ergo etiam requiritur res, & pretium; & sine con-

Fagundez de iustitia, &c.

sensu re, & pretio, intelligi venditio non potest; ergo ad essentiam, & valorem huius contractus, hæc tria requiruntur, consensus, res, & pretium.

Ille autem consensus solus sufficit, & necessarius est ad valorem, & perfectionem huius contractus, quo contrahentes mutuo conueniant, cum animo se obligandi exterius expresso, modo liber, & non coactus sit, & nihil amplius requiritur. patet Inst. de empt. & vendit. §. 1. & Inst. de donat. §. alia autem, vers. perficiuntur, inulto versu sequenti. & ex textu in l. 2. de contrab. empt. & vendit. & ex l. 1. ff. de rerum permut. & habetur lib. 4. Ord. Lusitania, tit. 8. §. 3. & l. 6. & 8. Castella tit. 5. p. 5. docent communiter Doctores, Rebellus 2. part. de oblig. iust. lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 8. Antonius Gomez tomo 2. variar. cap. 4. num. 9. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 254. & 337. initio. Ceuallios tomo 1. comm. quest. 90. n. 2. Decius conf. 15. & 154. num. 4. Socinus conf. 120. num. 17. vol. 4. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 1. part. 6. verb. Puridad. & ratio est, quam tradidimus numero precedenti, quia venditio est contractus vltro, citroque obligatorius circa rem, & pretium; ergo ille consensus solum requiritur, & necessarius est ad perfectum valorem illius, modo sit liber, & non coactus, quo contrahentes animo se obligandi, exterius verbis, aut signis expresso, circa rem, & pretium mutuo conueniunt.

Dixi, modo sit liber, & non coactus, quia coactio tollit consensum, ut probauimus cap. 1. num. 5. vers. Dicitur est. Dixi etiam, animo se obligandi, exterius expresso, quia si silete conueniant, & nolint se obligare, teneantur in conscientia, & in foro externo cogentur stare contractui, & communi verborum sensui exterius prolato, nisi ab eo velint recedere. At verò, quod in foro externo cogantur stare communi verborum sensui exterius prolato, quantum silete contraxerint, & animum contrahendi non habuerint, docet Sanchez lib. 1. de matrimo. disp. 18. n. 14. & constat ex cap. literis, de sponsalibus, & omnes fatentur, & ratio est, quia foris externus non curat de consensu interno, sed ad solum communem verborum externorum sensum attendit; presumitur enim quisque in eo foro, id exterius significare, quod intus habet, & nisi ita esset, magna in republica perturbatio daretur, magna scandala sequerentur. Quod verò etiam in foro interno teneantur silete contrahentes stare verborum sensui exterius prolato, est maior dubitatio, sed ita resoluendum est; colligitur hæc resolutio ex Sancio lib. 1. de matrimonio, disp. 9. num. 5. vers. Tandem, quia docet Gregor. lib. 10. cap. 16. ad cap. 12. Iohis, ibi, impiorum sapientia, est, eorum machinationibus regere, sensum verborum velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare: ac sapientia iustorum, est, sensum verborum aperire; vera, ut sunt, diligere, falsa denotare, nullam iniuriam ultionem quæere. Ex quibus verbis patet, iniuriam maximam facere silete contrahentem, ei, qui vero animo contrahit; ergo tenetur in conscientia illam resarcire; non potest autem resarcire, nisi stando communi verborum sensui exterius prolato; ergo tenetur in conscientia illi stare, nisi decipitur, ut aliter sibi resarciatur.

Dices: Qui promittit, & vouet, sine animo vouendi, & promittendi, non obligatur in conscientia ad votum, & simplicem promissionem, quia Deus talia foris nosstra verba audit, qualia ex intentione proferuntur, ut habetur in cap. humana aures. 22. quest. 5. Respondeo, diuersam esse ratio-

E e 3 nem

nem utrobique, quia votum, & promissiones simplices, etiam acceptatæ, sunt quædam leges, quas quisque sibi imponit, atque adeo earum obligatio tota pendet ex intentione se obligandi; quare, si vouentes, aut promittentes non habuerunt intentionem se obligandi, consequenter etiam non habuerunt intentionem vouendi, & promittendi. Votum enim, & promissio, si quod est, obligatorium est; quare, qui vouet, & promittit sine intentione vouendi, & promittendi, tenetur non vouet, nec promittit, si promissio est simplex. Si vero habuit intentionem, & animum vouendi, & promittendi, & expressè habuit intentionem non se obligandi, etiam nihil vouit, & si putat, se vouere, fallitur, re enim vera nihil vouit, quia per intentionem se non obligandi destruxit obligationem vouendi, & ideo in conscientia non manet obligatus, quia actus liberi non operantur ultra intentionem agentium, *l. non omnis, in initio, ff. si certum petatur*, & hanc opinionem sequuti fuimus in secundo præcepto Decalogi, cum de voto, & iuramento egimus. At verò obligatio contractus emptionis, & venditionis, & omnium contractuum, qui utrinque ex iustitia obligant, non oritur ex priuata contrahentium intentione, sed ex naturali ratione, & ex iure publico, & ideo, ne fiat contrahentibus iniuria, obligant huiusmodi contractus, in conscientia, & quoad Deum, iuxta sensum, quem efficiunt verba, & signa externa, quibus utuntur; alioqui, ut dixi, magna rerum perturbatio esset in Christiana republica. Confirmatur, quia deflorator virginis, sub specie matrimonij promissi, si sint æqualis conditionis, tenetur in conscientia stare communi verborum sensui, quæ exteriùs proferuntur, licet fide, & animo fallendi proferantur, ut docet Sancius *lib. 1. de matrimonio. disp. 10. num. 3.* quia tenebatur ex iustitia commutativa, verè, & non fidei promittere, & aliter ei damnum recitare non potest, nisi volente, & consentiente femina deflorata. Et eadem est ratio in omnibus contractibus vltro, citroque ex iustitia commutativa obligantibus, in quibus interuenit hæc forma: Facio, ut facias: Do ut des.

4. Perfecto autem venditionis contractu absque scriptura, sed solo nudo, & libero consensu, potest alter contrahentium, compellere alium, ut scriptura fiat ad faciliorem probationem contractus, quia, quod sibi non obest, & prodest alteri, cogitur quilibet contrahens efficere: instrumentum autem scripturæ tunc illius expensis faciendum est, qui alterum ex intervallo, post initum perfectumque contractum, cogit ad illam faciendam: ita Molina *tom. 2. de iust. tract. 2. disput. 337.* Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 2. num. 17.* Rebellus *2. part. de obligat. inst. quest. 1. sect. 2. num. 8.* Greg. Lopez *l. 6. tit. 5. part. 5. vers. quæro, in fine, & alij.*

5. Sed dubium est, an perfectus, & validus sit contractus huiusmodi sine scriptura publica factus, quando contrahentes de illa, in initio contractus, mentionem fecerunt. Breuiter sic respondeo: Aut quando contrahentes contraxerunt, statim in initio contractus, conuenerunt de scriptura faciendâ, aut non conuenerunt statim, sed ex intervallo, & post perfectum contractum; similiter, aut alter, vel uterque simul statim, & in initio contractus, conuenerunt de illa faciendâ, ad faciliorem probationem ipsius contractus, & maiorem firmitatem illius: aut conuenerunt de illa faciendâ, & dubitant, an mentio prædictæ scripturæ facta fuerit ad valorem contractus, an ad faciliorem probationem illius. Si statim in initio contractus conue-

nerunt de scriptura faciendâ, non est validus, nec perfectus contractus, nisi facta scriptura; & potest quilibet contrahentium, altero invito, ab eo rescilire; quia sub ea conventionione, & conditione fuit facta venditio, & ideo non censetur perfecta, nisi purificatâ, impletâque conditione; ita habetur expressè in *nostris Ordinat. Lusitanæ, lib. 4. tit. 8. n. 3.* & in *leg. 6. Castella, tit. 5. part. 5. & in l. 2. ff. de contrab. empt. & l. contractus, C. de fide instrument. & Inst. de empt. & vendit. §. 1.* docet Molina *tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 337. vers. quæ dicta sunt.* Cabedo *1. part. decis. 102.* Greg. Lopez in *dist. leg. 6. Castella, Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. 3. num. 43.* Cevallos *tom. 1. com. quest. 90. num. 2.* Declus *consil. 340. col. 2.* Franciscus de Aret. *consil. 159. incipit, Longa est dubitatio.* Et ratio est: primo, quia vnusquisque potest in suis contractibus, apponere conditiones, quas voluerit, modò sint licitæ, ut habetur in *nostris ordinat. nouis lib. 4. tit. 4. initio*; hæc autem conditio est licita, ut patet. Secundo, quia ex conventionione scripturæ faciendæ, habita statim, & initio contractus, præsumitur animus contrahendi, sub ea conditione, non aliter, nec alio modo; quare non erit validus contractus, antequam prædicta scriptura fiat.

Si post celebrationem contractus, & ex interuallo de scriptura conuenerunt, non obest valori contractus scripturæ faciendæ mentio, perfectus enim fuit solo nudo consensu, & ideo nullus contrahentium potest ab eo rescilire, altero invito; solum enim tunc ea mentio censetur facta ad faciliorem probationem contractus, non ad valorem illius, cum iam contractus solo nudo, & libero consensu celebratus, perfectus fuerit: ita auctores, & iura allegata; & patet ex iis, quæ diximus in *cap. 1. num. 5.* docetque Cevallos *communis contra communem 1. part. quest. 9. num. 6.*

Si autem statim, & initio contractus, conuenerunt de scriptura faciendâ, & dubitant, an conuenerint de ea faciendâ, ad maiorem firmitatem, & faciliorem probationem illius, an ad valorem ipsius contractus. Partita est opinio.

Prima docet, non esse validum contractum, nisi scriptura fiat, & mentionem illius factam esse ad valorem illius. hanc tenet Greg. Lopez *leg. 6. tit. 5. part. 5. verb. quæro, & glossa Inst. de empt. & vend. verb. conficiuntur.* Specul. *tit. de empt. & vendit. §. 1. vers. sed si dictum.* Cynus, Marra, & Baldus, in *l. contractus, C. de fide instrum. verb. in scriptis, & ibi Paulus de Castro num. 60.* & videtur etiam tenere Cabedo *dist. 1. part. decis. 101.* quatenus ait, ex mentione scripturæ faciendæ habita in initio contractus, præsumi animum contrahendi sub ea conditione, non aliter, nec alio modo. Et ratio est, quia in dubiis semper præsumendi sunt contrahentes, elegisse illud, quod illis magis conuenit, & quod partem suam securiorem reddit; nemo autem negabit, magis conuenire contrahentibus, facere scripturam, quàm non facere.

Secundam, quæ asserit, mentionem scripturæ in eo dubio fuisse factam ad faciliorem probationem contractus, non ad valorem illius, tenet Bartol. in *d. l. contractus, allegata, & in l. finali, & Auth. ibi posita, C. si certum petatur*, & Salicetus *ibi*, ubi hanc questionem egregiè discutit, & tandem concludit, mentionem scripturæ in eo dubio, censendam esse, non fuisse factam ad valorem contractus, sed ad faciliorem probationem illius, nisi alia coniecturæ dentur, ex quibus colligatur voluntas contrahentium, esse, non contrahere, nisi facta scriptura. Tenent etiam Angelus *consil. 156. incipit, Dominica*

contrahentibus, & non constat, sed dubitatur, an ab illis facta fuerit ad valorem contractus, an ad firmitatem illius, censendum sit, fuisse factam ad valorem illius? Diximus *num. 5. vers. si autem statim.*

CAPVT III.

Quatenus debeat gabella ex venditionis contractu?

- 1 Solo nudo, & libero consensu perfecto contractu, gabella statim debetur.
- 2 Opinio contraria reijciatur.
- 3 Quinque dies in Castella dati ad soluendam gabellam, & manifestandos illos, qui illam non soluant, à die perfectionis contractus numerandi sunt.
- 4 An debeat gabella ex retractu, si partes statim à contractu, incontinentique recesserint.
- 5 Quid, si ex intervallo recesserint.
- 6 Quid, si res non sit integra, sed processum sit ad traditionem pretij, vel partis illius.
- 7 An debeat gabella, quando post perfectionem contractus, aliquid circa illum immouatur, & vel pretium augetur, vel res, aut utrumque minuitur, vel vnum tantum minuitur, & alterum augetur, & n. 8.
- 9 Si vnus gabellarius sit tempore, quo perficitur contractus, & alter tempore traditionis rei, & pretij, cui tunc debeat.
- 10 An illam debeant contrahentes, si vterque, vel alter illorum, immunis fuerit à solutione illius, tempore perfectionis contractus, quamvis tempore, quo de illo agere coeperunt, non fuerit.
- 11 An debeat, si in loco, & tempore, in quo debetur, contractus perficiatur, & res vendita, vel pretium illius tradatur, loco, & tempore, quo non debetur.
- 12 Non potest gabellarius agere ad gabellam, nisi post perfectum contractum.
- 13 An debeat gabella ex contractu venditionis à retrò, quando res postea, & pretium restituitur. Et quid, si prorogetur iterum tempus assignatum, ad rescindendum contractum venditionis à retrò, & n. 17.
- 14 Quid, si contractus venditionis à retrò celebratus fuerit sub his verbis: Restituito pretio, uerum mihi res pro illo vendas.
- 15 Leges, qua obligant ad soluendam gabellam in contractibus, non habent locum in quasi contractibus.
- 16 An repetenda sit gabella à fisco, vel gabellario, si contractus venditionis ex aliqua causa annullatur. Et quid, si contractus sit ipso iure nullus. *ibid. vers. statuo nonò.*
An debeat quando pensio emphyteusis de consensu utriusque domini vtilis & directi ab vno pradio auferatur, & in aliud transmatur. *ibid.*
An ex emphyteusi renouata cum pensionis augmento, d. n. 17.

I. **C**IRCA resolutionem questionis tactæ in principio huius capituli,
Statuo primò. Perfecto venditionis contractu, vel per solum nudum, & liberum par-

tium consensum, vel per scripturam (si de illa partes conueniant) statim, & absque vlla traditione, vel parte traditionis pretij, vel rei, gabella debetur; quare, si partes contrahentes conueniant, quod non perficiatur, nisi instrumentum fiat scripturæ, tunc incipit deberi, cum primùm scriptura facta fuerit, quia tunc perficitur contractus. patet ex l. 2. C. de eunuch. & ex l. 3. §. Nerua filius. ff. de acquir. possessione, docet Baldus in l. non dubium, in princip. C. de legibus, & Angelus in l. Marcellus, §. res, qua. ff. ad Trebell. Iason in l. ius autem civile, num. 19. ff. de inst. & iure, Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 337. §. quia ergo. Lafarte de decima vend. cap. 3. à num. 1. Rebellus 2. part. de obligat. inst. lib. 9. quast. 1. sect. 2. num. 12. Anton. Gomez tom. 1. variar. resol. cap. 2. num. 9. & idem probat lex 1. & lex 10. Castella, tit. 17. & lex 31. tit. 19. lib. 9. noua collectionis. & ratio est, primò, quia tributum gabellæ collatum est in substantia contractus emptionis, & venditionis; ergo perfecta, & consummata substantia contractus statim debetur. Secundò, quia vbi incipit contractus venditionis contrahentes obligare, incipit tributum gabellæ, illi impositum, deberi; incipit autem obligare, quum, vel per solum nudum consensum partium contrahentium circa rem, & pretium perficitur, vel per scripturæ instrumentum, quando partes conueniunt, quod non, nisi per scripturam, perficiatur; igitur tunc incipit tributum gabellæ deberi.

Hinc inferes, ex promissione vendendi rem aliquam, non deberi gabellam, quia promissio vendendi non est venditio, nec contractus venditionis perficitur per solum nudam promissionem vendendi. ita docet Iacobus Butt. & Angelus in l. 1. C. de pact. pignor. Tiraquel. lib. 2. de retractu quast. 5. in fine, num. 30. & 45. Vallasc. tom. 1. consult. 77. num. 6. vers. ad illud verò.

Inferes etiam, reiiciendos esse Castillo, & Montaluo citatos à Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 337. §. quia ergo; quatenus asserunt, ante traditionem rei, vel partis rei, & pretij, gabellam non deberi: nituntur enim eo falso fundamento, quod contractus non perficiatur, nisi traditione sequuta. Potest tamen esse vera hæc illorum opinio, si loquantur de illa venditione, in qua partes conueniunt, quod non valeat, nec perficiatur contractus venditionis, nisi facta scriptura. Potest etiam esse vera, si loquantur de statuto aliquo disponente, quod non debeat gabella, nisi contractus fuerit consummatus per traditionem, vel partem traditionis rei, & pretij, quo pacto loquitur Baldus in l. si constante, C. de donat. ante nupt. vbi asserit, non valere huiusmodi contractum, nisi post traditionem sequutam.

Inferes rursus, illos quinque dies in regno Castellæ datos, ad manifestandam, soluendamque gabellam sub pena duplæ solutionis, numerandos esse à puncto perfectionis contractus, non à puncto traditionis rei, & pretij. ita asserit lex 31. Castella, tit. 9. lib. 9. noua collectionis, docet Lafarte de decima vendit. cap. 3. num. 4. & Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 337. vers. ex hac definitione, quod etiam intelligendum est de tempore dato ad retractandam venditionem iure sanguinis, vt Lafarte, & Molina allegari asserunt.

Statuo secundò. Si post perfectum, & celebratum contractum, siue solo nudo partium consensu, siue scripturæ instrumento perficiatur, partes incontinenti ab eo recesserint, non debetur gabella, neque ex contractu, neque ex retractu, seu rescissione illius, & tenetur hucus, vel gabellarius illam restituere.

contrahentibus, & non constat, sed dubitatur, an ab illis facta fuerit ad valorem contractus, an ad firmitatem illius, censendum sit, fuisse factam ad valorem illius? Diximus *num. 5. vers. si autem statim.*

CAPVT III.

Quatenus debeat gabella ex venditionis contractu?

- 1 Solo nudo, & libero consensu perfecto contractu, gabella statim debetur.
- 2 Opinio contraria reijciatur.
- 3 Quinque dies in Castella dati ad soluendam gabellam, & manifestandos illos, qui illam non soluant, à die perfectionis contractus numerandi sunt.
- 4 An debeat gabella ex retractu, si partes statim à contractu, incontinentique recesserint.
- 5 Quid, si ex intervallo recesserint.
- 6 Quid, si res non sit integra, sed processum sit ad traditionem pretij, vel partis illius.
- 7 An debeat gabella, quando post perfectionem contractus, aliquid circa illum immouatur, & vel pretium augetur, vel res, aut utrumque minuitur, vel vnum tantum minuitur, & alterum augetur, & n. 8.
- 9 Si vnus gabellarius sit tempore, quo perficitur contractus, & alter tempore traditionis rei, & pretij, cui tunc debeat.
- 10 An illam debeant contrahentes, si vterque, vel alter illorum, immunis fuerit à solutione illius, tempore perfectionis contractus, quamvis tempore, quo de illo agere coeperunt, non fuerit.
- 11 An debeat, si in loco, & tempore, in quo debetur, contractus perficiatur, & res vendita, vel pretium illius tradatur, loco, & tempore, quo non debetur.
- 12 Non potest gabellarius agere ad gabellam, nisi post perfectum contractum.
- 13 An debeat gabella ex contractu venditionis à retrò, quando res postea, & pretium restituitur. Et quid, si prorogetur iterum tempus assignatum, ad rescindendum contractum venditionis à retrò, & n. 17.
- 14 Quid, si contractus venditionis à retrò celebratus fuerit sub his verbis: Restituito pretio, uerum mihi res pro illo vendas.
- 15 Leges, qua obligant ad soluendam gabellam in contractibus, non habent locum in quasi contractibus.
- 16 An repetenda sit gabella à fisco, vel gabellario, si contractus venditionis ex aliqua causa annullatur. Et quid, si contractus sit ipso iure nullus. *ibid. vers. statuo nonò.*
An debeat quando pensio emphyteusis de consensu utriusque domini vtilis & directi ab vno pradio auferatur, & in aliud transmatur. *ibid.*
An ex emphyteusi renouata cum pensionis augmento, d. n. 17.

I. **C**IRCA resolutionem questionis tactæ in principio huius capituli,
Statuo primò. Perfecto venditionis contractu, vel per solum nudum, & liberum par-

tium consensum, vel per scripturam (si de illa partes conueniant) statim, & absque vlla traditione, vel parte traditionis pretij, vel rei, gabella debetur; quare, si partes contrahentes conueniant, quod non perficiatur, nisi instrumentum fiat scripturæ, tunc incipit deberi, cum primùm scriptura facta fuerit, quia tunc perficitur contractus. patet ex l. 2. C. de eunuch. & ex l. 3. §. Nerua filius. ff. de acquir. possessione, docet Baldus in l. non dubium, in princip. C. de legibus, & Angelus in l. Marcellus, §. res, qua. ff. ad Trebell. Iason in l. ius autem civile, num. 19. ff. de inst. & iure, Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 337. §. quia ergo. Lafarte de decima vend. cap. 3. à num. 1. Rebellus 2. part. de obligat. inst. lib. 9. quast. 1. sect. 2. num. 12. Anton. Gomez tom. 1. variar. resol. cap. 2. num. 9. & idem probat lex 1. & lex 10. Castella, tit. 17. & lex 31. tit. 19. lib. 9. noua collectionis. & ratio est, primò, quia tributum gabellæ collatum est in substantia contractus emptionis, & venditionis; ergo perfecta, & consummata substantia contractus statim debetur. Secundò, quia vbi incipit contractus venditionis contrahentes obligare, incipit tributum gabellæ, illi impositum, deberi; incipit autem obligare, quum, vel per solum nudum consensum partium contrahentium circa rem, & pretium perficitur, vel per scripturæ instrumentum, quando partes conueniunt, quod non, nisi per scripturam, perficiatur; igitur tunc incipit tributum gabellæ deberi.

Hinc inferes, ex promissione vendendi rem aliquam, non deberi gabellam, quia promissio vendendi non est venditio, nec contractus venditionis perficitur per solam nudam promissionem vendendi. ita docet Iacobus Butt. & Angelus in l. 1. C. de pact. pignor. Tiraquel. lib. 2. de retractu quast. 5. in fine, num. 30. & 45. Vallasc. tom. 1. consult. 77. num. 6. vers. ad illud verò.

Inferes etiam, reiiciendos esse Castillo, & Montaluo citatos à Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 337. §. quia ergo; quatenus asserunt, ante traditionem rei, vel partis rei, & pretij, gabellam non deberi: nituntur enim eo falso fundamento, quod contractus non perficiatur, nisi traditione sequuta. Potest tamen esse vera hæc illorum opinio, si loquantur de illa venditione, in qua partes conueniunt, quod non valeat, nec perficiatur contractus venditionis, nisi facta scriptura. Potest etiam esse vera, si loquantur de statuto aliquo disponente, quod non debeat gabella, nisi contractus fuerit consummatus per traditionem, vel partem traditionis rei, & pretij, quo pacto loquitur Baldus in l. si constante, C. de donat. ante nupt. vbi asserit, non valere huiusmodi contractum, nisi post traditionem sequutam.

Inferes rursus, illos quinque dies in regno Castellæ datos, ad manifestandam, soluendamque gabellam sub pena duplæ solutionis, numerandos esse à puncto perfectionis contractus, non à puncto traditionis rei, & pretij. ita asserit lex 31. Castella, tit. 9. lib. 9. noua collectionis, docet Lafarte de decima vendit. cap. 3. num. 4. & Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 337. vers. ex hac definitione, quod etiam intelligendum est de tempore dato ad retractandam venditionem iure sanguinis, vt Lafarte, & Molina allegari asserunt.

Statuo secundò. Si post perfectum, & celebratum contractum, siue solo nudo partium consensu, siue scripturæ instrumento perficiatur, partes incontinenti ab eo recesserint, non debetur gabella, neque ex contractu, neque ex retractu, seu rescissione illius, & tenetur hucus, vel gabellarius illam restituere.

restituere, si forte iam accepta sit. ita communiter Doctores. Baldus in l. 1. C. quando liceat à vendit. recedere. Tiraquel. lib. 2. de retract. §. 6. glossa 2. num. 10. & 14. Decius in l. petens, col. 2. ff. de pact. Melchior Phœbus tomo 1. decis. 24. num. 12. conclus. 2. Molina tomo 2. de iustit. tract. 2. disp. 337. §. quando. Antonius Gomez tomo 2. variar. cap. 2. num. 31. Lafarte de decima vendit. cap. 14. num. 9. & 30. Bartol. in l. ab emptione, num. 12. ff. de pactis. Iason in l. siue apud, num. 3. C. de transact. Et ratio est, quia quando partes in continenti à venditione recedunt, censentur noluisse contrahere: quæ enim in continenti retractantur, pro infectis reputantur. Ea autem dicuntur in continenti retractari, quæ, antequam contrahentes ad alia negotia diuertant, retractantur, vt docent Molina, & Lafarte allegati.

5. Statuo tertio. Si postea ex interuallo, & post longum tempus à venditione recedant à primo contractu venditionis, debetur gabella, vt deducitur ex prima conclusione, & docent communiter Doctores. Baldus in d. l. si constante, §. finali, lectura 1. C. de donat. ante nupt. Paul. in l. in iurisgentium, §. adeo, n. 2. ff. de pactis. & omnes citati in prima conclusione. Et ratio est; primo, quia, vt probatum in prima conclusione, gabellæ tributum collocatum est in substantia contractus venditionis; vbi ergo primum substantia contractus perficitur, nec in continenti tractatur, statim in vtroque foro debetur. Secundo, quia ex longo illo interuallo ius plene, & perfecte acquisiuit fisco ad tributum gabellæ; ius autem plene acquisitum tolli non potest ex pacto partium, quando præiudicium tertio ius acquiritenti assert, argumento leg. si post mortem ff. de acquir. possessione.

Solus Phœbus tomo 1. decis. 24. conclus. 2. num. 14. & 15. ab hac communi opinione recedit; asserit enim ibi, si partes ex interuallo recedant, non deberi ex primo contractu gabellam. Fundamentum illius est, quia non debetur gabella ex recessu ipsius contractus, vt statim dicitur in conclus. 4. ergo neque etiam debetur ex primo contractu, quia tempus non potest facere mutationem iuris, ex textu in l. obligationum serè 44. §. placet. ff. de act. & obligat. Deinde, quia per retractum ex interuallo factum reducitur prior contractus ad non contractum, & causa ad non causam; ex non contractu autem non debetur gabella; quare, si iam fisco, vel gabellarius illam accepit, tenentur illam restituere, facto retractu; verum non placet Phœbus, quia tempus hic non mutauit ius, sed confirmauit perfectionem primi contractus, ex qua confirmatione prædictæ perfectionis, plenum ius acquisiuit fisco ad tributum gabellæ; quare non potest postea retractus partium huic iuri esse præiudicium.

6. Statuo quarto. Ex ipsa retractione prioris contractus venditionis ex interuallo facta, re adhuc integra, hoc est, si non processum sit ad traditionem, vel partem traditionis rei, & pretij, non debetur aliqua gabella. est communis: ita Bartolus in l. ab emptione, num. 12. ff. de pactis. Baldus in l. 1. C. quando liceat ab empt. discedere. & in l. si constante. C. de donat. ante nupt. Paulus, & Salicetus in dist. 1. 1. C. quando liceat. Tiraquel. lib. 2. de retract. §. 6. glossa 2. num. 12. Phœbus tomo 1. decis. 24. n. 9. 10. & 11. conclus. 1. Molina tomo 2. de iustit. tract. 2. disp. 375. §. quando, & §. dubium est. Antonius Gomez tomo 2. variar. cap. 2. num. 2. & colligitur ex textu in l. si iurisgentium, §. adeo, ff. de pact. & sic sæpè fuisse iudicatum in Senatu Vlyssipponensi, tradit Phœbus allegatus. Et ratio est, quia huius-

modi retractatio non est nouus contractus, cum res adhuc est integra, & non est peruentum ad traditionem; sed est quædam tantum resolutio, & extinctio prioris contractus; ex resolutione autem, & extinctio prioris contractus, nulla debetur gabella.

Statuo quinto. Quando res non est integra, sed processum est ad traditionem rei, vel partis rei, & pretij, & post longum tempus contractus rescinditur, reddito eodem pretio, & re, gabella in vtroque foro debetur. Est communis: ita Lafarte de decima vend. cap. 14. num. 8. Molina tomo 2. de iustit. tract. 2. disp. 373. §. illud autem; & omnes modò allegati in quarta conclusione. Ratio, & fundamentum est, quia tunc non censetur resolui, & extinguui prior contractus, sed censetur noua emptio, nouaque venditio; quare noua gabella debetur gabellario, ac domino, qui fuerit tempore secundi contractus.

7. Statuo sexto. Si perfecto, & consummato contractu, re adhuc integra aliquid circa illum ex interuallo, & post longum tempus inuenerit, ita ut pretium minuatur, & res augeatur, & tota gabella iam erat soluta, tenetur fisco, vel gabellarius tantum de illa remittere, quantum fuit minutum de pretio rei venditæ. Et ratio est, quia tunc iniustus fuit contractus, ac propterea per illam pretij minutionem ad æqualitatem reductus est; ex iniusto autem contractu, non fuit ius fisco ad gabellam acquisitum. Si verò pretium augeatur, & res minuatur, debetur fisco nouum augmentum gabellæ pro rata augmenti pretij, quia cum iuste augeatur pretium, & ad iustam æqualitatem, & valorem contractus venditionis reddatur, iuste quoque accrescit fisco augmentum gabellæ. ita Molina tomo 2. de iustit. tract. 2. disp. 373. §. quando, ad finem.

8. Oppones sic: Siue pretium minuatur, & res augeatur, siue pretium augeatur, & res minuatur, datur hic nouus contractus ex interuallo factus; ergo integra, & noua gabella debetur, & non remissio tantum, aut augmentum illius: dantur enim hic omnia necessaria ad nouum contractum nouæ venditionis; ex nouo autem contractu, debetur noua, & integra gabella. datur quippe nouus consensus partium, nouum pretium, atque diuersum, noua merx, quæ sunt substantialia, ex quibus nouus, & diuersus contractus perficitur, & coalescit; ergo ex illo debetur noua alia, & integra gabella. Respondeo, moraliter loquendo, non dari hic nouum contractum, sed continuationem, & reductionem eiusdem contractus ad æqualitatem iustitiæ. nam cum res adhuc sit integra, & neutra ex parte traditio aliqua fuerit sequuta, censetur moraliter idem contractus manere, cum obligatione, vt reducatur ad æqualitatem iustitiæ, quoties repertum fuerit, illum non fuisse iustum, hæc enim fuit intentio contrahentium, quum à principio contraxerunt, saltem virtualis, & habitualis: ita docet Molina præcedenti numero allegatus, & colligitur ex l. pacta conuenta, ff. de contrah. empr. & clarius ex l. iurisgentium, §. adeo, ff. de pact. vbi dicitur, si duo emptionem, & venditionem contraxerint, & re integra, ante traditionem alter eorum obiret, relicta duobus hæredibus, quorum vnus similiter conueniret cum contrahente superstite, vt variatio aliqua fieret circa mercedem, & pretium, re-nuente altero cohærede, validam esse conuentionem illam, pro parte, quæ hæredem consentientem contingit. Ex dictis hætenus,

9. Sequitur primo, vnus gabellarius conductas habeat gabellas tempore, quo contractus, vel solo nudo

nudo partium consensu, vel per scripturam perfectus fuit quoad substantiam, & alter tempore traditionis rei, & pretij, debet gabellam priori gabellario, non posteriori: ita Antonius Gomez tom. 2. *variar. cap. 2. num. 9. & 30.* & Rebellus 2. *part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 12.* Molina tom. 2. *de iust. tract. 2. disp. 337. §. ex hac definitione.* Ceuallos tom. 1. *comm. contra comm. quest. 90.* & patet ex leg. 12. tit. 17. lib. 3. *nova Collectionis Castellae*; & ratio est, quia in solutione gabellae semper attenditur ad tempus, & locum, in quo perficitur, consummaturque contractus; quare, cum fuerit perfectus, & consummatus tempore prioris gabellarij, illi sine dubio solvenda est gabella, non posteriori. Si tamen contrahentes conveniant, quod non valeat, nisi fiat scriptura, tunc si fuerint duo gabellarij, posteriori, qui fuerit tempore factae scripturae, solvenda erit non priori gabellario, iuxta auctores allegatos.

10. Sequitur secundò, nullam debet gabellam, si uterque contrahens tempore, quo perfectus fuit quoad suam substantiam contractus, immunes erant per privilegium aliquod, à solutione illius; debet vero ex parte tantum illius, qui immunis non erat, si alter immunis erat, alter non erat: ita auctores modo allegati. & ratio est eadem, quia scilicet in solutione gabellae semper attenditur locus, & tempus, in quo perficitur, consummaturque contractus, quoad suam substantiam.

11. Sequitur tertio, debet gabellam, si in loco, & tempore contractus venditionis, perficiatur, quo illa solvitur de iure, vel consuetudine, licet res, & pretium tradatur in loco, & tempore, quo non solvitur; ita praeter auctores allegatos, Baldus in l. 1. *C. de contrah. empt.* Felinus in *cap. ultim. num. 14. de foro. compet.* Phœbus tom. 1. *decis. 24. num. 27. conclus. 4. in medio.* Cabedo tom. 2. *decis. 113. num. 5.* Alexander *consil. 51. n. 1.* Fundamentum est idem, quod superius. At dices: Gabella non tam solvitur, ratione temporis, & loci, in quo substantia contractus venditionis, vel solo consensu, vel scriptura perficitur, quam ratione alienationis rei venditae, & acquisitionis dominij; dominium autem per traditionem acquiritur, & per eandem traditionem res alienatur, ut post Baldum, quem allegat, docet Tiraquellus lib. 1. *de retract. §. 1. glossa 2. a num. 48. & deinceps.* ergo in solutione gabellarum, non est attendendus locus, & tempus, quo perficitur contractus, sed quo res ipsa, & pretium illius traditur. Respondeo, dominium etiam acquiri per solam venditionem, sine traditione, unde periculum rei venditae ad emptorem spectat, tanquam ad dominum illius (res enim, quae perit, perit domino,) ante traditionem rei, & pretij, ut probavimus *cap. 2. n. 7.* licet enim acquisitio dominij perfectissimum habeat complementum per traditionem; tamen sufficienter acquiritur dominium, & res alienatur post perfectum contractum ipsius venditionis, absque praedicta traditione.

12. Sequitur quarto, non posse gabellarium agere ad gabellam, nisi postquam fuerit contractus, vel per solum nudum consensum, vel per scripturam, perfectus, & quoad substantiam consummatus, ita ut, si ex conventionione partium, non sit validus, nisi prius fiat publicae scripturae instrumentum, non possit ista peti, nec debeatur nisi post factum praedictae scripturae instrumentum, ita Anton. Gomez tom. 2. *variar. cap. 2. num. 9.* Rebellus 2. *part. de iust. lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 12.* Molina tom. 2. *de iust. tract. 2. disput. 337. §. ex hac definitione.* Ceuallos tom. 1. *commun. contra comm. q. 92. & alij.*

Statuo septimò. Si contractus venditionis celebratus fuit sub conditione de retrouendendo, hoc est, de restituenda re, quoties idem pretium restitutum fuerit; restituta postea re, & pretio, de distractu isto non est solvenda gabella, ita docent Cagnolus in l. 2. *C. de pact. inter empt. & vend. n. 23.* Tiraquel lib. 2. *de retract. §. 6. glossa 2. num. 19.* Phœbus tom. 1. *decis. 24. num. 16. conclus. 3.* ubi ait, hoc esse indubitatum in iure, & procedere, siue pactum de retrouendendo fiat expressis verbis, siue tacitis. Anton. Gomez tom. 2. *var. cap. 2. num. 31.* Molina tom. 2. *de iust. tract. 2. disput. 374. §. maius dubium.* Pinellas in l. 2. *C. de rescind. vend. part. 2. cap. 3. num. 36.*

Probatum primò, posito contractu venditionis de retrouendendo, & restituenda eadem re, quoties restitutum fuerit pretium pro illa datum, distractus ille non est novus contractus, novaque venditio, sed est extinctio quaedam, & resolutio prioris contractus; ita enim pactum fuit inter partes, cum ab initio contraxerunt, & quamvis pactum privatorum hominum non possit praedudicare, & nocere tertio acquirenti ius ex tali pacto, tamen fiscus ex pacto de retrouendendo, nullum ius acquisivit ad gabellam ex distractu, cum ius similes contractus de retrouendendo, approbet.

Probatum secundò, quia ut docent optimè Reinosius *observat. 72. num. 19.* & Bartolus in l. *ultim. §. quot. in sine. ff. de publicanis, & vectigalib.* & Petrus Sordus *decis. 32. num. 2.* gabella non debetur, nec est de novo solvenda, quando actus sit in executionem, & continuationem prioris contractus praecedentis: retrouenditio autem sit in executionem prioris contractus venditionis, & non tam est novus contractus, quam executio praecedentis.

Si tamen pactum de retrouendendo, sub his expressis verbis ab initio contrahatur: Quoties restitueris tibi pretium, iterum mihi eadem res pro illo vendas. Existimat Paul. Castrensis in d. l. 1. *C. de pact. inter emptor. & vendit. col. 1.* debet tunc novam gabellam ex retractu, quia non fit tunc contractus obliquis verbis, sed expressis verbis novae venditionis, ac proinde non potest tunc fieri resolutio, aut executio prioris contractus, sed novus contractus venditionis fit, ut verba sonant. Contrarium tamen omnino dicendum est cum Phœbo, & Pinello *num. praecedenti* allegatis, non ex fundamento Pinelli, ait enim, non debet tunc novam gabellam, quia est venditio necessaria, scilicet ex priori venditionis pacto; nam venditiones necessariae, non ideo, quia sunt necessariae, immunes sunt à tributo gabellarum; sicut res in emphyteusim tradita, non ideo est immunis à soluendo tributo laudemij, quando necessarid venditur pro executione alicuius sententiae, ut disponit Ordinatio Lusitana lib. 3. tit. 93. §. *finali*; alioqui enim, quoties debitores necessitate compulsi res venderent, gabellam non deberent, quod est absurdum: legitimum ergo huius rei fundamentum est, quod supra tactum est, quia, scilicet, non censetur celebrari novus contractus, sed resolui, consummari, & extingui prior, de quo gabella iam soluta fuit, & ex uno, eodemque contractu, non debetur duplex gabella.

Notabis autem, omnes leges, & consuetudines, quae obligant ad solutionem gabellarum ex perfectis, & consummatis quoad substantiam, contractibus, non habere locum in quasi contractibus, quare non debetur gabella ex divisione hereditatis inter fratres, & coheredos, nec ex tutela pupillorum, nec ex gestione negotiorum, nec ex additione hereditatis,

13.

14.

15.

an debeat gabella ex emphyteusi renouata cum pensionis augmento? Et similiter negatiue respondet (& bene) idem Reinosus *ibid.* num. 23. quod idem ait Gutierrez *de gabelis*, *quast.* 35. num. 1. & 4. cum multis quos allegat, quia in hoc etiam casu continuatur primus contractus emphyteuticus, & continuatur: vt patet, & non sit nouus contractus.

CAPVT IV.

Vnde ortum habuerit hoc tributum gabellæ in Lusitania? quid ius Lusitanum circa illud præscribat; quæ pœnæ imponantur scribis; si sine solutione gabellæ, instrumenta venditionis conscribant; an post aliquot annos solui possit, ad vitandam nullitatem contractus; ad quem pertineat augmentum illius, si Rex illam augeat, dum est locata publicanis.

- 1 De origine gabellarum in hoc regno Lusitania, & n. 2.
- 2 Scriptura, qua in publicis archiuis Regni, Ducatus, Archiepiscopatus extant integram fidem mereantur. *ibid.*
- 3 Olim in regno Portugallia solum populi arbitrio suo gabellas sibi imponebant, easque tollebant, absque Regis consensu.
- 4 Ipsi etiam populi debebant officiales ad illas colligendas, à quibus ratiocinia petebant, quo modo postea cooperuit ad Reges pertinere. *ibid.*
- 5 A principio Reges huius regni titulo precarij accepto à populo, gabellas possederunt.
- 6 Tempore Regis Sebastiani, hic titulus precarij mutatus fuit in alium, viro pacto inter Regem, & populum; quo Reges se obligarunt ad incipandas gabellas, vt modo sunt vsque ad presentem annum 1631. & ad illas nunquam augendas, & populi ad illas sine diminutione solvendas.
- 7 Ad quem pertineat augmentum tributi gabellarum, si Rex illud augeat, dum est locatum, aut cum ab illo fuit emptum, ad Regem ne, an ad emptorem, & conductorem, & n. 7.
- 8 Quisnam debeat soluere tributum gabellæ, emptor ne, an venditor.
- 9 An de emptione, & venditione reddituum vitalitiarum, vel stabilium (Tensus, & iuras vocant Lusitani) quæ à Rege emuntur, gabella debeat.
- 10 Si Rex hodie per priuilegium, aliquas personas de incapacitatione gabellarum eximeret, quæ ei annuatim ab aliquo oppido, vel ciuium conuentu soluntur, quantitas gabellæ, quæ ab illis personis soluenda erat, minuenda est de solutione oppidi.
- 11 Quia statuat ius Lusitanum circa gabellas, quando tabelliones scripturas venditionis efficiunt.
- 12 Quot dubitationes insurgant circa dispositionem iuris Lusitani.
- 13 An scriba conscribens instrumenta venditionis, qui prius sibi constet per solentiam iudicis

gabellarum, gabellam fuisse solutam, ipso facto amittant officia, absque iudicis sententia.

- 14 An tunc contractus venditionis sit ipso iure, & absque iudicis sententia nullus.
- 15 An celebrato venditionis contractu sine solutione gabellæ, post aliquot annos gabella solui possit, vt nullitas contractus vitetur, & n. 16.
- 17 An annullato contractu, teneatur venditor reddere pretium emptori, & quid de heredibus illius.

DE origine gabellarum in hoc regno Lusitanie, & de modo, quo nunc per incapacitationem populorum, soluuntur, non ita liquet apud auctores. Libet hic apponere certiora, quæ reperiuntur in cap. 2. *secunda partii Chronicae Ioannis primi Regis Lusitaniae*, fol. 314. quæ est in publico Regni archiuis, & ideo integram, & perfectam fidem merentur, quæ enim in archiuis publicis Regni, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Archiepiscopatus, Episcopatus sunt, firmissimam fidem habent, ratione loci, si in se habeant causam sufficientem, Authentica, ad hoc, C. de fide instrum. cap. ad audientiam, de prescript. Bartol. in l. 1. n. 22. ff. si certum petatur. Paril. consil. 1. num. 50. lib. 1. Socinus iunior consil. 76. num. 64. Abbas in cap. 2. de fide instrum. Iason in l. admonendi, num. 78. ff. de iureiurando. Gabriel de probat. conclus. 5. Vallascus consil. 163. num. 11. aded, vt etiam si sit scriptura alicuius hominis priuati, si in publico archiuis sit, faciat plenam fidem, ratione loci, iuxta auctores allegatos.

Caput itaque prædicti chronici Ioannis primi, ita habet: Sed quoniam hic dicimus, redditus gabellarum huius Lusitani regni, multo plus valere, quam tributa alia regalia, & nonnulli etiam hodie putant, Reges huius regni imposuisse populis hoc tributum gabellarum, quod non ita plane est, volumus hic breuiter dicere, quæ fuerit gabellarum origo in hoc regno, ad tollendam hanc illorum opinionem; quare scire aduertendum est, vsque ad tempus Regis D. Dionysij, qui obiit anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, nullam in hoc regno fuisse gabellam: postea tamen tempore Regis Alphonsi quarti, filij Regis Dionysij, ante annum pestis magna, quæ grassata est anno 1386. gabella, seu collecta iam erant, quæ populi voluntarie sibi imponebant, & inter se diuidebant; singuli in suis oppidis, ad communes necessitates, quibus opprimebantur, subleuandas, prout illis videbatur, cum tales necessitates occurrerent; veluti oppidani Setubales effecterunt in ciuitate murorum eiusdem oppidi. Nam cum oppidum per id temporis nullis muris cingeretur, & mandatum haberem à Rege Alphonso quarto, vt illud muris cingerem; ipsi sponte sua sibi vias imposuerunt gabellas, ad colligendas pecunias, quæ in hoc opere expenderentur, videlicet, viam, quam magnam appellarunt, super vina, cuius redditus ad quatuor mille libras, hoc est, 1300. dobras, attingebant; alteram paruum, cuius redditus quingentas dobras valore suo annuatim reddebant, qui omnes redditus in hoc opere, & in alijs rebus ad illud pertinentibus, expenderantur. Et est prima origo gabellæ, quam in populis inuenimus, quæ vsque ad murorum absolutiorem perdurauit. Postea etiam tempore Regis D. Ferdinandi, propter magnam bellorum necessitatem, quæ cum Rege Castelle ipse Ferdinandus gerebat, populi Lusitani sibi ipsi gabellas singuli imposuerunt, quia necessarium erat, ad bellorum contributionem, specialiter que Olisippo, quæ tunc nondum erat muris perfelle cincta; finis autem his necessitatibus, si alia similes non pullulabant, mittebantur etiam gabellæ, vel

an debeat gabella ex emphyteusi renouata cum pensionis augmento? Et similiter negatiue respondet (& bene) idem Reinosus *ibid.* num. 23. quod idem ait Gutierrez *de gabellis*, *quast.* 35. num. 1. & 4. eum multis quos allegat, quia in hoc etiam casu continuatur primus contractus emphyteuticus, & continuatur: vt patet, & non sit nouus contractus.

CAPVT IV.

Vnde ortum habuerit hoc tributum gabellæ in Lusitania? quid ius Lusitanum circa illud præscribat; quæ pœnæ imponantur scribis; si sine solutione gabellæ, instrumenta venditionis conscribant; an post aliquot annos solui possit, ad vitandam nullitatem contractus; ad quem pertineat augmentum illius, si Rex illam augeat, dum est locata publicanis.

- 1 De origine gabellarum in hoc regno Lusitania, & n. 2.
- 2 Scriptura, qua in publicis archiuis Regni, Ducatus, Archiepiscopatus extant integram fidem mereantur. *ibid.*
- 3 Olim in regno Portugallia solum populi arbitrio suo gabellas sibi imponebant, easque tollebant, absque Regis consensu.
- 4 Ipsi etiam populi debebant officiales ad illas colligendas, à quibus ratiocinia petebant, quo modo postea cooperuit ad Reges pertinere. *ibid.*
- 5 A principio Reges huius regni titulo precarij accepto à populo, gabellas possederunt.
- 6 Tempore Regis Sebastiani, hic titulus precarij mutatus fuit in alium, viro pacto inter Regem, & populum; quo Reges se obligarunt ad incipandas gabellas, vt modo sunt vsque ad presentem annum 1631. & ad illas nunquam augendas, & populi ad illas sine diminutione solvendas.
- 7 Ad quem pertineat augmentum tributi gabellarum, si Rex illud augeat, dum est locatum, aut cum ab illo fuit emptum, ad Regem ne, an ad emptorem, & conductorem, & n. 7.
- 8 Quisnam debeat soluere tributum gabellæ, emptor ne, an venditor.
- 9 An de emptione, & venditione reddituum vitalitiarum, vel stabilium (Tensus, & iuras vocant Lusitani) quæ à Rege emuntur, gabella debeat.
- 10 Si Rex hodie per priuilegium, aliquas personas de incapacitatione gabellarum eximeret, quæ ei annuatim ab aliquo oppido, vel ciuium conuentu soluentur, quantitas gabellæ, quæ ab illis personis soluenda erat, minuenda est de solutione oppidi.
- 11 Quia statuat ius Lusitanum circa gabellas, quando tabelliones scripturas venditionis efficiunt.
- 12 Quot dubitationes insurgant circa dispositionem iuris Lusitani.
- 13 An scriba conscribens instrumenta venditionis, qui prius sibi constet per solentiam iudicis

gabellarum, gabellam fuisse solutam, ipso facto amittant officia, absque iudicis sententia.

- 14 An tunc contractus venditionis sit ipso iure, & absque iudicis sententia nullus.
- 15 An celebrato venditionis contractu sine solutione gabellæ, post aliquot annos gabella solui possit, vt nullitas contractus vitetur, & n. 16.
- 17 An annullato contractu, teneatur venditor reddere pretium emptori, & quid de heredibus illius.

DE origine gabellarum in hoc regno Lusitanie, & de modo, quo nunc per incapacitationem populorum, soluuntur, non ita liquet apud auctores. Libet hic apponere certiora, quæ reperiuntur in cap. 2. *secunda pars Chronicae Ioannis primi Regis Lusitania*, fol. 314. quæ est in publico Regni archiuis, & ideo integram, & perfectam fidem merentur, quæ enim in archiuis publicis Regni, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Archiepiscopatus, Episcopatus sunt, firmissimam fidem habent, ratione loci, si in se habeant causam sufficientem, Authentica, ad hoc, C. de fide instrum. cap. ad audientiam, de prescript. Bartol. in l. 1. n. 22. ff. si certum petatur. Paril. consil. 1. num. 50. lib. 1. Socinus iunior consil. 76. num. 64. Abbas in cap. 2. de fide instrum. Iason in l. admonendi, num. 78. ff. de iureiurando. Gabriel de probat. conclus. 5. Vallascus consil. 163. num. 11. aded, vt etiam si sit scriptura alicuius hominis priuati, si in publico archiuis sit, faciat plenam fidem, ratione loci, iuxta auctores allegatos.

Caput itaque prædicti chronici Ioannis primi, ita habet: Sed quoniam hic dicimus, redditus gabellarum huius Lusitani regni, multo plus valere, quam tributa alia regalia, & nonnulli etiam hodie putant, Reges huius regni imposuisse populis hoc tributum gabellarum, quod non ita plane est, volumus hic breuiter dicere, quæ fuerit gabellarum origo in hoc regno, ad tollendam hanc illorum opinionem; quare scire aduertendum est, vsque ad tempus Regis D. Dionysij, qui obiit anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, nullam in hoc regno fuisse gabellam: postea tamen tempore Regis Alphonsi quarti, filij Regis Dionysij, ante annum pestis magna, quæ grassata est anno 1386. gabella, seu collecta iam erant, quæ populi voluntarie sibi imponebant, & inter se diuidebant; singuli in suis oppidis, ad communes necessitates, quibus opprimebantur, subleuandas, prout illis videbatur, cum tales necessitates occurrerent; veluti oppidani Setubales effecterunt in ciuitate murorum eiusdem oppidi. Nam cum oppidum per id temporis nullis muris cingeretur, & mandatum haberem à Rege Alphonso quarto, vt illud muris cingerem; ipsi sponte sua sibi vias imposuerunt gabellas, ad colligendas pecunias, quæ in hoc opere expenderentur, videlicet, viam, quam magnam appellarunt, super vina, cuius redditus ad quatuor mille libras, hoc est, 1300. dobras, attingebant; alteram paruiam, cuius redditus quingentas dobras valore suo annuatim reddebant, qui omnes redditus in hoc opere, & in alijs rebus ad illud pertinentibus, expenderantur. Et est prima origo gabellæ, quam in populis inuenimus, quæ vsque ad murorum absolutiorem perdurauit. Postea etiam tempore Regis D. Ferdinandi, propter magnam bellorum necessitatem, quæ cum Rege Castelle ipse Ferdinandus gerebat, populi Lusitani sibi ipsi gabellas singuli imposuerunt, quia necessarium erat, ad bellorum contributionem, specialiterque Olisippo, quæ tunc nondum erat muris perfellè cineta; finis autem his necessitatibus, si alia similes non pullulabant, mittebantur etiam gabellæ, vel

in totum, vel in partem, prout populi sibi conuenire iudicabant; receptores autem, seu thesaurarij illarum rationum populo reddebant, neque enim Reges, aut Dynasti populorum, in eam rem manum mittebant, cum vero Reges hos tanto, ac tam amplios gabellarum redditus viderent, placuit illis eos sibi applicare, proponentes in eum finem populis plurimas, & graues rationes, & necessitates, quibus premebantur, grauiorque has gabellas ad duos, vel tres annos, a populis petebant, & hoc modo concessis, finito eo tempore, allegabant iterum nouas alias necessitates regni; & sic paulatim, & pedetentim in illarum possessionem introgressi sunt, volentibus populis. Hæc est origo gabellarum in hoc regno Lusitanie, vt patet ex cap. penultimo Chronici Ioannis primi, & eam refert Cabedo tomo 2. decis. 103. num. 8.

3. Ex quo capite tria colliguntur; primum, solum populos solitos fuisse tunc temporis gabellas sibi imponere pro necessitatibus occurrentibus regni, easque tollere, iis necessitatibus cessantibus, populosque solitos fuisse ponere officiales, quis eas colligebant, & a quibus ratiocinia petebant; & verò cum populi libere in rebus propriis sibi has gabellas imposuerint, & de rebus propriis possit qui ad libitum disponere, l. in re mandata, C. mandati; in re enim propria, quisque est moderator, & arbiter, l. nouus. ff. si quis a parentibus fuerit manumissus; ad hanc collectam nulla erat tunc Regis licentia necessaria. Cum enim eas sibi collectas in re sua populi imponerent, & tollerent, ad eosdem populos pertinebant, statuta facere, quibus in eis colligendis gubernarentur.

Colligitur secundò, non imposuisse Reges Lusitanos hoc gabellarum tributum, sed populos libere, & voluntate illud sibi imposuisse, ad communes necessitates subleuandas; ex quo sequitur, tunc temporis huiusmodi gabellas non esse tributum regale; regale enim tributum, illud est, quod a Rege imperatur, & ponitur, l. unica. C. de super indicto, lib. 10.

Colligitur tertio, huiusmodi gabellas coepisse esse regales, & ad Reges pertinere, hoc modo videntes Reges, prædictos gabellarum redditus ad tantam summam excreuisse, vt redditus regales æquarent, placuit illis, eos sibi applicare, ad quem finem plurimas, & magnas necessitates populis proponebant, vt relatum manet, easque a populis grauiosè a l. duos, vel tres annos impetrabant, & sic de consensu illorum, paulatim in illorum possessionem introgressi sunt.

4. Qui titulus in iure Precarij vocatur, l. 1. ff. de precario, qui ex natura sua non est perpetuus, sed reuocabilis, & temporalis, aded, vt non valeat pactum precarij, quod reuocari non possit, l. cum precario, ff. de precar. Titulus autem precarij, non est titulus sufficiens ad acquirendum dominium, ex vi illius, non enim acquiritur possessio, sine qua dominium stare non potest, nec vi, nec clam, nec precario. Battol. in l. hostes, ff. de capt. & postliminio reuersis, num. 3. Baldus in cap. sicut. 3. num. 6. de iur. iur. Ioannes Baptista l. imperium. num. 45. ff. de iurisdic. omnium iud. Vnde possidentes precarij nullo vnquam tempore possunt præscribere dominium rei; solum enim acquirunt possessionem naturalem, non ciuilem; ciuilem enim possessio manet cum dominio apud dominum rei, seu penes illos dominos, qui rem precarij concedunt; & verò eum ad præscriptionem necessaria sit possessio ciuilibus legibus iustificata, inde optimè sequitur, non potuisse Reges tunc temporis acquirere præscri-

Fagundes de iustitia, c. 7.

ptionem in gabellis, quanuis possessionem naturalem per mille annos haberent. conitatur ex l. acquiratur. §. finali. ff. de acquir. rer. dominio. ibi, usufructuarius verò, vsu capere seruum non potest; primo, quia non possidet, sed habet ius utendi, & fruendi; deinde, quoniam scit, se seruum alienum esse. & glossa ibi, verb. non possidet. Non possidet, inquit, ciuilitè, sed naturaliter. & clariùs hoc colligitur ex l. si interim, ff. de precario, ibi, is, qui rogauit, vt precario in fundo moretur, non possidet, sed possessio apud eum, qui concessit, remanet.

Postea verò successu temporis, cum regnaret Rex Sebastianus, huius nominis primus, & puer esset, datus est illi tutor, serenissimus Cardinalis Henricus illius patruus, cum plenissima potestate in regni administratione, qui postea, eodem Sebastiano in Marochiano bello contra Mauros infelicitè suscepto, occumbente, successit in regno. Cumque tutorem ageret, videns populi querimonias, motes, factiones, & seditiones, quæ quotidie in collectione gabellarum contingebant, quando à ministris regis petebantur, repugnantibus populis eas soluere; ministris verò illarum solutionem urgentibus, tandem, vt his finem imponeret, ipse Henricus nomine Regis, cum populis totius regni contractum iniit transactionis, & amicabilis compositionis, ea conditione ex parte populorum, vt in posterum integras gabellas soluerent, eo modo, quo eas tunc temporis soluebant, & quòd incapitarentur in populis, in singulis districtis, & conciliis, ea verò ex parte Regis, vt nullo vnquam tempore auerentur; nec illorum incapitatio mutaretur: qui contractus à partibus intercessentibus acceptatus, & firmatus fuit, & hoc modo incapitate, absque vlla mutatione, concurrerunt, & permanserunt toto tempore Regis Sebastiani, Henrici, & Regis Philippi primi Portugalie, & Philippi secundi; qui tamen contractus vtrinque firmatus, meo iudicio, non tollit, posse Reges, pro urgentibus necessitatibus totius Regni, imò & pro Christianitatis, illas augere, maxime de consensu populorum, quando aliunde non habent, vnde se, & Regnum sibi à Deo creditum defendere possint; id enim ratio naturalis dicitur videri maxime, quia in conditionibus contractuum inter Reges, & vasallos initorum, non censentur venire euentus incogitati, & insoliti tantæ considerationis, quanta est conseruatio regni, & Fidei catholice, & in his necessitatibus credendum est Principibus, qui regni clauo asfidunt.

6. His præmissis circa originem gabellarum, & introductionem illarum in hoc regno Lusitanie, duplex dubium hic modò insurgat. Primum est, vtrum augmentum tributi iusti, à Rege venditi, vel locati, pertineat ad Regem illud augentem, an ad emptorem, vel conductorem? Et in hoc dubio partita est opinio; prima docet, pertinere ad illos, qui tributum à Rege emptum, vel locatum habent, non ad Regem illud augentem. Fundamentum est, quia accessorium sequitur principale, & huiusmodi augmentum, est accessorium prædicti tributi empti, conductique; quare ad conductorem, emptoremque pertinet, non ad Regem adigentem, ita colligitur ex Baldo, & Angelo in l. at ubi, ff. de petis. hered. & videtur docere Decius cons. 4. vbi asserit, quòd augmentum gabellæ, seu tributi accrescens ex reformatione statuti antiqui de admittendis pannis, & mercedibus forensibus, contra ipsam statutum, pertinet ad emptorem, & conductorem tributi, non ad Regem, aut dominum reformatorem,

FF tem,

rem, propter id fundamentum, quodd accessorium sequitur principale.

7. Secunda docet, coniecturandum esse, ad quem pertineat; ex quantitate pretij, quo emptum, aut conductum predictum tributum fuit, & ex magnitudine augmenti superadditi; tantum enim potest esse incrementum tributi, & paruum pretium emptionis, aut conductionis, ut arbitrio prudentis non videatur augmentum sub conductionis, aut venditionis pretio comprehensum. ita tradit specialiter Bruus de augmento concl. 19. num. 5. vers. 5. *prædicta*. Ego huic secundæ sententiæ subscribo, quia licet accessorium semper sequatur suum principale, quando ab illo est inseparabile, ut communiter authores docent; tamen in contractibus locationis, & venditionis, non censentur Principes voluisse vendere, aut locare augmentum tributi tam paruo pretio, si tam exiguum sit, ut moraliter loquendo, id verisimile non videatur, & hic casus videtur exceptus in prædicto contractu; casus vero exceptus regulandus est per regulas communes, & consuetudines, quæ in similibus contractibus seruari solent; regula autem, & communis consuetudo est, ut magna magno pretio vendantur, & ut res, & pretium sint æqualia quoad valorem, ut iustitia utrinque obseruetur. Facit id, quod docet Syluester *verb. gabella* 2. num. 5. si Ecclesia donata fuit monasterio ad vsus proprios, & monasterium, reseruata sibi certa annua pensione, eam alteri concessit, posse, auctis facultatibus Ecclesiæ, ipsum monasterium augere pensionem illius, quia pensio imposita fuit, ratione fructuum, qui modò pinguiores sunt; sicut etiam, diminutis fructibus illius, immiui pensionem oportet.

Si tamen gabella esset vendita, vel locata sub certa, & præscripta forma, puta, quodd emptores, aut conductores illius non possint vendere quamlibet salmam, vel fanegam frumenti, nisi pro vno aureo, & pretium postea à Principe augeatur, augmentum illius ad Principem pertineat augmentem, non ad conductorem, vel ementem; ita docet Angelus in l. *at ubi*, ff. de petit. hered. quem sequitur Brunus de augm. dicta conclus. 17. num. 6. & Cab. decis. 113. tom. 2. num. 1. vers. sed in. Fundamentum est, quia sub ea forma verborum contraxerunt, non aliter, nec alio modo, ac proinde, quidquid augmenti accrescit, totum Principi accrescit, non enim super illud augmentum contraxerunt.

8. Secundum dubium est, quisnam debeat soluere gabellam, emptor ne, an venditor? Et hic vel sermo esse potest de iure communi, vel de iure Lusitano. Inspecto iure communi, gabella tota soluitur ab emptore tantum, l. *debet*, ff. de adilit. edict. ex qua id colligit Bald. in l. *prædictum*, num. 6. C. de adilit. alt. Romanus *singulari* § 82. Iason in l. *ultim. n. 41*. C. de iure emphyt. Gozadin. *consil.* 65. num. 1. Cæpolla in dicta l. *debet*, num. 2. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. pag. 144. num. 45. sine. Cabedo tom. 2. decis. 113. num. 6. & est soluenda, habito respectu ad pretium, quod manet apud venditorem, deductis omnibus expensis, tam in subhastatione, quando venditio est sub hastatione facta, quam in faciend. instrumento scripturæ, & aliis rebus. ita Bald. in l. *non amplius*, ff. de legatis. 1. Iason in l. *cum quadam*, §. *quoties*, num. 6. ff. de iurisdict. omni. iud. Inspecto autem iure Lusitano ab utroque contrahente pro rata dimidiatis soluitur, nisi aliter conuentum sit inter ipsos contrahentes, semper enim standum est conditionibus ab ipsis contrahentibus positis, cum quisque possit in suis contractibus, ponere conditiones, quas voluerit, modò

sint licite, & alter illas acceptet. patet ex cap. 1. in articulis gabellarum, in princip. docet Cabedo allegatus num. 6. & probat communis consuetudo regni.

In tota autem Lusitania, nulla soluitur gabella ab emptoribus, de emptionibus reddituum regalium vitalitiorum, aut stabilium, quos à Rege emus, tenfas vocamus, & iura. idque ex inueterata regni consuetudine. ita docet Cab. tom. 2. decis. 113. num. 7. quod latè, & benè probat ex authenticis testimoniis officialium reddituum regalium. Similiter, si quis vendat, aut emat has tenfas, & iura, ex tali emptione, & venditione, nullam tenetur soluere gabellam, ut etiam ex iisdem testimoniis probat idem Cabedo.

Et verò si modò Reges Lusitaniæ exemptionem aliquibus vassallis, aut dynastis concedant, earum gabellarum, quæ sunt incapitate in populis, & vrbibus, populi, & vrbes possunt illam diminutionem computare in censu annuo, quem illis prestare solent. Ita Cabedo tom. 2. decis. 113. Bartol. in l. *ab omnibus*, ff. de legatis. 1. Felinus in cap. *accidentes*, col. penult. de prescript. Iason in l. *annus*, ff. de pactis. Brunus de diminutione conclus. 12. num. 66. Et ratio est, quia exemptio, & immunitas illorum, est onus aliorum, eo enim ipso, quodd Reges illos immunes hoc tributo faciunt, alios magis grauant, quod fieri non potest ex vi contractus incapitationis, de quo in numero quiritogimus.

Statuit autem ius Lusitanum lib. 1. *noua ordin.* tit. 78. num. 14. circa solutionem gabellarum, ut illam securiorem reddat, & furtis huius tributi obuiet, multa, quæ animaduersione sunt digna. In primis statuit, quodd nullus contractus emptionis, aut venditionis valeat, siue de rebus immobilibus, siue mobilibus, siue de quacumque alia re, de qua fisco regio gabella debeat, veluti de venditione, & permutatione nauium, cymbarum, lintrium, sine solutione illius, & quodd ipsi contrahentes, & hæredes illorum possint quocumque tempore, prædictos contractus annullare, & fructus prædictorum bonorum accipere, & bona ipsa recuperare à venditionis tempore, & quodd nec emptor contra venditorem agentem de nullitate contractus, ex defectu solutionis gabellæ, possit replicare, quodd etiam ipse venditor ex parte sua non soluerit gabellam, cum ambo illam soluere tenerentur, nec viceversa, venditor contra emptorem; nam, ut benè notant Doctores, nulla ratione potest validari contractus, quem statutum ipso iure annullat, gabella non soluta, argumento textus in leg. *finali*, §. *si stipulator*, ff. de eo, per quem fact. erit. Bartol. ibi, & Abbas in cap. *dilecti filij*, num. 8. de except. & si ab vna parte soluat gabella, & ab alia non soluat, cum contractus non possit pro parte valere, & pro parte non valere, iuxta textum in l. *si cum dies alias*, & l. *quidamun*, §. *si arbiter*, vers. *& rectè putat*, ff. de arbitrio; debet tunc valere in totum pro parte illius, qui soluit, ut tenet Abbas in cap. *quoniam frequenter*, num. 12. ut *litæ non contestata*.

Statuit deinde, quodd nullus tabellio possit facere instrumentum venditionis, nisi prius contrahentes ei per chirographum scribæ gabellarum, ostendant, se iam soluisse gabellam, & traditam fuisse exactori gabellarum, qui chirographus debet continere nomen partium contrahentium, & bonorum, quæ venduntur, & pretium, pro quo venduntur, & nomen exactoris, & debet esse conscriptus ab scriba gabellarum, & à iudice opidi illius, vbi bona immobilia sita sunt, & ab exactore, & debet transcribi in instrumento venditionis, & tabellio,

qui

qui aliter instrumentum fecerit, perdit tabellionatus officium, & instrumentum ipso iure est nullum, & contrahentes, vel illorum hæredes illum poterunt annullare quocumque tempore, & bona cum fructibus recuperate à tempore contractus, vt supra diximus.

Vbi tamen consuetudo fuerit immemorialis, quod gabella solvatur in tabula, & quod non transcribatur chirographus in instrumento venditionis, valebit prædictum instrumentum sine ea translatione, nec tabellio perdet officium non observans formam prædictæ ordinationis *dicti libri primi, tit. 78. num. 14.* quia consuetudo immemorialis facit ius, & privilegium inducit, *cap. super quibusdam, vbi glossa verb. non extat. de verborum significat. l. hoc iure. §. dultus aqua. ff. de aqua quot. & asti. l. 1. C. qua sit longa consuetudo. lason in l. de quibus, num. 43. & Bartolus ibi, num. 5. ff. de legibus.*

12. Et circa hæc dispositionem iuris Lusitanæ, multæ dubitationes insurgunt, quæ ad tres capitales reduci possunt. *Prima* est, an hæc annullatio contractus, & privatio officij, requirant iudicis sententiam, tanquam veræ pœnæ. *Secunda*, an post multos annos à celebratione contractus decursos, possit quis solvere gabellam, ad vitandam pœnam nullitatis ipsius contractus, & amissionem fructuum rei venditæ, cum ipsa re? *Tertia*, an annullato contractu per iudicis sententiam, teneatur venditor reddere pretium emptori?

13. Et verò, si loquamur de privatione officij, non est dubium, hanc privationem, & amissionem illius, esse veram pœnam, & requiri sententiam iuris, vt incurratur, de qua re multa egimus in *tomo 2. Decalogi, ad præceptum, & librum octauum illius.* ita docet D. Thom. 2. 2. *quest. 62. art. 3. ad 3.* Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 4. num. 8. & 9.* & glossa in *cap. fraternitas, in verb. cum augmento. 1. quest. 2.* ibi, *Pœna non debetur ante iudicis sententiam.* quod etiam axioma est commune Theologorum, & vtriusque iuris Professorum, quod procedit maxime de pœnis, quæ privant hominem bono aliquo, aut iure acquisito. Molina *tom. 2. de iust. disp. 87. vers. ad reliquas verò pœnas, & disp. 96. vers. Quod atinet ad pœnam amissionis.* Tiraquel. multis adductis in *l. si unquam. in præfat. num. 37. C. de resernd. vendit.* Probat, quia ea privatio officij imponitur tabellionibus in delicti supplicium: ergo est vera pœna. nam pœna est læsio vindicans, ac puniens delictum, quod quisque commisit, vt ait D. Augustinus, & habetur in *cap. penitentia. de penit. disp. 3.* & est grauis pœna, quia privat scribas præcipuo vitæ alimento, ex quo vita illorum pendet; ergo non obligat in conscientia ante iudicis sententiam; durissimum enim esset, reos obligare, vt ipsi grauissimas pœnas in se ipsos exequantur; satis enim est, quod sint parati ad illas sustinendas, si à iudice infligantur; neque enim verisimile est, quod legis latores velint obligare reos ad exequendas grauissimas pœnas corporales, in semet ipsos; quod autem verisimile non est, non est credibile, *l. Manius, in princ. ff. de legatis 2.*

14. Idem dicendum est etiam de pœna annullationis contractus; similiter enim est vera pœna, & iudicis sententiam requirit, vt ea annullatio in foro conscientie obliget. Probat, quia de se est grauis pœna, cum obliget ad amissionem rei emptæ, & fructuum illius, & imponitur à iure, in odium contrahentium, qui gabellas furto auferunt à Principe; ergo requirit sententiam iudicis, qui illam exequatur: nec dici proprie potest solennitas iuris, *Eagundez, de iustitia, &c.*

qua non seruata, actus, absque vlla sententia, inualidus in conscientia existat; quia, quando constitutio aliqua, aut statutum inducit actus nullitatem, in pœnam, & odium celebrantis illum, talis annullatio est vera pœna imposta in supplicium delicti, vt numero præcedenti diximus; ergo requirit sententiam iudicis, ita docet Sanchez, & omnes numero præcedenti allegati. colligitur ex *l. senatus. ff. de contrab. empt.* vbi dicitur, nullitatem contractus esse pœnam; quod docent etiam Petrus Surdus *conf. 157. num. 4.* & Gutierrez *de iuramento confirmat. part. 1. cap. 14. num. 12.* & cum sit pœna temporalis, sententiam iudicis requirat, necesse est, vt probatum manet.

Circa secundam dubitationem, partita est sententia.

Prima docet, initio venditionis contractu sine solutione gabellæ, euadere contrahentes pœnam nullitatis illius, & amissionis fructuum, soluto, post aliquos annos, gabellæ tributo. hanc tenet Phœbus Lusitanus *tomo 1. decis. 23.* vbi ait, ita fuisse iudicatum in supremo Senatu Lusitanie anno 1611. Et suaderi potest hæc opinio his argumentis.

Primo, quia lex edita ad vitanda inconuenientia, cessat, cessante fine; licet enim lex principaliter edita propter finem bonum, non cesset, cessante fine; tamen lex edita principaliter ad vitanda inconuenientia, cessat, cessante fine, vt optimè probat Sanchez *lib. 3. de matrimonio. disp. 3. num. 9.* lex autem hæc prohibens pœna nullitatis, contractus venditionis initos absque solutione gabellæ, est lata principaliter ad vitandum inconueniens furto huius tributi; ergo cessante inconueniente futti, per solutionem gabellæ, cessat dispositio legis, & pœna illius.

Secundo, quia lex prohibens celebrationem contractus sine solutione gabellæ, continet veram pœnam, vt probatum manet *num. 4.* ergo est lex pœnalis, & tanquam pœnalis restringenda est, & strictè interpretanda semper est, vt potius non incurratur pœna nullitatis, quam incurratur *l. cum quidam, ff. de lib. & posth. reg. odia. ff. de reg. iuris.* Barbosa *ad l. si constante. ff. solut. matrim. num. 101.* Peregrinus *conf. 19. n. 10. lib. 3.*

Tertio, quia solutio gabellæ, quam fiscus requirit, sufficit, de iure communi, quod interueniat ante, vel post initum venditionis contractum, quia per solutionem, quocumque tempore factam, satis fit intentioni legis, quæ tantum vult, quod fiscus debito suo gabellæ tributo non fraudetur; non enim oportet verba legis captare, sed qua mente loquatur, animaduvertere; ex textu optimo in *l. penult. ff. ad exhibendum.* nec propter figuram verborum, legis mens deserenda est, *l. quisquis mihi, ff. de verborum significat. leg. 3. ff. de adimend. legatis. §. conditio.*

Quarto, quia, quando nullitas introducit in pœnam vnus, & fauorem alterius, non habet locum prædicta nullitas, cedente altero iure suo, quod etiam procedit, quando nullitas causatur ex dolo; quisque enim potest cedere suo iure, & contractus bonæ fidei, qui fuit in fraudem alicuius initi, potest, volente eo, cui factus est dolus, sustineri: iuxta Tiraquel. in *l. si unquam. verb. Reuertatur, num. 16. & num. 392. C. de reuoc. donat.* & iuxta glossam in *l. iuris gent. §. prator ait. verb. Dolo malo, de pactis.* Ruinus *conf. 48. num. 12. lib. 4.* Crauetta *conf. 179. num. 10.* Caualean. *de tutel. n. 170.* ergo saltem, si gabella accipiatur à fisco, vel gabellario, euitabitur pœna nullitatis contractus.

manuiffo. atqui restitutio rei, & fructuum illius, est pœna per legem indicta emptori; ergo etiam restitutio pretij censetur inflicta in eadem lege venditori. licet enim statutum compellens aliquem vendere sub pœna aliqua, non compellat alium emere, quia vnum non includit aliud: tamen, supposita venditione, pœna imposta ementi, est etiam imposta vendenti; quia vnus sine alio intelligi non potest. Tandem, quia lex Lusitana illis verbis: *Et ipsi contrahentes, vel illorum heredes poterunt prædictos contractus annullare*; utrosque comprehendit, emptores, & venditores, tam enim contrahunt hi, quam illi; quare, quando postea præcipit, vt resciso contractu, teneantur emptores reddere fructus à tempore venditionis perceptos, consequenter etiam præcipit, vt teneatur venditor reddere pretium rei venditæ, ne inæqualitas in contractu appareat.

CAPVT V.

An vendito principali, censetur etiam vendi accessorium; & an valeat scriptura venditionis facta à Tabellione extra suum territorium de consensu partium?

- 1 *Vendito principali, censetur etiam vendi accessorium.*
- 2 *Vendito castro, vel villa, venditum censetur ius patronatus, aut capella illi accessoria, cum tamen hæc vendi per se non possint.*
- 3 *Ex quibus coniecturis colligi possit, accessorium inseparabile esse à suo principali.*
- 4 *Qui possessionem capit prædy principalis, consequenter illam capit reliquorum prædyorum, quæ sunt illi adnexa, & accessoria, licet hæc accessoria maiores redditus habeant.*
- 5 *Qui vendit equum, & ancillam, consequenter vendit partem illius, nisi aliter conuenit sit inter partes contrahentes.*
- 6 *Mulieri locanti equum ad vehendam mulierem, non debetur maius pretium pro infante, quem vel lactat, vel gestit in vtero.*
- 7 *Qui ostendit equum, vel mulam ornata ephippio, aut ciutella, an ornamenta vendere censetur simul cum illa; & quid, si hæc ornamenta stemmata domini habeant.*
Et an vendita domo, censentur vendi dolia, & granaria illi affixa. ibid.
- 8 *An si qui testamento alteri legat suas vestes festiuas, censetur etiam legare illas vestes, quæ præter usum vestiendi, alium usum habent.*
- 9 *An publicum scriptura instrumentum factum, à Tabellione extra suum territorium, de consensu etiam partium, valeat.*

DUBITARI sæpè potest, an si quis vendat domum, censetur etiam vendere fundum illi adhaerentem, & an vendens fundum, vel prædium, vendat etiam domum illi accessoriam. Sed ad hanc dubitationem, & similes decidendas, pro certa regula statuendum est, spectata rei natura, vendito principali, censeatur etiam vendi accessorium, quando accessorium semper est coniunctum, & inseparabile ab illo; quia accessorium semper sequitur naturam sui principalis, quando

Fagundez de Iustitia, &c.

ab eo est inseparabile; constat ex vulgata lege, *scilicet eum. §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus; & ex l. fistulas, in principio, & l. qui fundum, §. 1. ff. de contrah. empt.* Dixi, quando ab illo est inseparabile, quia accessorium duplex est, alterum voluntarium, & alterum necessarium: seu alterum separabile, alterum inseparabile à suo principali: necessarium, seu inseparabile illud est, quod nunquam separari solet à suo principali, & semper in consequentiam illius venit, vt docet Straccha *de adiection. part. 4. quæst. 10. num. 22.* post multos, quos citat. Voluntarium verò, seu separabile, illud dicitur, quod à principali separari potest, & non solet semper illi esse coniunctum, nec semper sub nomine, & appellatione illius, venit, sed modò venit, modò non venit, arbitrariè; quare vendito principali, censetur semper venditum accessorium, nisi aliter inter partes contrahentes conuenit sit. ita Menoch. *tom. 3. præsumpt. 99. num. 2. & 3.* Alberic. *de statutis. quæst. 256. num. 8.* Mendosius *de privilegijs ad instar. glossa 11. n. 28.* Gambarà *de auth. leg. lib. 3. num. 18.* sic vendito oppido, vel castro, censetur etiam vendi illius pertinentiæ, tanquam inseparabiliter accessoriæ, iurisdictiones, imperia, privilegia, honores, distincta, & alia similiter, quæ illi semper sunt adnexa; continent enim castrum, & oppidum hæc omnia, tanquam accessoria. ita, præter auctores allegatos, Boëtius *in decis. aur. q. 50. num. 11.* Antimius Corsetus *in tractatu de potestate Regia. q. 5. & alij.*

Ob eandem rationem, vendita villa, aut palatio, in quo est ius patronatus, censetur etiam ius patronatus vendi, illi inseparabiliter annexum; & vendito fundo, in quo est capella, vendita quoque censetur ipsa capella, nisi aditum habeat ex publico; licet enim capella, & ius patronatus, per se vendi non possint, cum sint res spirituales, aut spiritualibus annexæ, & quasi spirituales; tamen deuolunt cum suo principali, cui inseparabiliter sunt adnexæ, vendito principali, censetur vendi, & donato, censetur donari; venit enim semper accessorium in consequentiam sui principalis, nisi aliud specialiter inter partes sit conuenitum. *cap. ex literis, cap. cum secundum, de iure patronatus. Cab. de iure patronatus. lib. 1. cap. 3. num. 2.* Boët. *tom. 2. quæst. 322. num. 14.* Decius *in cap. quanto, de iudicijs. Rochus de Curte de iure patron. verb. Ipse, vel is. quæst. 23. num. 42.* Lambertinus *lib. 1. part. 2. quæst. 5. principali. art. 14. & facit glossa in l. in modicis. ff. de contrah. empt.* sic vuitis Ecclesijs quoad suos redditus, aliquibus monasterijs, collegijs, aut vniuersitatibus, in quibus sunt iura patronatus, vniuntur consequenter iura patronatus, & ad ipsa monasteria, vel collegia, aut vniuersitates, & pia loca pertinent viciorum presentationes. ita Cabedo *lib. 1. de iure patron. cap. 2. num. 2.* Rochus *verb. competens. quæst. 25. textus in cap. de Monachis, de præb. cap. unico, de iure patron. in 6. Clementina prima, eodem tit. glossa in cap. pia mentis. 16. q. 7.*

Limitatur tamen hæc doctrina in Regijs patronatibus regni Lusitaniæ, in quibus illud est speciale, quod nunquam censentur per Regem donari, etiam si donentur castra, vel oppida; quibus iura patronatus sunt annexa, nisi nominatim, & verbis expressis per Regem ultra oppida, & castra; fuerint donata. ita disponit Ordinatio nostra *lib. 2. tit. 17. §. 22.* quæ in hoc à iuris communis dispositione deuiat, vt optimè notauit Cabedo *de iure patron. lib. 1. cap. 3. num. 3.* & idem fortè de venditione erit.

Dux autem sunt coniecturæ, ad intelligendum, an aliquid sit accessorium inseparabile alicuius principalis.

Prima est, si vna, eademque appellatione, vtrumque veniat, & si, quando domus, verbi causa, vel prædium locabatur, simul etiam locabantur fundus domui, vel domus prædio adherentes; & similiter, si, quando habitabatur in vno, in alio etiam censebatur habitari. ita probat textus in l. *Scia*, §. *tyranna*, ff. de instrum. & instrum. leg. vbi habetur, quod legans in testamento fundum, vel prædium, legat etiam omnia illi pertinentia, quando vna, eademque appellatione omnia veniebant; & docet Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 2. de empt. & vend. num. 13.

Secunda coniectura est, pretium; nam ex quantitate pretij magni, vel parui, colligi quoque potest, an omnia simul vendi censeantur, & hæc optima coniectura est, quam tradunt Antonius Gomez tom. 2. var. modo allegatus, cap. 2. num. 12. prope finem; Cabedo tom. 2. decis. 113. num. 1. vers. sed in die; & Brunus de augment. concl. 19. num. 5.

4. Ex iactis principiis, quod accessorium sequatur principale,

Sequitur primò, eum, qui possessionem alicuius prædij, aut casalis principalis, cui alia sunt annexa, accepit, accipere etiam possessionem aliorum, quæ illi sunt adnexa; & patum refert, quod alius possessionem accipiat accessorij, quod verum est, etiam si accessoria multo plures redditus habeant, neque enim hic militat illa regula: *Possidete vni possidebitis*. Cum enim prædium principale, sit caput, & reliqua accessoria, sint veluti membra, necessariò membra suum caput sequi debent, cui incorporata sunt; sicut enim, vendito principali, censetur vendi accessorium, ita possessio principali, censetur possessum accessorium, eo enim iure, quo quis habet principale, habet accessorium. ita docet Cabedo tom. 2. decis. 48. num. 7. docet etiam expressè Hieronymus de Monte de finibus, cap. 5. num. 13. Afflictis de iure prothom. §. 6. num. 7. Pelacz de maiorat. part. 1. quest. 10. n. 15. Lucerna Laudemi, col. 1. num. 29.

5. Sequitur secundò, eum, qui vendidit ancillam, vaccam, vel equam, censeri etiam vendere partum illarum, quando partus adhuc sunt in utero; vel à matre lactantur, & per se viuere non possunt, quia censentur tunc partes matrum, & vna res cum illis; si verò non lactentur à matribus, sed iam per se viuunt, non censentur vendi cum matribus, quod semper intelligi debet, nisi aliter conveniat inter contrahentes. ita Antonius Gomez tom. 2. var. cap. 2. num. 14. Bartolus in l. si quis, ex Pamphila, ff. de legatis 2. Cabedo tom. 2. decis. 48. num. 6. & 7.

6. Sequitur tertio, mulioni locanti equum ad vehendam feminam, non debere à conducente dari maius pretium pro infante in utero existente, nec pro recens nato, dum lactatur à matre, & sine matre viuere non potest, tunc enim est pars matris; illique adheret, & vnum corpus cum illa censetur, & nondum exiisse de utero. ita deciditur in l. sed adest, ff. locati, §. si quis mulierem, & DD. communiter in l. in rem alt. §. item quacunque, ff. de rei vind. & patet etiam ex textu in l. si, ut certo, §. vsque adeo, ff. commodati, vbi commodata equa, censetur etiam commodari pullus editus ex illa, & commodatarius tenetur de utroque præstare custodiam. Nec obstat textus in l. legatis fernis, §. finali, vers. ouibus, ff. de legatis 3. vbi legatis ouibus, non censentur legari agni, est enim id intelligendum, quando agni sine matre viuunt, ut docet Antonius Go-

mez tom. 2. variarum, cap. 2. num. 14. Fulgofius, Angelus in l. cum qui, §. non solum, ff. de furtis.

7. Sequitur quarto, illum, qui vendit equum, vel multa, vendere etiam ephippium, clitelam, & fœnum, si tempore venditionis his ornamentis instructa offerantur emptori; hæc enim omnia accessoria sunt rei venditæ; si verò in absentia vendantur, vel nuda ostendantur, nuda vendi censentur, nisi contrarium solitum sit de more loci, nam consuetudo loci sequenda est: ita post Baldum, Angelum, & Fulgofium, quos citat, docet Antonius Gomez tom. 2. var. cap. 2. n. 15. & probat textus in l. adiles 2. vers. primo, ff. de edilit. edict. optimè tamen animaduertit Albericus de Rosate in l. si ut ceteros, §. vsque adeo, ff. commodati, quod vendito equo, non censetur vendi ephippium, quo institutus est, quando in dicto ephippio stemmata domini figurata sunt, quia tunc tale ephippium videtur esse insigne domini magis, quam equi ornamentum.

Sequitur etiam, quod vendita domo, vendantur etiam vasa, & dolia, & granaria illius solo affixa, in quibus, vinum, oleum, & granum seruat, quia sunt accessoria domus, illique adherent, quæ autem non sunt ad affixa, non censentur vendi: ita deciditur in l. 29. Castella, partis, §. docet Gregor. Lopez ibidem, & constat ex l. fundi, ff. de alt. empr. & ex l. dolia, ff. de contrah. empr. ibi, Dolia in horreis defossa, si non sunt in venditione, excepta horreorum accessioni accessisse videri; & ex l. granaria, ff. de alt. empr. ibi, Granaria, quæ ex tabulis fieri solent, adium sunt, si stipites eorum in terram defossi sunt, quod si supra terram sunt, in raptis, & casis habentur; id est, portabilia sunt, & per se vendibilia.

8. Sequitur quinto resolutio questionis à nobis nuper inquisitæ. Fœmina quædam nobilis testamento alteri fœmina legauit omnes suas vestes festiuas, seu, ut Lusitani aiunt, de resguardo, quæ scilicet vsui quotidiano destinatae non sunt, & inter illius vestes repertum fuit quoddam pallium breue pretiosum muliebri, mantilla Lusitanæ dicitur; dubitatum fuit, an nomine prædictarum vestium, hoc pallium veniret; nam prædictum pallium vsui magis baptizandorum puerorum, dum fœmina viueret, inseruebat, quam vesticui ipsius fœminæ. Et respondi, si aliquando prædicta fœmina legans in se ornanda, eo pallio utebatur, cedere legataria; si verò nunquam illo utebatur, nec vllum alium vsuum habebat, quam Baptismorum, illi non cedere, quia tunc non poterat censeri pars reliquarum vestium festiuarum, respectu fœminæ legantis; & cum aliquando prædicta fœmina, dum viueret, illo uteretur, tarò tamen, pro legataria iudicatum fuit, iuxta textum in l. inter vestes, ff. de aur. & arg. leg. vbi deciditur, spectandum esse potius vsuum patrisfamilias, quam naturam vestis.

9. Circa secundam partem tituli huius capituli, dubitatum fuit olim, an publicæ scripturæ instrumentum venditionis factum à Notario, vel tabellione, extra suum districtum, valeret, saltem de consensu partium contrahentium? Et tandem resolutum fuit, non valere, ex Bartolo in l. apud Proconsulem, ff. de man. vindict. vbi ait, non posse Notarium, validum instrumentum conficere extra suum territorium, hoc est, extra districtum illius, qui illum creauit pro aliquo districtu, nec etiam de consensu partium. Et ratio est, quia tabelliones non habent iurisdictionem, quæ ex partium consensu extendi possit, sed nudum ministerium tantummodò, quod extendi non potest extra locum, & territorium, pro quo constitutus quisque est tabellio. Et ita docet etiam Abbas in cap. cum P. tabellio, col. finali, de fide

fide instrument. Palatius in rubrica de donat. inter virum, & uxorem. in introductione, num. 21. & Vallascus tomo 1. consult. 9. Roborarique potest, quia Notarius secularis non potest conficere validum instrumentum in causis spiritualibus, nec Ecclesiasticus, & Apostolicus in causis civilibus, ut patet ex l. 8. Castella. tit. 18. lib. 2. & docet Ioannes Faber in l. sciendum. C. de donat. & Couarruias pract. quest. 19. col. ultima; & idem est in Gallia, ut testatur Rebuffus ad l. Gallia. 1. part. pag. 89. num. 43. tract. de liter. obligat. art. 2. glossa 1. Nec scriba imperialis potest in regnis Hispanie, aut Lusitanie, instrumenta publica valide conficere; nec scriba Regis Hispanie, in terris imperialibus, iuxta Palatium, & Vallascum allegatos; nec consensus partium quidquam prodest, quia privatorum hominum consensus non potest fidem publicam tribuere officiali illam non habenti in eo loco, l. privatorum. C. de iurisd. omnium iudic. Causa autem, ob quam huiusmodi tabelliones id efficere non possunt, est, quia in his locis auctoritatem publicam non habent, cum iurisdictionem in iisdem locis non habeant Principes, qui illos creantur; ergo etiam, cum creantur a Principe, pro vno tantum loco, & districtu sui Regni, non possunt auctoritatem publicam in alio loco prestare instrumentis publicis a se factis, cum illam communicatam a Principe pro illo loco non habeant; perinde enim est habere illam limitatam pro vno loco, ac non habere pro alio.

CAPVT VI.

De arrha, quæ datur pro signo pacti venditionis initi, & pro initio solutionis pretij.

- 1 *Quid sit arrha in contractu venditionis data?*
- 2 *Quando venditor præbet arrham emptori, pro signo celebrati contractus, & maiori securitate illius, potest emptor a contractu recedere, inuito venditore, amittendo arrham; similiter potest venditor, si arrham accepit ab emptore, ab illo, eo inuito, recedere, reddendo arrham acceptam, & aliam equalem.*
- 3 *Amisio arrhæ non requirit in vtroque regno, Castella, & Lusitania, iudicis sententiam.*
- 4 *Si contractus venditionis celebretur per proxenetas, non potest in Lusitania alter contrahens ab eo recedere, altero inuito, amissa arrha.*
- 5 *De iure communi, data arrha pro signo celebrati contractus, & maiori firmitate illius, non potest vnus contrahens, altero inuito, ab eo resilire, ea amissa.*
- 6 *An, quando, amissa arrha, vnus contrahens a contractu venditionis recedit, altero inuito, debeatur gabella, & n. 7.*
- 8 *Si arrha detur pro initio solutionis, aut pro signo initi contractus, & simul etiam pro initio solutionis, neuter contrahentium potest resilire a contractu ea amissa, altero inuito; de communi tamen consensu, potest.*
- 9 *In dubio, an arrha detur pro signo initi contractus, & maiori firmitate illius, an pro initio solutionis illius, censenda est dari, in Lusitania, pro signo contractus initi, non pro initio solutionis.*
- 10 *An debeatur gabella, si, data arrha pro initio*

solutionis, contrahentes mutuo consensu a contractu resiliant.

ARRHA in pacto venditionis, ut notat Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 338. & Gregorius Lopez ad septimanam l. Castella. part. 5. tit. 5. & Rebellus 2. part. de obligat. iusticia. lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 13. illa est pecunia, quæ datur pro signo, & confirmatione initi contractus. Triplici autem modo potest huiusmodi arrha dari. *Primo*, pro signo celebrati contractus, ad illum magis firmandum, & securiorem reddendum. *Secundo*, pro initio solutionis. *Tertio*, pro signo celebrati contractus, & pro initio solutionis simul. Constat autem, quolibet ex his modis, fuisse datam, vel ex verbis contrahentium, in ipso contractu insertis; vel ex iuramento illorum; vel ex dispositione adstantium testium; vel ex consuetudine regni, loci, aut Prouincie. In hoc autem regno Lusitanie, ex antiquissima consuetudine, ut notat Rebellus allegatus, quando aliter in contractu non exprimitur, solum pro signo celebrati contractus, arrha dari censetur, & nullo modo pro initio solutionis, & ideo, quando datur, non solet interuenire animus se ad aliud obligandi, quam ad amissionem arrhæ; atque aded uterque contrahentium, potest licite, amissa arrha, a contractu recedere, nisi aliud ex verbis illorum, vel ex certa coniectura colligatur. His notatis,

Statuo primo. De iure Lusitano, & Castella, quando venditor, ante traditionem rei, & pretij, emptori arrham præbet, in signum celebrati contractus, & pro maiori firmitate illius, potest ipse emptor, inuito venditore, arrha amissa, a contractu recedere; similiter, si venditor eam accepit ab emptore, potest poenitere, & a contractu resilire, inuito emptore; sed tunc tenetur reddere venditori arrham duplam, illam scilicet, quam accepit, & aliam equalem, ut contractus ex vtraque parte sit æqualis. ita lex Lusitana lib. 4. tit. 2. §. 1. in nonis. & lex 7. Castella, tit. 5. part. 5. Gregorius Lopez ibi in initio dicta legis. Angelus in l. contractus. C. de fide instrum. in fine, vers. ultimo scias. Salicetus ibid. col. finali. Rebellus 2. part. de obligat. iusticia, lib. 9. q. 1. sect. 2. n. 13. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 338. & quando iusta. Ratio est; primo, quia sic tacite videtur actum inter contrahentes, ut arrharum amissione sint contenti. *Secundo*, quia merito vtraque lex, Lusitanie, & Castellæ, hanc poenam amissionis arrharum, contrahentibus imponit, quia noluerunt confidere perfectioni contractus, sed vnus alteri parum fidens, de alia securitate sibi prouiderunt, dando scilicet, & accipiendo pecuniam, pro signo securitatis initi contractus.

Hæc tamen poena amissionis arrharum, quæ ab vtraque lege, Lusitanie, & Castellæ, imponitur, non requirit, ut in conscientia debeatur; iudicis sententiam, quia imponitur, supposita partium contrahentium conuentione, & cum sit poena conuentionalis, in qua contrahentes conueniunt, non expectat iudicis sententiam, ut incurrat, sed ante hanc sententiam, in foro conscientie, a recedente debetur, post partis petitionem, non ante hanc petitionem: ita docet Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 1. sect. 2. n. 13. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 338. §. quando vero, in fine. Hæc est enim natura poenæ conuentionalis, ut non debeatur in conscientia, nisi post petitionem contrahentis, & post illam, ante sententiam iudicis, debeatur, ut docent communiter Doctores. Corneus conf. 69. in fine, vol. 2. & conf. 55. n. 2.

volum. 3. Rebuffus in repet. legu unica, C. de sent. qua pro eo quod interest, glossa, proferantur, num. 40. & 41. Covarruias lib. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 11. Menchaca de successioib. lib. 1. in prefat. num. 98. Menochius de arbit. lib. 2. centur. 3. casu 260. num. 40. Padilla in l. si quis maior, num. 59. C. de transact. Gutierrez de iuram. confirmat. 1. p. cap. 36. num. 11. Azcuedo lib. 2. recopilat. tit. 1. in rubr. num. 28. & sequentibus, Molina tom. 1. de iust. disp. 97. in fine. Capua lib. 2. decisio. aur. cap. 11. num. 31. Et fundamentum est, quia, sicut post sententiam latam, non licet iudici poenam legis exequenti resistere, ita petenti parti poenam sibi ex conventionione debitam, non licet eam illi negare; petitio enim illa, in poena conventionali, vicem habet sententiae iudicis, in poena legali; quare, sicut in poena legali requiritur sententia iudicis; ita in poena conventionali, requiritur petitio partis extrajudicialis.

4. Excipitur tamen in Lusitania specialis casus, in quo, quando arrha datur pro signo tantum initi contractus, & maiori firmitate illius, neutri contrahentium, altero invito, licet resilire a contractu, amissa arrha, quando scilicet contractus per proxenetas, Lusitani Corretores vocant, inter mercatores, siue naturales, siue alienigenas, celebratur, Rationem reddunt nostrae ordinationes loco, numero secundo allegato, quia semper in hoc regno Lusitania, in usu, & consuetudine fuit, apud eos mercatores, non resilire ab eo contractu, qui per eosdem proxenetas fit, nisi de communi utriusque partis consensu, & ita testantur etiam Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 338. vers. quando verum, prope medium; & Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 13.

5. De iure tamen communi, communior sententia docet, neutri contrahentium fas esse recedere a contractu, altero invito, amissa arrha data pro signo initi contractus, & maiori firmitate illius, quibusdam assentibus, recedentem ipsum ultra arrham, quam perdit, teneri alteri ad totale interesse; verior tamen sententia affirmat, praedictam arrham detrahendam esse ab interesse: hanc docent Bartol. in l. pradia, ff. de act. empt. & in l. 1. §. dixit aliquis ff. de publican. Bald. in l. contractus, & in l. unica, C. de sent. qua pro eo, quod interest, volum. penult. Ant. Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 8. Villalobos in antinomia, l. 5. num. 8. Gregor. Lopez glossa 1. l. 7. part. 5. tit. 5.

6. Hic vero in casu primae conclusionis, dubitari potest, an, data arrha in signum venditionis contractus, & pro maiori firmitate illius, resilientibus, de communi consensu, contrahentibus, vel alio tantum, altero invito, amittendo arrham; debeatur gabella, ex tali contractu? Et in hoc puncto, partita est opinio.

Prima affirmat, deberi, eam teneri Ignatius de Lafatte, de decima vendit. cap. 3. num. 18. Fundamentum illius est, quia perfectus, & consummatus fuit praedictus contractus inter contrahentes, & tam consummatus, ut, ad maiorem firmitatem illius, arrham dederint, ut constat ex l. Lusitana, lib. 4. tit. 2. num. 1. ibi, Et haec poena, (scilicet amissionis arrhae,) data est emptori, & venditori, quia noluerunt fidere perfectioni contractus. Ergo, cum perfectus fuerit contractus, recedentibus ab illo partibus, vel altero tantum, alio invito, debetur gabella; est enim gabella, tributum quoddam impositum, perfecto pacto venditionis.

7. Secunda sententia, (cui adhaereo, ex meliori fundamento,) negat, gabellam tunc deberi, eam

teneri Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 338. §. dubium est, & colligitur ex Rebello 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 13. quatenus ait, suspendisse contrahentes, quum ad arrhae signum devenerunt, perfectionem, & obligationem contractus, & solum se tunc ad poenam amissionis praedictae arrhae, voluisse obligare, si contractui non stererint, quia eo ipso, quod tradita arrha, in iure Lusitaniae, & Castellae, permittitur recessus a contractu, illa amissa, suspenditur venditio, quoad usque traditio rei, & pretij, sequatur; neque ob id dici potest, rescisum fuisse, aut revocatum contractum, sed suspensam tantummodo fuisse illius obligationem, & redditum fuisse pro tunc infirmum ad obligandum ad praedictam traditionem. Fundamentum igitur huiusmodi sententiae, est, quia durissimum est, velle obligare contrahentes ad tributum gabellae, dum a firmitate contractus recedunt ex dispositione iuris talem recessum illis permittentis, praesertim, cum nullum ex illo commodum reportent; hoc enim tributum impositum est perfectioni contractus, propter commodum, quod ex tali contractu contrahentibus resultat. Quare, si a perfectione contractus per arrham, permittente iure, recesserunt, & nullum commodum ex tali contractu habuerunt, consequenter, nullum tributum gabellae debetur, ut patet. Et per hoc fundamentum satis responsum manet ad fundamentum Ignatij de Lafatte.

8. Statuo secundum. Si arrha detur pro initio solutionis, vel pro initio simul solutionis, & pro signo initi contractus, & ob maiorem firmitatem illius, neuter potest resilire, altero invito, a contractu, licet velit arrham datam amittere; de consensu vero alterius, potest. ita lex Lusitana lib. 4. tit. 2. n. 3. & lex 7. Castellae, tit. 5. part. 5. ibi, Pero si quando eo comprador dio la señal por parte del precio, o por otorgamiento, entonces no se puede arrepentir, ninguno de ellos, ni des haer la vendida, que no valga. Vbi verbum illud, otorgamiento, idem est, atque pagamento, vel solutio; & facit etiam lex 2. C. quando liceat ab empt. discedere, docet Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 338. vers. quando vero, ad medium. Greg. Lopez ad dict. leg. Castellae allegatam, litera F. verb. del precio. Rebellus 2. part. de obligationibus iustitiae, lib. 9. quest. 1. sect. 2. num. 13. Antonius Gomez tom. 2. var. cap. 2. num. 18. & ratio est, quia iam tunc res non manet integra; ubi primum enim processum est ad solutionem pretij, ita firmus mansit contractus, ut ab illo neuter possit resilire, nisi de consensu alterius. Notabis vero praedicta omnia, quae in duabus praecedentibus conclusionibus dicta sunt, similiter locum habere in contractibus locationis, cum locatio species quaedam sit venditionis usus rei ad tempus.

9. In dubio autem, an arrha detur pro signo initi contractus, & maiori firmitate illius, an pro initio solutionis, vel pro utroque simul: dicendum est, in regno Lusitaniae, dari pro signo tantum initi contractus, quia ista est consuetudo antiquissima, & communis modus contrahendi, in hoc Regno, ut testatur Rebellus allegatus; & in dubio semper est praesumendum, voluisse partes contrahere iuxta communem modum contrahendi, quando aliter non exprimunt. Et idem dicendum est etiam in regno Castellae, ut docet Greg. Lopez ad leg. 7. tit. 5. part. 5. glossa 3. verb. del precio; ita enim ibi habet lex: Pero, si quando el comprador dio la señal por parte del precio, o por otorgamiento, entonces no se puede arrepentir. Vnde ait Gregorius Lopez: Dum ista lex exprimit pressum, reprobat opinionem illum

rum, qui dicebant, quod quando arrha dantur in numerata pecunia, in dubio videantur data, & nomine arrharum, & pro parte pretij: exiguntur ergo, ut, licet arrha dentur in pecunia, exprimat, quod sint pro parte pretij data. Hæc ille; quasi diceret, aliàs censentur data pro signo tantum celebrati contractus, iuxta communem modum contrahendi.

De iure communi, in prædicto dubio dicendum est, illam dedisse contrahentes pro signo celebrati contractus, & pro parte pretij: ita docet Baldus in l. si fundus. ff. de l. commissio. & Albericus in l. 2. C. quando liceat ab empt. discedere.

10. An etiam debeatur gabella, quando contrahentes mutuo consensu à contractu discedunt, data arrha pro initio solutionis pretij, vel pro utroque simul, addubitant Doctores; & huius dubij solutio iam tacta est supra in cap. 3. num. 2. & 3. Dicendum enim est, si in continenti recedant, non deberi; quia, quæ in continenti reuocantur, non censentur facta, & parum refert, quod processum sit ad solutionem pretij, quia actus morales requirunt moram, & spatium temporis conuenientis, & in tam breui spatio non censetur fiscus acquirere ius ad præfatam gabellam, si verò ex interuallo recedant, debetur, ut diximus prædicto cap. 3. num. 5. imò tunc videtur duplex gabella deberi; altera, ex priori contractu: altera, ex retractu ex prædicto interuallo facto, ut probauimus dicto cap. 3. num. 5. An autem retractus factus sit in continenti, an ex interuallo temporis, arbitrium est iudicis prudentis, & in his, & similibus euentibus, oportet iudices habere fauorabiles.

Si tamen venditor ex interuallo velit recedere à venditione, inuito emptore, tunc, in hoc regno Lusitania, totam gabellam soluit venditor, quia fiscus per interuallum temporis ius ad illius tributum acquisiuit: si verò emptor, inuito venditore; æquitas postulat, ut ipse totum illius tributum soluat.

CAPVT VII.

An dicenda sit venditio, an permutatio, quando vna res pro alia datur, simul cum aliqua pecunia; & an in permutationibus duplex tributum gabellæ debeatur.

- 1 Contractus nomen, assumit ex intentione contrahentium.
- 2 Si non constat, qualem contractum voluerint celebrare, inspiciendum est id, quod excedit, & si res, quæ cum pecunia pro alia re, datur, excedat in valore pecuniam, erit permutatio; si pecunia rei valorem excedat, erit venditio.
- 3 Quid, si pecunia, & res sint pares, vel dubium est, quanam excedat, & nihil constat de intentione contrahentium, & n. 4.
- 5 Ex permutatione vnius rei pro alia, duplex tributum gabellæ ab utroque contrahente, & permutante debetur, de iure loquendo; de consuetudine loci, aliud esse poterit.
- 6 In contractibus mixtis, id est, partim emptionis, partim permutationis, duplex gabella debetur ab utroque permutante.

- 7 In Lusitania, dimidiam gabella soluit emptor, aliud dimidium venditor.
- In Castella, solus venditor totam gabellam soluit. ibid.
- Quid de venditione olei in Hispalensi urbe. ibid.
- 8 Quando aliquis præstat opifici materiam, ut ex ea sibi, pro certo pretio conuenito, opus efficiat, ex eo contractu, nulla debetur gabella.
- 9 Emptio, & venditio, proprie loquendo, versantur semper circa dominium rei, quæ venditur, non circa usum illius, quando illa pro pretio locatur.

LANVM est apud Doctores, contractum, nomen, & naturam assumere ex intentione, & mente contrahentium; unde, si coniter, quem contractum velint facere, talis erit, qualem efficere intenderit; quare, quando vna res simul cum aliqua pecunia, pro alia re datur, si constet ex tacita, vel expressa intentione contrahentium, quod voluerint venditionem celebrare, erit contractus venditionis, quanuis res, quæ cum pecunia pro alia re datur, multum excedat in valore, valorem pecuniarum. E contrario verò, si constet, quod permutationem efficere intenderint, talis contractus dicetur, permutationis, quanuis pretium pecuniarum multum excedat valorem, & pretium rei, quæ simul cum pecunia, pro alia re, datur. Constabit autem, quem contractum velint contrahentes efficere, vel ex nomine, quod contractui attribuunt, vel ex coniecturis antecedentibus, & consequentibus ipsum contractum, & ex materia contractus, & hæc est aded efficax coniectura, ut, quanuis partes contrahentes, propter fines sibi utiles, & à se intentos, velint mentiri contractum, tamen materia illius, naturam ipsius ostendet, quanuis ei diuersum nomen imponatur; & idè doctrina hinc data procedit, quando non constat ex materia, qualis sit natura contractus: ita Couarruias lib. 2. variar. cap. 4. num. 9. vers. primum enim; & patet ex textu in l. si in emptione. ff. de contrah. empt. ibi, Nec refert, quanti sit accessio, siue plus in ea sit, quam in ipsa re, cui accessit, an animus; pleraque enim res aliquando, propter accessiones, emimus. Cum Couarruias idem etiam tenet Bartolus, & Baldus, quos inducit Paulus Castrensis, & Imola in l. Aristo. ff. de donat. Alexand. conf. 119. num. 6. lib. 5. & conf. 63. lib. 7. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 30. glossa num. 10. & sequentibus. Ratio autem est, quia actus humani, & liberi non operantur ultra intentionem agentium, sed ex intentione illorum; quare, si constat de tali intentione, talis erit actus, qualem agentes voluerint efficere: sic, quando aliquid emitur, & venditur, & simul, si in re, quæ venditur, aliquid donatur, etiamsi id, quod donatur, plus sit, quam quod venditur, venditio erit, non donatio, cum præcipua intentio contrahentium, totusque conuentionis scopus, sit, emptionem, & venditionem facere, non donare.

Limitabis tamen hanc doctrinam, nisi in tali contractu, fraus, & dolus præsumatur; aut præiudicium tertio sequatur, veluti, si ex permutatione tributum gabellæ debeatur, non ex venditione; aut ex venditione, non ex permutatione: tunc enim, si nomen imponatur contractui, illius contractus, de quo tributum non debetur, erit contractus, de quo debetur. Meritò enim præsumitur in iure, interesse ibi fraus, & dolus in præiudicium Regis: ita Matthæus de Afflictis decis. 72. ad finem, Couarruias

rum, qui dicebant, quod quando arrha dantur in numerata pecunia, in dubio videantur data, & nomine arrharum, & pro parte pretij: exiguntur ergo, ut, licet arrha dentur in pecunia, exprimat, quod sint pro parte pretij data. Hæc ille; quasi diceret, aliàs censentur data pro signo tantum celebrati contractus, iuxta communem modum contrahendi.

De iure communi, in prædicto dubio dicendum est, illam dedisse contrahentes pro signo celebrati contractus, & pro parte pretij: ita docet Baldus in l. si fundus. ff. de l. commissio. & Albericus in l. 2. C. quando liceat ab empt. discedere.

10. An etiam debeatur gabella, quando contrahentes mutuo consensu à contractu discedunt, data arrha pro initio solutionis pretij, vel pro utroque simul, addubitant Doctores; & huius dubij solutio iam tacta est supra in cap. 3. num. 2. & 3. Dicendum enim est, si in continenti recedant, non deberi; quia, quæ in continenti reuocantur, non censentur facta, & parum refert, quod processum sit ad solutionem pretij, quia actus iurales requirunt moram, & spatium temporis conuenientis, & in tam breui spatio non censetur fiscus acquirere ius ad præfatam gabellam, si verò ex interuallo recedant, debetur, ut diximus prædicto cap. 3. num. 5. imò tunc videtur duplex gabella deberi; altera, ex priori contractu: altera, ex retractu ex prædicto interuallo facto, ut probauimus dicto cap. 3. num. 5. An autem retractus factus sit in continenti, an ex interuallo temporis, arbitrium est iudicis prudentis, & in his, & similibus euentibus, oportet iudices habere fauorabiles.

Si tamen venditor ex interuallo velit recedere à venditione, inuito emptore, tunc, in hoc regno Lusitania, totam gabellam soluit venditor, quia fiscus per interuallum temporis ius ad illius tributum acquisiuit: si verò emptor, inuito venditore; æquitas postulat, ut ipse totum illius tributum soluat.

CAPVT VII.

An dicenda sit venditio, an permutatio, quando vna res pro alia datur, simul cum aliqua pecunia; & an in permutationibus duplex tributum gabellæ debeatur.

- 1 Contractus nomen, assumit ex intentione contrahentium.
- 2 Si non constat, qualem contractum voluerint celebrare, inspiciendum est id, quod excedit, & si res, quæ cum pecunia pro alia re, datur, excedat in valore pecuniam, erit permutatio; si pecunia rei valorem excedat, erit venditio.
- 3 Quid, si pecunia, & res sint pares, vel dubium est, quanam excedat, & nihil constat de intentione contrahentium, & n. 4.
- 5 Ex permutatione vnius rei pro alia, duplex tributum gabellæ ab utroque contrahente, & permutante debetur, de iure loquendo; de consuetudine loci, aliud esse poterit.
- 6 In contractibus mixtis, id est, partim emptionis, partim permutationis, duplex gabella debetur ab utroque permutante.

- 7 In Lusitania, dimidiam gabella soluit emptor, aliud dimidium venditor.
- In Castella, solus venditor totam gabellam soluit. ibid.
- Quid de venditione olei in Hispalensi vrbe. ibid.
- 8 Quando aliquis præstat opifici materiam, ut ex ea sibi, pro certo pretio conuenito, opus efficiat, ex eo contractu, nulla debetur gabella.
- 9 Emptio, & venditio, proprie loquendo, versantur semper circa dominium rei, quæ venditur, non circa usum illius, quando illa pro pretio locatur.

LANVM est apud Doctores, contractum, nomen, & naturam assumere ex intentione, & mente contrahentium; unde, si coniter, quem contractum velint facere, talis erit, qualem efficere intenderit; quare, quando vna res simul cum aliqua pecunia, pro alia re datur, si constet ex tacita, vel expressa intentione contrahentium, quod voluerint venditionem celebrare, erit contractus venditionis, quanuis res, quæ cum pecunia pro alia re datur, multum excedat in valore, valorem pecuniarum. E contrario verò, si constet, quod permutationem efficere intenderint, talis contractus dicetur, permutationis, quanuis pretium pecuniarum multum excedat valorem, & pretium rei, quæ simul cum pecunia, pro alia re, datur. Constabit autem, quem contractum velint contrahentes efficere, vel ex nomine, quod contractui attribuunt, vel ex coniecturis antecedentibus, & consequentibus ipsum contractum, & ex materia contractus, & hæc est aded efficax coniectura, ut, quanuis partes contrahentes, propter fines sibi utiles, & à se intentos, velint mentiri contractum, tamen materia illius, naturam ipsius ostendet, quanuis ei diuersum nomen imponatur; & idè doctrina hinc data procedit, quando non constat ex materia, qualis sit natura contractus: ita Couarruias lib. 2. variar. cap. 4. num. 9. vers. primum enim; & patet ex textu in l. si in emptione. ff. de contrah. empt. ibi, Nec refert, quanti sit accessio, siue plus in ea sit, quam in ipsa re, cui accessit, an animus; pleraque enim res aliquando, propter accessiones, emimus. Cum Couarruias idem etiam tenet Bartolus, & Baldus, quos inducit Paulus Castrensis, & Imola in l. Aristo. ff. de donat. Alexand. conf. 119. num. 6. lib. 5. & conf. 63. lib. 7. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 30. glossa num. 10. & sequentibus. Ratio autem est, quia actus humani, & liberi non operantur ultra intentionem agentium, sed ex intentione illorum; quare, si constat de tali intentione, talis erit actus, qualem agentes voluerint efficere: sic, quando aliquid emitur, & venditur, & simul, si in re, quæ venditur, aliquid donatur, etiamsi id, quod donatur, plus sit, quam quod venditur, venditio erit, non donatio, cum præcipua intentio contrahentium, totusque conuentionis scopus, sit, emptionem, & venditionem facere, non donare.

Limitabis tamen hanc doctrinam, nisi in tali contractu, fraus, & dolus præsumatur; aut præiudicium tertio sequatur, veluti, si ex permutatione tributum gabellæ debeatur, non ex venditione; aut ex venditione, non ex permutatione: tunc enim, si nomen imponatur contractui, illius contractus, de quo tributum non debetur, erit contractus, de quo debetur. Meritò enim præsumitur in iure, interesse ibi fraus, & dolus in præiudicium Regis: ita Matthæus de Afflictis decis. 72. ad finem, Couarruias

lic: Diuturna consuetudo pro iure, & lege observari solet. habet enim vim legis, & sumit suum vigorem ex tacita populi conventionione, & non est necesse, quod scripta sit. nam, ut dicitur in l. de quibus causis. ff. de legib. cum ipsa leges non alia ex causa no- teneant, quam quod iudicio populi recepta sunt; merito ea consuetudo, quam sine ullo scripto populus probavit, tenebit omnes.

6. In permutationis autem contractibus, ad solvendam gabellam, aestimantur res, quae permutantur, & ex aestimatione, modo iam praefato, duplicatum solvitur tributum gabellae; & idem dicendum est, si contractus est mixtus, id est, partim emptionis, partim permutationis; quia tunc ex ea parte, quae est contractus permutationis, duplex gabella solvetur, ex ea vero, quae est contractus venditionis, solvetur una tantum. ita Molina tom. 2. de iustitia, tract. 2. disp. 336 §. Lafarte vero ubi supra, Rebellus 2. part. de obligat. inst. quasi. 1. sect. 5. n. 27. & 28. & idem Ignatius de Lafarte de decima vend. cap. 17. à num. 22.

7. Est autem haec differentia pro utroque Regno Castellae, & Portugalliae; quia in Lusitania, dimidium tributum gabellae solvit venditor, dimidium emptor (nisi aliter conveniant partes contrahentes); in Castella vero solus venditor totam gabellam solvit, ut habetur l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. Excipit tamen, quando venditur oleum Hispali, tunc enim dimidium solvit emptor, dimidium venditor, ut fit in Lusitania, in omnibus venditionibus. Si tamen Hispali oleum suum Rex vendat, vel publicani illius, solus emptor dimidium solvit; quia Rex venditor nihil solvit. ita habetur in l. 3. tit. 17. & l. 2. tit. 18. & docet Molina tomo 2. de iust. tract. 2. disp. 336. in dicto §. Lafarte vero ubi supra, cum eodem Lafarte.

8. Quando quis materiam praebet opifici, ut sibi ex ea aliquod opus effingat, v. g. aurum, argentum, vel lignum, ut sibi conficiat annulos, vasa, vel discos, certo, & convento pretio, non datur ibi per contractum emptionis, & venditionis, atque aded in hoc euentu, in utroque Regno, Lusitaniae, & Castellae, gabellae tributum non debetur, sicut non debetur etiam de iure communi: ita disponitur in l. convenit. ff. de contrah. empt. ibi, Convenit mihi tecum, ut certum numerum regularum mihi daves certo pretio, quae tu faceres, utrum emptio est, an locatio? Respondi: si ex meo fundo regulas tibi factas, ut darem, conveni emptioem puto esse, non conductionem; toties enim conductionis alicuius rei est, quoties materia, in qua aliquid praestatur, in eodem statu eiusdem manet; quoties vero immutatur, & alienatur, emptio magis, quam locatio, intelligi debet. Disponitur etiam in l. 2. §. adeo. ff. locati. & §. item queritur. Instit. de locatione. Nam, si artifex opus conficiat ex materia propria, ut postea illud vendat, est emptio, & gabella proinde debetur ex venditione, ut si regulas alteri vendendos conficiat ex suo luto, annulo ex suo auro, calceos ex suo corio. Et ratio est, quam inductae leges assignant, quia eo ipso, quod materiam suam ipse artifex apponit, fabricando aliquid ex ea, alteri vendendum, dominium materiae, & totius operis, est ipsius artificis; quando vero alter praestat materiam artifici, ut ex ea sibi aliquod opus conficiat, atque efformet, dominium ipsius materiae, est ipsius praestantis, & tunc solum conducit industriam, & operam artificis, pro certo pretio, ut ex ea materia, quam ei praestat, sibi opus, quod vult, efficiat, & artifex ei operam suam locat; est ergo contractus locationis, non emptionis; quando vero artifex apponit suam materiam ad

fabricandam domum aliquam alienam, pro pretio convento, in solo alieno, licet materia sit ipsius artificis, adhuc est contractus locationis, & conductionis, non emptionis, & venditionis; quia dominium ipsius materiae, transit tunc in dominium soli; est enim tunc materia, quasi quid accessorium fabricationi, ac proinde dominus soli, fit dominus ipsius materiae: ita habetur in l. Sabinus, in sine, ff. de contrah. empt. ibi, Sabinus respondit, si quam rem nobis fieri velimus, veluti statuam, vel vasa aliqua, ut nihil aliud, quam pecuniam, daremus, emptionem videri; nec posse ullam locationem esse; ubi corpus ipsum (hoc est, materia) non datur ab eo, cui fieret; aliter, si arcem darem, ubi insulam adificaret, quoniam tunc à me substantia proficiscitur. & in l. item. §. cum insulam. ff. locati. ibi, Cum insulam adificandam loco, ut sua impensa conductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum ad me transferri; & tamen locatio est, locat enim artifex operam suam. Quare tunc nulla debetur gabella, quia non est tunc contractus venditoris, sed conductionis operae alicuius ad faciendum aliquid. ita Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 336. vers. ut nem.

9. Illud etiam observandum est, emptionem, & venditionem semper versari circa dominium rei directum, vel utile, quando res ipsa venditur, non circa usum tantum nudum, aut usum fructum illius: nam, si usus tantum illius venditur, aut usus fructus per aliquot annos, non dicitur venditio, sed locatio. Si etiam concedatur utile dominium ipsius rei alteri, pro certa pensione annua, vel menstrua, dicitur emphyteusis; solum igitur, quando res alteri, quoad dominium utile, vel directum, venditur, contractus venditionis dicitur, proprie loquendo, etiam si res vendatur quoad partem tantummodò, ut cum venditur dimidium praedij, vel dimidium domus, vel houis. Similiter venditio etiam est, quando quis habet ius servitutis per agrum alienum, & hoc ius pro certo pretio in alium transfert; habet enim etiam dominium super hoc ius incorporale, quod vendi, & alienari potest; est enim hoc ius pretio aestimabile, & ideo pretio vendi potest. Vendi etiam potest superficies tantum soli, in qua domum adifices, l. 1. §. 1. ff. de superficiebus, & vera venditio erit, si pro iusto, & unico pretio vendatur, ut colligitur ex glossa, ibi. verb. Agendo. Nam, si pro annuo, vel menstruo pretio, huiusmodi superficies detur, non est contractus venditionis, quantum hoc illi nomen à contrahentibus adscribatur, sed est contractus locationis, emphyteusis, aut superficiesarius; errarunt enim in nomine contrahentes. ita Molina tom. 2. de iust. tract. 2. quasi. 336. vers. Illud observa. Sed de hoc infra agemus, cum de rebus, quae vendi possunt, tractabimus. Unde constat, quod de ratione venditionis est, versari semper circa dominium, aut quasi dominium rei, quae venditur; & quod ex se sit translativa dominij in alterum, eumentem videlicet, accedente traditione, quantumvis alium te praedicta traditio impediatur; quod evidenter colligitur ex l. cum manu sata. §. ultimo. ff. de contrah. empt. ibi, Nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc, aut locatio est, aut aliud genus contractus. quorum verborum hic est verus, ac germanus sensus: De ratione venditionis est, ut dominium eius rei, quae venditur, quantum est ex vi contractus, in alium transferatur, nisi aliunde impediatur; sic explicat Vallascus de iure emphyte. q. 19. n. 2. Pinellus in rubr. C. de rescind. vend. part. 2. cap. 3. n. 15. Lafarte de decima vend. cap. 1. n. 2.

CAPVT VIII.

De fructibus rei venditæ, ad quem
pertineant, ad emptorem ne, an
ad venditorem, cum in re existunt.

- 1 De quibus fructibus hic in hoc capite agendum nobis est.
- 2 Fructus pendentes, ac existentes in re vendita, tempore venditionis, ad venditorem pertinent, nisi aliter contrahentes conueniant.
- 3 In contractibus venditionis, possunt contrahentes ponere conditiones, quas voluerint, si fuerint licite.
- 4 An fructus pendentes, in re vendita, pertineant ad emptorem in valore, quem tunc habebant, an in illa, quem postea habuerunt, & n. s.
- 6 Fructus collecti ante venditionem rei, ad venditorem, uati uero, & percepti post venditionem, ad emptorem spectant.
Quid, si emptor iam soluit pretium, vel illud obtulit, & venditor in mora fuit tradendi rem. ibid.
- 7 Quid in foro conscientie, & externo, de fructibus, quos venditor non percepit, percepturus autem erat emptor si eam haberet.
- 8 Quid de usu fructibus de iure Lusitano.
- 9 An venditor teneatur etiam emptori ad interesse extrinsecum, & quid sit interesse rei intrinsecum & extrinsecum.
- 10 Si venditor rem venditam emptori tradat, nullo concesso termino dilationis ad soluendum pretium, emptorque in mora sit soluendi illud, aut partem illius, iure communi inspecto, tenetur pro uiroque foro, non solum ad soluendum pretium, aut partem pretij, sed etiam ad usuras, qua compensent fructus, quos ipse percepit, & quos venditor percepiturus erat, licet venditor non percepisset.
Quid, si venditor rem tradat emptori, concesso termino dilationis ad soluendum pretium, remissiuè ad cap. 9. num. 1.
- 11 In qua uisita hac dispositio iuris civilis fundatur, & n. 11.
- 13 In foro etiam conscientie tenetur insuper tunc emptor ad interesse venditori lucris cessantis, & damni emergentis.
- 14 Emptor in nullo foro tenetur ad usuras compensatorias fructuum, quando nec ipse fructus aliquos percepit, nec venditor illos percepiturus erat, si rem apud se haberet.
- 15 Quid, si ob diuturnitatem temporis, fructus ipsi ualorem rei excedant.
- 16 Quid, si emptor huiusmodi usuras compensatorias fructuum non petat, & venditor, ex pretio sibi soluto rei venditæ, nihil lucraturus erat.
- 17 An deducenda sint ab emptore, expensa facta in colligendis, & seminandis fructibus, & estimatio laboris sui, & industria.
- 18 Usura pretij non solui, quomoda iuxta ualorem fructuum, estimanda sunt.

1. **R**VERTVS, vel sunt illi, qui sunt pendentes, existentesque in re, quum venditur; vel illi, qui collecti iam erant ante venditionem rei venditæ; vel illi, qui colligendi sunt post venditionem. Præmissa hac diuisione,
 2. Statuo primò. Si loquamur de venditione abso-

lutè facta, nullo concesso termino dilationis ad soluendum pretium, fructus pendentes, existentesque in re vendita tempore venditionis, (nisi aliter contrahentes conueniant) à die perfectionis contractus, ad emptorem pertinent, tanquam partes integrantes ipsius rei venditæ: ita communiter Doctores, Couatrinus lib. 1. var. cap. 15. num. 2. Rebellus 2. part. de obligat. iustit. quest. 17. sect. 1. num. 1. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. vers. postrema conclusio. Anton. Gomez tom. 2. var. cap. 2. art. 1. alter Molin. de primogen. lib. 3. cap. 11. num. 8. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 13. n. 110. Petrus Barbosa in l. de diuisione, n. 2. ff. soluto matr. Cardos. in praxi iudic. verb. fructus, n. 11. constat ex l. Julianus, §. si fructibus, ff. de act. empt. & l. qui fundum, §. cum fundum ff. de contr. empt. Et ratio est; primò, quia fructus actu existentes, tempore venditionis, in re vendita, sunt partes integrantes illius; ergo, tanquam partes illius, simul cum ipsa re emuntur, & venduntur, quando aliter conuenitum non fuerit: ergo debentur emptori, sicut res ipsa deberent. Secundo, quia post perfectam venditionem, pure, & simpliciter, & sine vlla conditione factam, periculum, & commodum rei emptæ ad emptorem spectat à puncto perfectionis contractus, etiam non facta ipsius rei traditione, nec soluto pretio illius: ut habetur in ordinationibus nouis Lusitanæ lib. 4. tit. 8. initio, & disponitur in l. 1. C. de periculo, & commodo rei vendita, l. fructus, ff. de rei vind. Ergo emptor est dominus illius, res enim, cum perit, perit domino, & cum fructiferat, fructificat domino; ergo fructus pendentes ad emptorem pertinent, tanquam ad dominum rei, cuius partes sunt; per emptionem enim ipsam factus est emptor, dominus rei, & fructuum illius pendentium; nam pendentes fructus dicuntur pars fundi, & intelliguntur venditi, siue donati cum fundo, nisi aliter specialiter in contractu exprimat. & quamuis Syluester verb. emptio. quest. 3. post Angelum eod. verb. num. 2. ad hoc, ut fructus pendentes ad emptorem pertineant, ita perfectam exigant venditionem, ut iam solutum sit pretium, & res tradita; vel saltem fides de soluendo pretio, & de re tradenda, habeatur; tamen satis erit, quod perfectus sit contractus absque prædicta traditione, iuxta auctores, & iura allegata; unde Angelus, Syluester, & alij similes intelligendi sunt de illo venditionis contractu, in quo contrahentes conueniant, quod non censeantur fructus pendentes, venditi, nisi post traditionem rei, & pretij.

Dixi, nisi aliter contrahentes conueniant, quia possunt contrahentes apponere in suis contractibus, conditiones, quas voluerint, modò sint licitæ, quæ ad vnguem obseruandæ sunt, ut decernitur in nouis Ordin. Lusitania, lib. 4. tit. 4. initio, & tit. 8. num. 8. & habetur in l. qui fundum, §. qui fundum, & §. qui agrum. ff. de contrab. empt. & in cap. Eleutherius 18. quest. 2. Et ratio est, quia aliter non contraherent, nisi sub prædictis conditionibus; necessariò igitur sunt illæ obseruandæ. Et uerò, si conditio onerosa fuerit venditori, & fauorabiles emptori, tunc augendum est pretium ab ipso emptore, tantum quantum arbitrio prudentis onus illud venditoris estimabitur; veluti, si venditor se obliget ad seruandum illæsum uinum, vel oleum, in suis doliis, vel uasis, usque ad certum tempus; ad sepiciendum prædium duobus annis sequentibus; vel, ad seruandam intactam ab illuione fluij, sequenti hyeme, vineam, quam vendit; si uerò fuerit onerosa emptori, & fauorabilis venditori, tunc minuendum de pretio tantum, quantum onus illud emptoris estimatum

CAPVT VIII.

De fructibus rei venditæ, ad quem pertineant, ad emptorem ne, an ad venditorem, cum in re existunt.

- 1 De quibus fructibus hic in hoc capite agendum nobis est.
- 2 Fructus pendentes, ac existentes in re vendita, tempore venditionis, ad venditorem pertinent, nisi aliter contrahentes conueniant.
- 3 In contractibus venditionis, possunt contrahentes ponere conditiones, quas voluerint, si fuerint licite.
- 4 An fructus pendentes, in re vendita, pertineant ad emptorem in valore, quem tunc habebant, an in illa, quem postea habuerunt, & n. s.
- 6 Fructus collecti ante venditionem rei, ad venditorem, uati uero, & percepti post venditionem, ad emptorem spectant.
Quid, si emptor iam soluit pretium, vel illud obrulit, & venditor in mora fuit tradendi rem. ibid.
- 7 Quid in foro conscientie, & externo, de fructibus, quos venditor non percepit, percepturus autem erat emptor si rem haberet.
- 8 Quid de usu fructibus de iure Lusitano.
- 9 An venditor teneatur etiam emptori ad interesse extrinsecum, & quid sit interesse rei intrinsecum & extrinsecum.
- 10 Si venditor rem venditam emptori tradat, nullo concessio termino dilationis ad soluendum pretium, emptorque in mora sit soluendi illud, aut partem illius, iure communi inspecto, tenetur pro viroque foro, non solum ad soluendum pretium, aut partem pretij, sed etiam ad usuras, qua compensent fructus, quos ipse percepit, & quos venditor percepiturus erat, licet venditor non percepisset.
Quid, si venditor rem tradat emptori, concessio termino dilationis ad soluendum pretium, remissiuo ad cap. 9. num. 1.
- 11 In qua iustitia hac dispositio iuris civilis fundetur, & n. 11.
- 13 In foro etiam conscientie tenetur insuper tunc emptor ad interesse venditori lucris cessantis, & damni emergentis.
- 14 Emptor in nullo foro tenetur ad usuras compensatorias fructuum, quando nec ipse fructus aliquos percepit, nec venditor illos percepiturus erat, si rem apud se haberet.
- 15 Quid, si ob diuturnitatem temporis, fructus ipsi valorem rei excedant.
- 16 Quid, si emptor huiusmodi usuras compensatorias fructuum non petat, & venditor, ex pretio sibi soluto rei venditæ, nihil lucraturus erat.
- 17 An deducenda sint ab emptore, expensa facta in colligendis, & seminandis fructibus, & estimatio laboris sui, & industria.
- 18 Usura pretij non solui, quomodo iuxta valorem fructuum, estimanda sunt.

1. **R**VERTVS, vel sunt illi, qui sunt pendentes, existentesque in re, quum venditur; vel illi, qui collecti iam erant ante venditionem rei venditæ; vel illi, qui colligendi sunt post venditionem. Præmissa hac diuisione,
 2. Statuo primò. Si loquamur de venditione abso-

lutè facta, nullo concessio termino dilationis ad soluendum pretium, fructus pendentes, existentesque in re vendita tempore venditionis, (nisi aliter contrahentes conueniant) à die perfectionis contractus, ad emptorem pertinent, tanquam partes integrantes ipsius rei venditæ: ita communiter Doctores, Couatrinus lib. 1. var. cap. 15. num. 2. Rebellus 2. part. de obligat. iustit. quest. 17. sect. 1. num. 1. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. vers. postrema conclusio. Anton. Gomez tom. 2. var. cap. 2. art. 1. alter Molin. de primogen. lib. 3. cap. 11. num. 8. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 13. n. 110. Petrus Barbosa in l. de diuisione, n. 2. ff. soluto matr. Cardos. in praxi iudic. verb. fructus, n. 11. constat ex l. Julianus, §. si fructibus, ff. de act. empt. & l. qui fundum, §. cum fundum ff. de contr. empt. Et ratio est; primò, quia fructus actu existentes, tempore venditionis, in re vendita, sunt partes integrantes illius; ergo, tanquam partes illius, simul cum ipsa re emuntur, & venduntur, quando aliter conuenitum non fuerit: ergo debentur emptori, sicut res ipsa deberent. Secundo, quia post perfectam venditionem, pure, & simpliciter, & sine vlla conditione factam, periculum, & commodum rei emptæ ad emptorem spectat à puncto perfectionis contractus, etiam non facta ipsius rei traditione, nec soluto pretio illius: ut habetur in ordinationibus nouis Lusitanæ lib. 4. tit. 8. initio, & disponitur in l. 1. C. de periculo, & commodo rei vendita, l. fructus, ff. de rei vind. Ergo emptor est dominus illius, res enim, cum perit, perit domino, & cum fructiferat, fructificat domino; ergo fructus pendentes ad emptorem pertinent, tanquam ad dominum rei, cuius partes sunt; per emptionem enim ipsam factus est emptor, dominus rei, & fructuum illius pendentium; nam pendentes fructus dicuntur pars fundi, & intelliguntur venditi, siue donati cum fundo, nisi aliter specialiter in contractu exprimat. & quamuis Syluester verb. emptio. quest. 3. post Angelum eod. verb. num. 2. ad hoc, ut fructus pendentes ad emptorem pertineant, ita perfectam exigant venditionem, ut iam solutum sit pretium, & res tradita; vel saltem fides de soluendo pretio, & de re tradenda, habeatur; tamen satis erit, quod perfectus sit contractus absque prædicta traditione, iuxta auctores, & iura allegata; vnde Angelus, Syluester, & alij similes intelligendi sunt de illo venditionis contractu, in quo contrahentes conueniant, quod non censeantur fructus pendentes, venditi, nisi post traditionem rei, & pretij.

Dixi, nisi aliter contrahentes conueniant, quia possunt contrahentes apponere in suis contractibus, conditiones, quas voluerint, modò sint licitæ, quæ ad vnguem obseruandæ sunt, ut decernitur in nouis Ordin. Lusitania, lib. 4. tit. 4. initio, & tit. 8. num. 8. & habetur in l. qui fundum, §. qui fundum, & §. qui agrum. ff. de contrab. empt. & in cap. Eleutherius 18. quest. 2. Et ratio est, quia aliter non contraherent, nisi sub prædictis conditionibus; necessariò igitur sunt illæ obseruandæ. Et verò, si conditio onerosa fuerit venditori, & fauorabiles emptori, tunc augendum est pretium ab ipso emptore, tantum quantum arbitrio prudentis onus illud venditoris estimabitur; veluti, si venditor se obliget ad seruandum illæsum vinum, vel oleum, in suis doliis, vel vasis, vsque ad certum tempus; ad sepiciendum prædium duobus annis sequentibus; vel, ad seruandam intactam ab illuione fluij, sequenti hyeme, vineam, quam vendit; si verò fuerit onerosa emptori, & fauorabilis venditori, tunc minuendum de pretio tantum, quantum onus illud emptoris estimatum

marum fuerit; veluti, si venditor fructus prædij vel fundi venditi, ad tempus sibi referuauerit; detrahenda enim est tunc de pretio, ea iusta fructuum æstimatio, vt patet.

4. Dubitant tamen Doctores, an huiusmodi fructus in re vendita pendentes, pertineant ad emptorem, quoad valorem, quem tunc habent, quando res venditur; an quoad valorem, quem postea habuerunt? Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 13. num. 100. putat, solum ad illum pertinere, quoad valorem, quem habent, vt si vendas vineam, dum floret, ait, fructus illius, quoad valorem florum, ad te pertinere, non quoad valorem, quem crescendo in maturitate habuerunt. Fundamentum illius est; primo, quia solum in flore erant partes rei emptæ; pars enim illa est, quæ actu rei inest. Secundo, quia in maturitate non sunt propriæ partes, sed sunt effectus rei. Sed, meo iudicio, fallitur; quia quauis sint effectus, & non partes rei emptæ, tamen sunt effectus naturales rei, cuius dominium iam ad emptorem pertinebat, & res, quæ fructificat, domino suo fructificat.

5. Opinio tamen Lessij solum in vno casu poterit esse vera; v. c. si vinea aliqua emptæ est in flore, aut fundus, dum fructus illius est in herba, & neque venditor illum tradat, neque emptor pretium illius offerat, aut fundum petat: tunc enim, si post peractam vindemiam, aut collector fructus, emptor vineam, vel fundum postulet, & pretium illius offerat, vel venditor illam similiter offerat, & pretium petat, solum pertinebunt ad emptorem fructus illius, quoad valorem æstimationis, quem habebant tempore venditionis, non verò quoad valorem maturitatis, & sic vel vinea, aut fundus tradendus est emptori, anno sequenti, dum florent, & herbescunt fructus illius, in eo statu, quo fuit emptus anno præterito, vel in æstimatione. ita Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. §. postrema conclusio, ad finem. Et ratio est, quia venditor toto illo tempore caruit emolumento pretij, & fructibus vineæ, vel fundi, ac proinde iuste poterit in recompensationem damni carentiæ emolumenti pretij, accipere valorem incrementi fructuum, cum nulla ratio dicat, quod careat, & priuetur pro eo tempore, utroque emolumento, pretij, & fructuum. Deinde, quia tunc non fit noua venditio, sed exequitur venditio anno peracta facta, & executio fit in eodem statu, in quo res erat, tempore, quo emptæ fuit: tacite enim videntur conuenire contrahentes, vt dum pretium non soluit emptor, nec offert, venditor fructus rei percipiat, in foro saltem interno.

6. Statuo secundo. Fructus nati, & percepti ante venditionem rei, ad venditorem pertinent; fructus verò nati, & percepti post venditionem factam, spectant ad emptorem, dummodò emptor iam pretium soluerit, aut illud obtulerit venditori, & venditor non fuerit in mora tradendi rem: oblato autem pretio, vel soluto, & re non tradita, tenetur venditor emptori, in utroque foro, ad omne interesse intrinsecum ipsius rei, non ad extrinsecum, si res melior facta fuit, dum eam emptori non tradidit, & emptor in eo statu meliorationis, illam distraheturus, permutaturus, vel venditurus esset. ita communiter Doctores. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. §. Tertia conclusio. Lessius lib. 2. de iust. cap. 21. dub. 13. num. 111. Rebellus 2. part. de obligat. iustitia. lib. 9. quest. 17. sect. 1. num. 5. Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 11. Couarruias lib. 3. variar. cap. 4. per totum; & omnes, quos citauimus in tom. 2. Decalogi, lib. 7. cap. 16. num. 6.

Fagundez de Iustitia, &c.

v. c. vendidisti mihi equum tuum, & obtuli ego tibi pretium conuentum, & tu noluisti illum mihi tradere, & interim locando equum, lucratus es decem, aut viginti aureos, & ipse equus in tua manu peruenit ad meliorem statum, quam esset in manu mea, & macilentus factus est postea, & spinosus; non solum teneris mihi in foro conscientiæ, restituere illos decem, aut viginti aureos (si ego similiter illum pro illis locarem, & non aliter, quia fuit fructus tuæ industriæ,) sed teneris etiam in utroque foro, mihi restituere ipsum equum pro valore, quem habuit in illo meliori statu, quo fuit in manu tua, si ego eum tunc pretio vendidissem, aut alienassem. Probatum hoc primo ex l. fructus, & l. post perfectam. C. de act. empt. & ex l. si sterilis. §. cum per venditorem, eodem tit. ibi, Cum per venditorem steterit, quominus rem tradat, omnis utilitas, emptoris in æstimationem venit, eo modo, quo circa ipsam rem consistit; neque enim, si potuit emptor ex vino, puta, negociari, & lucrum facere, id æstimandum est, non magis, quam si triticum emerit; & ob eam rem, quod non sit traditum, familia eius fame laborauerit; nam pretium tritici, non seruorum fame necatorum æstimatio consequitur; nec enim maior sit obligatio, quod tardius agitur, quamuis crescat, si vinum hodie plurius sit, & merito, quia si datum esset, hoc haberet emptor; quoniam verò non dedit, saltem hodie dandum est, quod iam olim dari oportuit. Ex quibus verbis satis constat, quod contra venditorem, non tradentem rem, oblato pretio, solum agitur ad interesse intrinsecum ipsius rei, quod lex vocat interesse circa rem, non ad extrinsecum, quale est lucrum ex negotiatione acquisitum, quod emptor faceret ex tritico, & vino, seu ex re emptæ, si sibi tradita esset, & consequenter constat, teneti venditori ad solum interesse intrinsecum, non extrinsecum, neque enim huius interesse extrinseci, quod extra rem est, ratio aliqua æstimationis habenda est; interesse autem intrinsecum equi, est maius pretium, quod habuit in meliori illo statu, ad quem peruenit in manu venditoris, vini verò, vel tritici, est valor maior, quem habuit in loco, in quo tradendum erat emptori, non in alio loco, in quo plurius valebat, si fortè venditor illud ad eum locum, vendendum detulit, causa lucri, & negotiationis, & emptor illuc non erat illud, ea de causa, delaturus, quia ea negotiatio, lucrumque ex illa acquisitum, est fructus industriæ venditionis, & pertinet ad interesse extrinsecum rei; quod à venditore per emptorem peti non potest. Probatum ratione; primo, quia ex eo tempore, quo, oblato pretio, emptor rem à venditore petit, constituitur venditor, possessor malæ fidei; ergo tenetur rem restituere in meliori statu, in quo fuit apud illum, siquidem pro eo statu possessor fuit malæ fidei; sed hæc de re redibit sermo numero nono.

Oppones: emptor non postulauit à venditore rem emptam, tempore, quo habuit illum statum intrinsecum meliorem; ergo non tenetur venditor illam ei restituere pro valore illius status. Respondeo, id parum referre, quia, vt optimè animaduertit Syluester verb. mora, num. 1. obligatum ex delicto, v. c. furti, semper est in mora, & ante vllam petitionem, tenetur restituere, cum commode potest, iuxta leg. in re furtiua ff. de cond. furti. Obligatum verò ex contractu, si dies est appositus ad solutionem, statim eo die, & tempore elapso, est in mora, & tenetur restituere, reddereque, absque vlla petitione, admonitioneue, quia tempus, & dies interiecti interpellant pro illo, cui res reddenda est, iuxta cap. vltimum, de locato, & l. ma-

G g gniam,

gnam, C. de contrab. & com. stipulat. Si verò dies non fuit appositus, nulla alia petitio, aut admonitio requiritur, à puncto enim oblationis pretij, petita fuit res; nam ea oblatio quid aliud dici potest, nisi quædam petitio? Ita Baldus in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. & Panormitanus in cap. licet Hels. de simonia.

7. In foro conscientia, non solum fructus nati, & percepti à venditore, à puncto temporis, quo ei emptor pecuniam obrulit, ad ipsum emptorem pertinent, sed etiam illi, quos venditor, ob suam negligentiam, non percepit, percepturus autem esset emptor pro sua diligentia, si res sibi tempore oblationis pretij traderetur. Ita Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. §. tertia conclusio. Lessius lib. 2. de iust. cap. 21. dub. 13. num. 111. Couar. lib. 4. var. cap. 3. num. 6. Sylvester verb. usura 6. num. 1. & verb. furtum, num. 20. Rebellus 2. part. de obligat. iustit. lib. 8. cap. 14. Caldas Pereira de question. forensib. in commento ad legem unican. C. ex delict. defunct. p. 4. num. 6. & quomodo Couarrunias, Sylvester, Rebellus, & Caldas loquantur de furtis, & furibus, qui, ob furta, constituuntur possessores malæ fidei, & nos simus in restitutione ex contractu, non ex furto, vel delicto, tamen id parum refert, quia etiam emptor constituitur possessor malæ fidei, à die oblatæ pecuniæ, & pretij, & sic, cum utriusque sint possessores malæ fidei, tam fures, quam venditores, qui rem venditam tradere voluerunt, oblata pecunia, de utrisque eadem ratio est: & fundamentum huius rei, est, quia utriusque per malam fidem, & iniustam retentionem, in causa sunt huius damni; quare tenentur illud restituere. Vide infra cap. 11. num. 16. & 17. ubi hac de re necessarius redibit sermo.

8. Dixi, in foro conscientia, quia licet Doctores præcedenti numero allegati, dicant, in utroque foro, præfatos fructus, quos percepit venditor, & qui percipi poterant ab emptore, si venditor illi rem tradidisset, licet venditor illos non percepit, ad emptorem pertinere, à die oblatæ pecuniæ, de iure communi, l. certum est, C. de rei vindicat. l. si nautis. §. generaliter ff. eodem tit. cap. grauis, de rest. spoliatorum. tamen nostræ Ordinationis Lusitanæ nouæ lib. 4. tit. 13. §. 10. loquentes de distractu venditionis, quando fit propter enormissimam læsionem, iubent solum restituere rem, reddito illius pretio, cum omnibus tantum fructibus perceptis à tempore venditionis; ubi notandum est illud verbum perceptis, in quo pro foro externo Lusitano, excluduntur omnes non percepti, qui percipi poterant à domino rei, si illam in manu sua haberet, quos culpa sua non percepit emptor.

Neque obstat, quod nostræ ordinatio loquatur ibi de emptione tantum, in qua intercessit læsio enormissima; non loquatur verò de illa emptione, in qua, oblato pretio conueno, non vult venditor rem tradere, ex quo tempore constituitur possessor malæ fidei; & ex eo, quod malæ fidei sit possessor, restituere tenetur, non solum omnes fructus perceptos à tempore oblationis pretij, sed etiam omnes, qui percipi poterant ab emptore, si venditor eam illi, ut tenebatur, tradidisset; quia eadem ratio malæ fidei similiter datur in emptione, seu venditione, in qua intercessit læsio enormissima: nam, ut notat Gama decis. 24. num. 2. in illa similiter constituitur emptor, possessor malæ fidei, & propterea id, quod disponunt nostræ ordinationes in vno casu, disponere debebant in alio, cum eidem fundamento malæ fidei innituntur: enim verò, cum, in emptione, vel venditione enormissima, detur

præsumptio doli, & fraudis, iuxta l. omnes, §. Lucius, ff. que in fraudem creditor. & l. si superstiti, C. de dolo, ideo emptor talis venditionis, vel venditor talis emptionis, constituitur possessor malæ fidei, ut sæpè fuit iudicatum in supremo Senatu Lusitanæ, referente Gama inducto; quare quod ordinationes Lusitanæ, propter malam fidem, disponunt in vno casu, debent disponere in alio.

Nec contra hanc opinionem Gama obstat videtur locus alius prædictæ ordinationis nouæ lib. 4. tit. 67. ubi dicitur, restituendos esse ab emptore, qui rem iusto pretio emit, illique tradita fuit, & pretium non vult tradere; non solum omnes fructus perceptos à tempore, quo noluit pretium tradere, sed etiam æstimationem omnium illorum, quos ipse culpa sua non percepit, percepturus autem erat venditor, si illam apud se haberet. nam facile conciliari possunt huiusmodi loca inter se; quia primus locus loquens de læsione enormissima, loquitur de præsumptione, & de casu in quo intercessit culpa leuis, hoc est, ommissio quædam, & negligentia leuis inquitendæ veritatis, & ided condemnatur emptor solum in amissione illorum fructuum, quos percepit. At verò in secundo casu, loquitur Ordinatio Lusitana, de culpa graui, quæ vergit in manifestum dolum, & fraudem, & ided in omnibus fructibus condemnatur emptor, propter dolum, & fraudem magnam, tam perceptis, quam qui mediocri diligentia percipi potuissent.

Dices: In cap. grauis, de restit. spoliator. & in l. si nautis, §. generaliter, ff. de rei vindicat. restitui iubentur non solum omnes fructus percepti, sed etiam, qui percipi potuissent, loquuntur enim de possessore violento, atque aded de possessore malæ fidei. ubi in prædicto cap. grauis, Non solum fructus à nouo, & violento possessore perceptos, sed quos, si eis eas possidere fuisset licitum, possessores veteres percepissent, reddi faciatis iisdem. Respondetur enim, hoc procedere de iure communi civili, & canonico. Ius autem Lusitanum aliter disposuisse, & mitius: voluit enim solum, ut possessores malæ fidei, qui, ob leuem culpam à principio commissam, in eam inciderunt, restituerent rem ipsam, & solum fructus à se perceptos, non qui percipi poterant. Quod confirmatur, quia prædictum caput grauis, & lex nautis, citata, loquuntur de possessoribus violentis malæ fidei, qui nullum titulum, ne coloratum quidem, habebant: at possessor malæ fidei ex enormissima venditione, habet titulum coloratum venditionis, & talis venditionis, in qua, à principio quidem, per omissionem leuis diligentia, putabatur, illud esse pretium iustum rei venditæ.

Dixi n. 6. teneri venditorem in utroque foro, ad omne interesse intrinsecum, quia interesse extrinsecum hic non consideratur, cum magis sit fructus industriæ venditoris, quam fructus rei, ut dicto n. 6. probauimus: nam, quando venditor rem non tradit emptori offerenti ei pretium illius, in quo conueniunt, & postea accrescit pretium ipsius rei, tenetur ipse venditor in utroque foro restituere emptori augmentum pretij ipsius, quia hoc reputatur cum augmento intrinseco illius; quod intelligendum est, modò constet, quod emptor eam rem usque ad illud tempus, in quo plus valuit, habiturus erat, & in eo erat illam venditurus; & hoc est, quod lex si sterilis, citata, num. 6. ff. de act. empt. §. cum per venditorem, ait, dum dicit: Quia, si datum esset, hoc haberet emptor, quoniam verò non dedit, saltem hodie dandum est, quod iam olim dari oportuit. At si venditor prædictam rem, v. c. vinum, vel frumentum, in aliud oppidum detulit, in quo plus valebat, & ibi vendidit,

14. Infertur primò, in nullo foro, nec soli, nec poli, teneri emptorem ad aliquas vsuras compensatorias, quando nec ipse emptor fructus aliquos ex re percepit, de qua pretium non soluit, nec venditor illos percepturus erat, si illam apud se haberet, quamuis ab alio tertio acciperentur. Ratio est, quia hic cessat fundamentum prædictæ legis *Iulianus*, §. *ex vendito*, ff. *de alt. empt.* & *l. curabit præses*, C. *cod. tit.* quòd scilicet nulla æquitas patiat, quòd emptor gaudeat pretio, & fructibus rei venditæ, quia cum nullos ipse percepit, nec venditor percepturus esset, non militat tunc ratio talis dispositionis, ita *Molina tom. 2. de iustitia, tract. 2. disput. 368. §. quartum dicendum est contra Baldum*, *Covarr. lib. 3. variar. cap. 4. num. 3.* *Marian. Socin. consil. 109. lib. 1. colum. 2.* *Corneus consil. 59. lib. 3. & consil. 145. lib. 2.*

15. Infertur secundò, teneri prædictum emptorem soluere vsuras pretij non soluti, iuxta valorem fructuum, quos collegit, æstimationemque illorum, quamuis ob diurnitatem temporis, quantitatem pretij non soluti, in quo, contracta venditione, conuenerunt, excedant. Ratio est, quia reuera toto illo tempore res illa emptori fructus fecit, & toto etiam eo tempore caruit venditor pretio, vel parte pretij rei suæ; & nulla æquitas patitur, quòd venditor careat pretio rei venditæ, & fructibus illius, & emptor utraq; re gaudeat, venditore inuito. Ita *Molin. allegatus §. tertium emptorem*, *Covarruias item citatus num. 2. vers. tertio hiuc etiam colligitur.*

16. Infertur tertio, teneri emptorem ad has vsuras recompensatorias, nulla præcedente petitione, ex parte venditoris, etiamsi venditor, pretio sibi soluto, nihil foret lucraturus, ita *Covarruias dict. n. 2. vers. primo deducitur*, *Alexander consil. 52. num. 5. lib. 6. & consil. 200. ibid.* *Socinus 156. num. 9. lib. 2. Decius consil. 3. num. 5. & consil. 322.* Fundamentum est, quia dispositio prædictarum legum non innititur rationi lucri cessantis, aut damni emergentis, sed in mero iure æquitatis naturalis lumini rationis consentaneæ, vnde tenetur emptor à die traditionis rei venditæ, dum pretium non soluit, reddere venditori vsuras pretij non soluti, nulla præcedente petitione, ex parte venditoris, iuxta æstimationem fructuum, non iuxta æstimationem lucri cessantis, aut damni emergentis. nam lucri cessantis ratio solum militat in mercatoribus, qui suis pecuniis negotiantur; ratio verò damni emergentis militat in iis, qui damnum aliquod patiuntur, & quibus detrimentum emergit, ex eo, quòd sibi non soluatur pretium: at venditor potest esse homo, qui mercaturam non exerceat, & tam diues, vt nullum detrimentum, nullumque damnum ei emergat, ex eo, quòd sibi pretium non soluatur.

17. Infertur quarto, deducendas semper esse ab emptore, expensas factas in colligendis, seminandis, & creandis fructibus, & valorem laboris, atque industriæ suæ. Ratio est, quia expensæ factæ ab emptore, labor, & industria illius, non sunt quid venditoris, nec sunt fructus rei venditæ, nec in iure veniunt nomine fructuum; fructus enim dicuntur illi, qui, deductis expensis in iis colligendis factis, & æstimatione propriæ industriæ, & laboris, manent, vt docent communiter Doctores. *Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 246. §. quando autem*, *Covar. lib. 1. variarum cap. 3. num. 3.* *Gregorius Lopez l. 4. tit. 14. partit. 6.* *Lessius tom. 1. de iust. cap. 12. dub. 17. à num. 111. vsque ad 118. glossa in cap. gratis, de rest. spoliat. verb. fructus*; solum tamen ex decimis fructuum, qui Ecclesiis penduntur, expensæ non

deducuntur, nec æstimatio laboris, vel industriæ, quia decimales fructus ad Ecclesiam pertinent, nullis deductis expensis, vt late probauimus *tom. 2. Decalogi, lib. 7. cap. 16. num. 5.* & in nostro in quinque præcepta Ecclesiæ *lib. 1. quinti præcepti, cap. 4. num. 6.* *Primò*, quia decimæ soluuntur in recognitionem dominij naturalis, quòd Deus habet super omnes fructus terræ, vt constat ex *cap. tua nobis, de decimis*; hoc autem dominium antecedit, & existit ante omnia iura hominum; ac proinde soluendæ sunt decimæ, antequam deducantur expensæ factæ in fructibus colligendis, creandis, & seminandis, in quibus homines ius habent. *Secundò*, quia ita habet consuetudo immemorabilis totius ferè orbis, & credendum est, ita fuisse conuentum inter Ecclesiam, & pastores, & inter agricolas, vt expensæ fructuum non deducerentur, quòd Deus illis, propter hoc beneficium, ampliores fructus redderet. Et hanc rationem agnouit Concilium Tributense *cap. 13. de decimis*. ita docet *Sorus lib. 9. de iust. & iure quest. 4. art. 2.* ante responsonem ad argumenta *Suaris tom. 1. de religione, lib. 1. de diuino cultu. cap. 35. num. 3.* *Barla de decima tutiori præstanda, cap. 29. initio.* *Garcia de expensis, & meliorationibus, cap. 1. num. 17.* *Rebuffus tract. de decimis, quest. 11. num. 3.* *Vallascus de iure emphyt. quest. 17. num. 10. ad finem.* *Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 39. dub. 3. num. 16.* *Syluester verb. decima, num. 15. §. tertio.*

Infertur quinto, vsuras compensatorius fructuum pro ratione pretij non soluti, soluendos esse pro rata pretij non soluti, ita vt omnes fructus, quos percepit emptor, quoad valorem illorum, sint venditoris, si totum pretium non fuit solutum, & pars fructuum, si pars fructuum non fuit soluta: nam, quamuis *Covarruias lib. 3. variarum, cap. 4. num. 2. vers. secundò, eandem*, existimet teneri emptorem restituere vsuras fructuum pro rata pretij non soluti, secundum quantitatem fructuum, quos venditor ipse percepturus erat, & non secundum quantitatem fructuum, quos percepit emptor, etiamsi hi sint maiores, vberioresque; & pro ea opinione citet *Socinum in l. de diuis, notabili 4. ff. soluto matrimonio*, *Cagnolum in dict. l. curabit præses, C. de alt. empt. num. 48.* & *Bartolum in l. ratio, §. 1. ff. eod.* asserentem ibi, quòd, quando fructus petuntur, vt fructus, omnes perceptos venire in petitione, etiamsi tot non percepisset petitor: at quando petuntur in compensationem eius, quòd interest pro recompensatione pretij non soluti, solum venire fructus, quos petitor percepisset: tamen hæc opinio *Covarruiæ non placet Molinæ tom. 2. de iust. tract. 2. disput. 368. vers. secundum vsuras*; nec mihi placere potest, quia fructus, quos emptor percepit, sunt fructus ipsius rei venditæ; res autem ex iuris dispositione venditori fructificat, dum emptor pretium non soluit; quare pro rata pretij non soluti, deductis expensis, & æstimatione valoris laboris, & industriæ emptoris in iis seminandis, creandis, & colligendis, positæ, ad venditorem spectat.

CAPVT IX.

Ad quem pertineant fructus rei venditæ, quando venditor illam tradit emptori, concessio termino dilationis ad soluendum pretium, vel partem pretij. Et an sit contractus vsurarius, si domus, vel prædium vendatur ea conditione, vt fructus sint venditoris, & pretium sit in deposito, quoad vsque venditor inueniat proprietatem æqualis valoris, ex qua ille alatur?

- 1 Referuntur opiniones pro vtraque parte questionis in prima parte tituli, iacta, & ponitur iudicium authoris.
- 2 Finito tempore dilationis, docet prima opinio, deberi huiusmodi fructus venditori, à puncto dilationis ex illa, etiam si illos non petat. Mora nocet debitori. *ibid.*
- 3 Secunda opinio docet, deberi emptori; & solum teneri emptorem ad solutionem pretij non soluti, & ad omne interesse lucri cessantis, & damni emergentis.
- 4 Iudicium authoris.
- 5 An licita sit venditio, qua domus venditur, & traditur emptori, ea conditione, vt venditor fructus percipiat, quoad vsque inueniat proprietatem æqualis valoris, quam pro eo pretio emat, ex qua sustentetur.
- 6 Quid, si vinea, vel prædium eo pacto vendatur, vt pretium sit in deposito, dum non inuenitur alias, ex qua venditor alatur, & fructus interim ad illum pertineant.
- 7 Elapso tempore dilationis, si emptor pretium venditori offert, & venditor in mora sit tradendi rem, ad quid teneatur tunc ipse venditor circa fructus rei à se perceptos, & qui percipi potuissent.
- 8 Quid, quando venditor rem tradit emptori, vel ei illam offert, & emptor est in mora soluendi pretium.

NO TARI velim primò, si initio venditionis pactum fuit inter emptorem, & venditorem, quòd, donec reddatur pretium, vel pars pretij, venditor percipiat fructus rei à se venditæ, traditæque emptori, valere talem contractum, vt deciditur in *l. curabit. C. de act. empt. & vendit.* & docent Bartolus, & Baldus *ibidem*, & Syluester *verb. usura 2. quest. 11.* qua de re infra agemus.

Quæstio igitur, quam modò discutimus, solum procedit, quando venditor rem venditam tradit emptori, habita fide, de pretio postea sibi soluendo, assignato die ad solutionem, sine prædicto pacto. in quo deducantur fructus. Et tunc inquiremus, ad quem fructus rei venditæ pertineant, dum non soluitur pretium, durante termino dilationis: qua de re partita est opinio.

Prima docet, pertinere ad ipsum venditorem; citatur pro hac opinione Syluester *verb. usura, 2. quest. 11.* sed ille ibi ita ait: *Ego dico, quòd venditor potest percipere fructus solum, quando possessio est sua, & non alias ante terminum, hoc est, durante termino solutionis, nisi forte ratione interesse, eo casu, quòd vendidisset principaliter ad seruendum amico.*

Potest tamen hæc opinio sic probari, ac suaderi.

Primò, quia venditor à principio contractus poterat deducere in pactum ipsos fructus, vel æstimationem illorum, aut partem illorum, pro rata pretij non soluti, vt est communior opinio, quam docent Bartolus, Baldus, & Syluester allegati. *Conuatiuias lib. 3. variar. cap. 4. num. 5.* Paulus Castrensis in *l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt.* Angel. *verb. usura 3. num. 18.* Innocentius in *cap. conquestus. de usuris.* Alciatus in *l. si quis non causam, col. 3. ff. si certum petatur.* Corneus *conf. 113. lib. 3. col. vltima.* Alexander *conf. 121. lib. 5. num. 4.* Molina *tom. 2. de iust. disp. 368.* Angel. *verb. usura 1. num. 18.* Ergo, quando illos, durante eo termino, non concedit expressè emptori, cui rem tradidit, visus fuit eos sibi reseruare: nemo enim censetur aded liberalis, dum vendit, & emit, vt velit concedere fructus, quos poterat in pactum deducere, & sibi reseruare perceptos, durante termino dilationis concessæ ad solutionem.

Secundò, quia tradendo rem, concedendòque spatium emptori, ad hanc pretij solutionem, priuat se venditor eo commodo, & vtilitate, quam iustè poterat accipere, iuxta valorem fructuum; cum igitur hoc sit pretium æstimabile, & tantum valeat, quantum valent fructus percepti ab emptore, nisi expressè venditor eos emptori concedat, tenetur emptor illi eos restituere, quos durante termino accepit, iuxta valorem pretij non soluti.

Tertiò, quia huiusmodi fructus, vel valor illorum, non accipiuntur in hoc casu, pro ipsa expectatione, seu pro gratia expectationis pretij, sed, vel ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, & si nullum damnum emergit, vel lucrum cessat venditori, eo titulo accipiuntur, quia nulla æquitas naturalis in lumine naturali fundata patitur, quòd venditor, tradendo rem emptori, concessio termino dilationis, careat fructibus rei, & pretio illius, vt disponitur in *l. curabit. C. de act. empt. & in l. Iulianus. §. si quid seruo, ff. eodem.*

Quartò, quia quando venditor emptori rem tradidit, facta gratia expectationis ad certum tempus, non intendit in illum transferre ius plenum ad percipiendos fructus, nulla sibi facta recompensatione iuxta æstimationem valoris illorum, pro eo termino, sed intendit illi tantum facere voluptatem, tradendo illi rem, quam maximè cupiebat habere, & gratia non debet esse onerosa facienti, quando agitur tantum de materia emendi, & vendendi, in qua homines non sunt multum liberales; foret autem multum onerosa, damnosaque vendendi, si propter illam, se priuaret pro eo tempore, fructuum æstimatione.

Neque obstat, quòd per traditionem factus sit emptor, dominus rei emptæ, illique pereat, si pereat, atque aded illi etiam fructificet; res enim, sicut domino suo cadit, aut perit, ita domino suo fructificat. Non obstat, inquam, quia à principio poterant iustè pacisci, vt, durante eo termino, fructus percepti ad venditorem pertinerent, & periculum rei ad emptorem spectaret, quanuis in eo genere vendendi multò minus valerent res: raro enim, imò rarissimè, durante prædicto termino, periculum accidet, & quæ raro accidunt, non veniunt in considerationem; si ergo ita poterant ab

CAPVT IX.

Ad quem pertineant fructus rei venditæ, quando venditor illam tradit emptori, concessio termino dilationis ad soluendum pretium, vel partem pretij. Et an sit contractus vsurarius, si domus, vel prædium vendatur ea conditione, vt fructus sint venditoris, & pretium sit in deposito, quoad vsque venditor inueniat proprietatem æqualis valoris, ex qua ille alatur?

- 1 Referuntur opiniones pro vtraque parte questionis in prima parte tituli, iacta, & ponitur iudicium authoris.
- 2 Finito tempore dilationis, docet prima opinio, deberi huiusmodi fructus venditori, à puncto dilationis ex illa, etiam si illos non petat. Mora nocet debitori. *ibid.*
- 3 Secunda opinio docet, deberi emptori; & solum teneri emptorem ad solutionem pretij non soluti, & ad omne interesse lucri cessantis, & damni emergentis.
- 4 Iudicium authoris.
- 5 An licita sit venditio, qua domus venditur, & traditur emptori, ea conditione, vt venditor fructus percipiat, quoad vsque inueniat proprietatem æqualis valoris, quam pro eo pretio emat, ex qua sustentetur.
- 6 Quid, si vinea, vel prædium eo pacto vendatur, vt pretium sit in deposito, dum non inuenitur alia, ex qua venditor alatur, & fructus interim ad illum pertineant.
- 7 Elapso tempore dilationis, si emptor pretium venditori offert, & venditor in mora sit tradendi rem, ad quid teneatur tunc ipse venditor circa fructus rei à se perceptos, & qui percipi potuissent.
- 8 Quid, quando venditor rem tradit emptori, vel ei illam offert, & emptor est in mora soluendi pretium.

NO TARI velim primò, si initio venditionis pactum fuit inter emptorem, & venditorem, quòd, donec reddatur pretium, vel pars pretij, venditor percipiat fructus rei à se venditæ, traditæque emptori, valere talem contractum, vt deciditur in *l. curabit. C. de act. empt. & vendit.* & docent Bartolus, & Baldus *ibidem*, & Syluester *verb. usura 2. quest. 11.* qua de re infra agemus.

Quæstio igitur, quam modò discutimus, solum procedit, quando venditor rem venditam tradit emptori, habita fide, de pretio postea sibi soluendo, assignato die ad solutionem, sine prædicto pacto. in quo deducantur fructus. Et tunc inquiremus, ad quem fructus rei venditæ pertineant, dum non soluitur pretium, durante termino dilationis: qua de re partita est opinio.

Prima docet, pertinere ad ipsum venditorem; citatur pro hac opinione Syluester *verb. usura, 2. quest. 11.* sed ille ibi ita ait: *Ego dico, quòd venditor potest percipere fructus solum, quando possessio est sua, & non aliàs ante terminum, hoc est, durante termino solutionis, nisi forte ratione interesse, eo casu, quòd vendidisset principaliter ad seruendum amico.*

Potest tamen hæc opinio sic probari, ac suaderi.

Primò, quia venditor à principio contractus poterat deducere in pactum ipsos fructus, vel æstimationem illorum, aut partem illorum, pro rata pretij non soluti, vt est communior opinio, quam docent Bartolus, Baldus, & Syluester allegati. *Conuatiuias lib. 3. variar. cap. 4. num. 5.* Paulus Castrensis in *l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt.* Angel. *verb. usura 3. num. 18.* Innocentius in *cap. conquestus. de usuris.* Alciatus in *l. si quis non causam, col. 3. ff. si certum petatur.* Corneus *conf. 113. lib. 3. col. vltima.* Alexander *conf. 121. lib. 5. num. 4.* Molina *tom. 2. de iust. disp. 368.* Angel. *verb. usura 1. num. 18.* Ergo, quando illos, durante eo termino, non concedit expressè emptori, cui rem tradidit, visus fuit eos sibi reseruare: nemo enim censetur aded liberalis, dum vendit, & emit, vt velit concedere fructus, quos poterat in pactum deducere, & sibi reseruare perceptos, durante termino dilationis concessæ ad solutionem.

Secundò, quia tradendo rem, concedendòque spatium emptori, ad hanc pretij solutionem, priuat se venditor eo commodo, & vtilitate, quam iustè poterat accipere, iuxta valorem fructuum; cum igitur hoc sit pretium æstimabile, & tantum valeat, quantum valent fructus percepti ab emptore, nisi expressè venditor eos emptori concedat, tenetur emptor illi eos restituere, quos durante termino accepit, iuxta valorem pretij non soluti.

Tertiò, quia huiusmodi fructus, vel valor illorum, non accipiuntur in hoc casu, pro ipsa expectatione, seu pro gratia expectationis pretij, sed, vel ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, & si nullum damnum emergit, vel lucrum cessat venditori, eo titulo accipiuntur, quia nulla æquitas naturalis in lumine naturali fundata patitur, quòd venditor, tradendo rem emptori, concessio termino dilationis, careat fructibus rei, & pretio illius, vt disponitur in *l. curabit. C. de act. empt. & in l. Iulianus. §. si quid seruo, ff. eodem.*

Quartò, quia quando venditor emptori rem tradidit, facta gratia expectationis ad certum tempus, non intendit in illum transferre ius plenum ad percipiendos fructus, nulla sibi facta recompensatione iuxta æstimationem valoris illorum, pro eo termino, sed intendit illi tantum facere voluptatem, tradendo illi rem, quam maximè cupiebat habere, & gratia non debet esse onerosa facienti, quando agitur tantum de materia emendi, & vendendi, in qua homines non sunt multum liberales; foret autem multum onerosa, damnosaque vendendi, si propter illam, se priuaret pro eo tempore, fructuum æstimatione.

Neque obstat, quòd per traditionem factus sit emptor, dominus rei emptæ, illique pereat, si pereat, atque aded illi etiam fructificet; res enim, sicut domino suo cadit, aut perit, ita domino suo fructificat. Non obstat, inquam, quia à principio poterant iustè pacisci, vt, durante eo termino, fructus percepti ad venditorem pertinerent, & periculum rei ad emptorem spectaret, quanuis in eo genere vendendi multò minus valeret res: raro enim, imò rarissimè, durante prædicto termino, periculum accidet, & quæ raro accidunt, non veniunt in considerationem; si ergo ita poterant ab

initio contrahere, censendum est, ita de facto contraxisse, quia, ut dixi, homines in contractibus emptionis, & venditionis, non solent esse multum liberales; & si magis velis rem stringere, in hac opinione, respondebis, in his circumstantiis, concurrere duo principia naturalia. Alterum est, quod res pereat, & fructificet domino suo. Alterum, quod ratio naturalis non patiarur, ut venditor careat pretio venditionis, & fructibus illius respondentibus valori pretij, quando illos expressum emptori non concessit, & quando duo principia naturalia concurrunt, si utrumque servari non potest, servandum est id, quod fortius adstringit, fortius autem in hac materia, adstringit secundum, quam primum.

Secunda opinio docet, durante tempore dilationis, omnes fructus pertinere ad emptorem, quando illos venditor in pactum non deduxit, & non licere venditori in foro conscientiae, fructus rei pro ratione pretij non soluti, exigere, nec exactos retinere, nisi, ob moram emptoris, damnum aliquod illi emergat, vel lucrum cesset: hanc tenet Megala 2. 2. *quæst. 1. cap. 6. num. 19. lib. 2.* Covarruias cum multis, quos citat *lib. 3. variar. cap. 4. num. 5. vers. sexto ex his.* Angelus *verb. usura 1. num. 18.* Sylvester *eod. verb. 2. num. 11.* Molina *tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. vers. eodem corollario.* Lefsius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 13. num. 105.* Rebellus 2. *part. de obligat. iust. quæst. 17. sect. 1. num. 5.* Et ratio est,

Primo, quia quando venditor rem venditam tradit emptori, habita fide de soluendo pretio ad terminum præfixum, si expressè sibi fructus factos, durante eo termino, non reseruavit in facto venditionis, censetur, per eam dilationem concessionis, & expectationis pretij, renuntiare beneficio legis *Sulianus, §. ex vendito ff. de act. empt. & l. curabit, C. eodem tit. concedentium illi valorem, & æstimationem fructuum, quandiu illi pretium non soluitur; totum quidem fructuum valorem, dum totum pretium non soluitur; partem verò, dum pars pretij pro rata non persolvitur.*

Secundo, quia plus concedit venditor emptori, quando ei rem venditam tradit, expectata solutione pretij usque ad certum terminum, quam, quando illi eam tradit, nullo concessio termino, sed, quando illi nullum concedit terminum, fructus pertinent ad venditorem, dum pretium per emptorem ei non soluitur, ut toto capite præcedenti ostendimus: ergo, quando venditor ei talem terminum concedit, ad emptorem debent pertinere.

Tertio, quia verba illa, & gratia expectationis, aliquid debent operari: non possunt autem aliud operari, nisi pro eo tempore, quo expectatur solutio pretij, pertineant fructus ad emptorem; ergo sine dubio ad illum pertinent, alioqui erit usura palliata, cum pro gratia expectationis, nullo cessante lucro, nec damno emergente, ex parte venditoris, illi eos adscribamus.

Quarto, quia per expectationem pretij, & rei traditionem, constituitur emptor, dominus ipsius rei, illique perit, si pereat, ac proinde illi etiam debet fructificare; cui enim spectat commodum, ita & periculum; & res, sicut domino suo perit, ita & fructificat.

Quæ quidem rationes, & fundamenta, adeò visa sunt fortia, nonnullis Doctoribus, ut illis innixi pertinaciter contendunt, non posse venditorem initio contractus, æstimationem fructuum in pactum deducere, dum sibi pretium non soluitur; eo solum, quia id esset usura, & pro gratia expectationis, pretium accipere, & pro mutuo pretium dare,

& hi sunt Socinus *consil. 103. in fine, lib. 4. & consil. 139. eod. lib.* Decius *consil. 119. col. penult. lib. 4.* Rubeus *consil. 88.* Aymon, *consil. 189. casu 3. glossa in cap. conquestus, de usuris, & alij.*

Ita se habent huiusmodi opiniones. Prima, ut hic explicata est, non est omnino improbabilis. Secunda est omnino tenenda; & quia est communior, & quia solidioribus nititur fundamentis. Fundamenta primæ soluta manent ex fundamentis secundæ.

Rogabis autem hic, ad quem pertineant prædicti fructus à puncto, quo finitur terminus præfixus solutioni, si emptor pretium non soluat, nec illud venditori offerat, quando initio contractus id non fuit à contrahentibus expressum, ad emptorem ne, an ad venditorem? Respondeo, hac de re, duplicem quoque esse sententiam. Prima docet, pertinere ad venditorem, etiam si eos in pactum non deducat, nec ab emptore pretium petat, finito termino ad soluendum præfixo, quia tempus termini præfixi semper interpellat pro creditore, qui hic, & nunc est ipse venditor. ita Sylvester *verb. mora, num. 1.* Panormitanus *in cap. licet Heli. de simon.* Vallascus *tom. 2. consil. 127. num. 9. 10. & 11.* Bartol. *consil. 131. col. 2. & in l. magnam, C. de contrab. & committend. stipulat.* Cautius tamen efficiet ipse venditor, si post lapsum terminum, pretium postulet, admo- neatque emptorem de illius exactione; quia tunc datur indubitata mora nocens ei, per quem fit, ne forte sibi persuadeat emptor, sibi terminum à venditore tacite prorogari, quia illum de illius lapsu non admonet; ut cum Vallasco optimè docent Ripa *ad leg. si insulam, ff. de verborum obligat. n. 77.* Rolandus à Valle *tract. de lucro dotis. quæst. 8.* & Ruinus *consil. 110. col. 2. lib. 4. num. 5.*

Fundamenta, quibus hæc sententia nititur, hæc sunt.

Primo, quia non refert, quod venditor rem emptori tradat, emptorique pereat, ut inde colligamus, emptori etiam fructificare, quia id quidem verum est, quando aliter initio contractus, tacite, vel expressè in pactum deductum non fuit; at res, quando à venditore emptori fuit tradita, ea tacita conditione illi fuit tradita, ut post terminum dilationis, fructificaret venditori, dum pretium illi non soluitur, neque offertur per emptorem; & periculum ad illum spectaret: sicut enim à principio ita iuste poterat contrahere; ita tacite contractum fuisse, existimare debemus; tacite enim, & expressè eadem vis est, eadem potestas, alioqui foret emptor, saltem pro foro interno, melioris conditionis, quia nunquam solueret pretium die conuento, ac præfixo, si fructus sine obligatione recompensationis, ad illum pertinerent, non ad venditorem.

Secundo, quia mora nocet ei, per quem fit, & quando conceditur certus terminus ad solutionem, non est necessaria monitio, cum totum tempus in termino appositum pro venditore, seu creditore interpellat, *cap. ult. de locato. l. magnam, C. de contrab. & committend. stipulat.* Secus est, quando nullus certus terminus ad solutionem decernitur, tunc enim necessaria est monitio, quia tunc non interpellat tempus pro debitore. ita Sylvester *verb. mora, num. 2.* & Baldus *in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expen.*

Et verò in foro externo, transacto termino, potest statim venditor rem ipsam accipere in pignus, & fructus suos facere, totos quidem, si totum pretium ei non fuit solutum; partem verò illorum, si pars pro rata ei non fuit soluta, ut notat glossa *in cap. conquestus, de usuris;* habetque insuper aduersus emptorem

nunciare beneficio, & privilegio legis, *Julianus, §. ex vendito. ff. de act. empt. & l. curabit, C. eod.* quæ concedunt vsuras fructuum venditoribus, dum non soluitur pretium, eò quòd nulla æquitas naturalis patiat, quòd venditor careat fructibus rei venditæ, & pretio illius, iuxta omnes Doctores numero præcedenti allegatos.

6. Sequitur secundò, non esse vsurarium, neque illicitum illum contractum, in quo quis prædium alteri, aut vineam vendit, illam statim, illiusque dominium in emptorem transferendo, ea lege, & conditione, vt pretium sit in manu emptoris, vel alterius extranei in deposito, quoad vsque venditor rem aliam frugiferam æqualis redditus, ac bonitatis inueniat, quam eo pretio emat, addita alia conditione, vt, dum non inuenitur, teneatur emptor reddere venditori annuam pensionem iuxta valorem fructuum vineæ, vel prædij, quæ illos in æstimatione æquet. ita *Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. vers. ex dictis infero;* vbi testatur, se vidisse aliquando contractus in hac specie factos, & *Lessius allegatus num. 108.* Ratio est, quia potest quis vendere rem suam, ea conditione licita, vt non fiat traditio, antequam inueniat rem aliam frugiferam, quæ eo pretio comparatur; qui contractus est licitus; eo autem facto, potest adijcere aliam conditionem, quæ rem tradat emptori, & eius dominium in illum transferat, iusque percipiendi fructus, vsque ad tempus, quo aliam rem inueniat tam frugiferam, quam sua erat, addita alia conditione, vt sibi ab emptore detur pensio annua, quæ tantum valeat, quantum fructus rei, plus, minusve, vnde, si coniunctim fiant huiusmodi contractus, nulla vsura, nullaque iniustitia in eis apparebit.

7. Statuo ergo primò. Finito tempore dilationis, si emptor pretium venditori offerat, & venditor in mora sit tradendi rem, potest emptor agere ad fructus omnes, quos venditor percepit, & quos emptor percipere poterat ex ea, si eam in manu sua haberet, licet venditor, ob suam negligentiam, nullos percepisset, & in conscientia, ante vllam sententiam, illos ei tenetur restituere; omnes enim illi in vtroque foro debentur emptori. ita *Couar. lib. 3. var. cap. 4. corollario 14.* cum multis, quos allegat; *Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. vers. quarta conclusio.* *Syluester verb. mora, num. 2.* *Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 17. sect. 1. num. 8.* ita disponunt nostræ ordinationes *Lusitanæ lib. 4. tit. 14. §. 3. & l. si sterilis §. cum per venditorem, ff. de act. empt. l. fructus, & l. post perfectam. C. de act. empt.* Ratio est, quia venditor ab eo puncto iniuste priuauit emptorem perceptione omnium illorum fructuum; tenetur ergo in vtroque foro eos illi restituere. nam per nequitiam, & culpam latam damnus illud emptori dedit; qui autem culpa sua damnus alteri intulit, tenetur illud ei restituere; idem dicendum est de damno intrinseco, nam si emptor fructus illos erat conseruaturus vsque ad tempus, in quo maius pretium haberent, pro ratione pretij eius temporis, illos ei in vtroque foro tenetur restituere, iuxta auctores allegatos.

An etiam teneatur venditor emptori ad omne interesse, veluti extrinsecum lucri cessantis, & damni emergentis, quod illi contigit, ratione carentiæ talium fructuum? Dubium est; quia *lex, sterilis,* allegata *dict. §. cum per venditorem,* negat, dandam esse actionem in foro externo, emptori aduersus venditorem ad huiusmodi interesse, iuxta *Bartholum, Baldum, & Salicetum,* quos additio glossæ su-

per eam legem, citat; idque, causa minuendarum litium, alioqui enim ex vno capite numerosæ lites pullularent, & propè nunquam finirentur; cum tamen omne ius perpetuitati illarum, & multiplici- tati intendat obuiare. At *Accursius* in eodem §. in scholio *Æstimandum,* ad finem, affirmat, hodie eam actionem dari, idque probat *ex l. vnic. C. de sent. qua pro eo, quod inter profer.* pro qua opinione facit etiam *lex, si traditio, C. de act. empt.* quidquid tamen sit de foro iudiciali, & externo, in foro conscientiæ non est negandum, teneri venditorem ad huiusmodi etiam interesse, quia culpa sua lata illo priuauit emptorem, vt docet *Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 17. sect. num. 9.* & patebit statim numeris sequentibus, præsertim numero decimo.

8. Statuo secundò. Si venditor rem tradat emptori, vel illam ei offerat, & emptor in mora culpabili sit, tradendi ei pretium, vel partem illius, si solam partem debebat, cogendus est in foro externo, non solum ad solutionem pretij, vel partis pretij non soluti; sed etiam ad vsuras fructuum, pro ratione pretij non soluti, ita vt, si totum pretium ei non soluat, totos fructus ei restituat, si dimidiam tantum, aut tertiam tantum partem soluat, dimidiam quoque, vel tertiam partem fructuum restituat, & in eodem foro externo, non potest agere venditor contra emptorem, ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, ita sancitum est in *l. vltim. ff. de periculo, & commodo, & l. curabit, C. de act. empt. & l. si sterilis,* num. præcedenti allegata, *dict. §. cum per venditorem,* docet *Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 368. vers. Couarruuias eodem corollario 14.* *Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. q. 17. sect. 1. num. 10.* & idem *Couarruuias lib. 3. variar. cap. 4. corollario 14.* Et ratio est, quia si cum venditor rem tradidit, vel obtulit emptori, & emptor ei pretium culpa sua non soluit, non concedunt iura venditori actionem ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, sed solum ad valorem intrinsecum, hoc est, ad valorem fructuum, pro rata pretij non soluti pro æstimatione eius temporis, in quo illos erat venditurus, vt supra probauimus, multò minùs hanc actionem concedunt, quando venditor non tradidit rem venditam.

9. Addit tamen *Couarruuias* allegatus, posse in hoc casu venditorem, pro arbitrio suo, emptori dimittere rem ipsam, & omnes fructus ex ea perceptos, & agere cum illo ad interesse solum lucri cessantis, & damni emergentis, si huiusmodi interesse fructus excedat. Sed hæc doctrina *Couarruuiæ* communiter reprobatur, vt docet *Molina* citatus, quia solum illi concedunt iura, actionem ad vsuras fructuum, non ad huiusmodi interesse.

10. In foro autem conscientiæ, certum videtur, teneri quoque emptorem venditori, ad omne interesse lucri cessantis, & damni emergentis. nam eo interesse, culpa lata emptoris, priuatus fuit venditor, & qui culpa sua lata alteri est causa damni, illud ei tenetur in conscientia restituere. ita *Molina* allegatus, *Angelus verb. vsura 1. num. 2.* *Innocentius in cap. sicut dignum, de homicidio.* *Gabriel in 4. dist. 15. quest. 14. art. 3. dnb. 2.* *Syluester verb. culpa, num. 6. & verb. restitutio 2.*

§. 12. & 17. *Sotus lib. 4. de iust.*

quest. 7. art. 2. & lib. 5.

q. 1. art. 9.

CAPVT X.

Vtrum gener possit licite percipere fructus pradij sibi in pignus dati, dum dos integra ei non soluitur; an teneatur illos in sortem dotis computare.

- 1 Proponitur casus.
- 2 Resoluitur pro parte affirmatiua.
- 3 Qua sit legitima ratio iustificans hanc fructuum acceptionem, dum dos integra non soluitur, & n. 4. 5.
- 6 Quid, si socer, vel dotans, qui fundum pro dimidia parte dotis non soluta, oppignorauit, post aliquod tempus, dimidium dotis non soluta soluat, an tunc minuendi sint fructus pro rata solutionis?
- 7 Quot contractus inueniantur in casu proposito, & an omnes liciti.
- 8 An iure Lusitano inspecto ad percipiendos huiusmodi fructus, opus sit, quod precedat conuentio, quod in sortem non computentur.
- 9 An dispositio cap. salubriter, de usuris, locum habeat, tam in socero dotante, quam in quocumque alio?
- 10 An pradij fructus percipi iure possint, dum dos non soluitur, si excedant onera matrimonij; & an huiusmodi excessus computandus sit cum dote?
- 11 Si filia post contractum matrimonium a patre, vel matre, vel alio, sustentetur, an tunc possit gener pradij fructus percipere absque computatione illorum cum sorte.
- 12 An soluto matrimonio per mortem alterius coniugis, possit viuens coniux eos fructus percipere, non computando eos cum dote, etiamsi mortuus coniux filios non relinquat, & n. 13.
- 14 An viuens coniux possit pacisci cum heredibus coniugi demortui, ut, dum sibi dos integra non soluitur, soluatur sibi certa quantitas pecunie quotannis, qua plus, minusve pradij fructus aquet, & n. 15.
- 16 An, constante matrimonio, possit gener, vel dotatus, pacisci de hac certa pensione pecunia, loco fructuum, & n. 17.
- 18 An, quando gener, vel dotatus praefixit terminum ad solutionem, possit intra illum terminum, illos fructus percipere.
- 19 An, concessa hac dilatione, ad hoc, ut fiat computatio cum dote, de pradij certa summa, & pensione pecunie, requiratur, quod dotans sit in mora soluendi.
- 20 An si gener, vel dotatus vendat illos fructus, vel fundum oppigneret, possit emptor, & creditor illos percipere, absque obligatione computandi eos cum dote, & n. 21.
- 22 An gener, vel dotatus remittat illos fructus, si per decennium illos non petat, nec percipiat?
Decennium est longum tempus, & consuetudo decennij, est consuetudo longi temporis. *ibid.*
An filius uxoratus non petens a patre usufructum bonorum legitima, ex parte matris, videatur illum ei remittere. *ibid.*

X propositione casus, res liquidius patebit. Casus igitur est. Petrus, v. c. dedit filiam suam Paulo in uxorem, promittitque illi mille aureos pro dote, soluit statim dimidiam illorum partem, & pro altera dimidia non soluta, ei tradidit pradium in pignus, ut fructus illius perciperet, donec integram dotem solueret. Dubium est, an possit gener iste, licite, & sine usura, pradij fructus percipere, quandiu ei dos integra non soluitur, absque obligatione computandi illos in partem dotis, non solutae, etiamsi illorum perceptio, rationem longissimi temporis, dotem excedat; ratio dubitandi est, quia creditores tenentur fructus pignoris in partem debiti computare, & censentur in iure usurarij, nisi illos computent, ut deciditur in cap. conquestus, de usuris, & in c. 1. de feud. & in l. 1. & 2. C. de pign. act. ergo etiam a paritate rationis, huiusmodi gener, cum sit creditor, tenebitur in conscientia, praefatos fructus cum dote computare, alioqui usuram committeret.

Communiter tamen, hac ratione non obstante, affirmant Doctores, posse generum licite eos fructus percipere, absque praedicta obligatione. ita disponitur in cap. salubriter, de usuris, ibi, sanè generum ad fructus possessionum, qua sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in sortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Et idem etiam statuitur in nostro iure Lusitano lib. 4. noua Ordinationis, tit. 67. num. 1. & colligitur ex l. pater, ff. de dolo malo; docent communiter Doctores. Ludouicus Lopez 2. part. instr. cap. 60 initio. Nauarrus in summa Latina, cap. 17. num. 213. Rebellus 2. part. de obligat. inst. lib. 8. quest. 12. num. 1. & 2. Couarruias lib. 3. variar. cap. 1. n. 3. Maior in 4. dist. 15. quest. 31. vers. Tertius casus. Syluester verb. usura. 3. quest. 2. Sotus lib. 6. de inst. quest. 1. art. 2. Bartol. in l. in insulam, §. usuras, ff. soluto matrimonio, Bald. in l. vltima, §. praeterea, col. 2. C. de iure dot. Vallascus tom. 1. consult. 8. & alij.

Desudant tamen Doctores hic, in quaerenda, reddendaque ratione, quae hanc fructuum perceptionem, & decisionem cap. salubriter, iustificet. Nauarrus in tract. de usuris, num. 71. & in summa Lat. cap. 17. num. 213. ait, desumendam esse ex parte lucri cessantis; sed haec ratio militat tantum in vno genere personarum, hoc est, in mercatoribus, qui solent pecunias suas luero exponere, & cum illis negotiari, & non in omnibus personis, cum tamen decisio huius capituli pro omnibus generalis sit. Sed ipse Nauarrus ibi, hac tandem ratione reiecta, aliam statuit, quam putat esse genuinam, de qua etiam meminit Vallascus tom. 1. consult. 8. num. 2. fundatam in liberali donatione dotantis; sed ea ratio genuina non est; neque enim hodie tam liberales esse solent homines, cum tot necessitatibus opprimantur; neque in iure praesumitur donatio, quando donans alicui creditori debitor est, eique aliquid donat, nisi id expresse exprimat, ut dicemus num. 6. Rationem ergo veram dabimus num. 4. inferunt illi tamen ex hac ratione, haec corollaria. Primum est; quemlibet maritum, quanuis non sit gener illius, qui illum dotauit, posse percipere fructus pignoris, non computando eos in dotem promissam, nisi contrarium in contractu dotis exprimat; quanuis longum tempus ad solutionem dotis praefigatur. Secundum est, iustas esse leges, quae disponunt, ut, qui dotem promittunt, dum non soluunt, & haeredes mortui coniugis, dum dotem viduae, vel separatae non reddunt, certam pensionem pecuniae,

1.

2.

3.

CAPVT X.

Vtrum gener possit licite percipere fructus pradij sibi in pignus dati, dum dos integra ei non soluitur; an teneatur illos in sortem dotis computare.

- 1 Proponitur casus.
- 2 Resoluitur pro parte affirmatiua.
- 3 Qua sit legitima ratio iustificans hanc fructuum acceptionem, dum dos integra non soluitur, & n. 4. 5.
- 6 Quid, si socer, vel dotans, qui fundum pro dimidia parte dotis non soluta, oppignorauit, post aliquod tempus, dimidium dotis non soluta soluat, an tunc minuendi sint fructus pro rata solutionis?
- 7 Quot contractus inueniantur in casu proposito, & an omnes liciti.
- 8 An iure Lusitano inspecto ad percipiendos huiusmodi fructus, opus sit, quod precedat conuentio, quod in sortem non computentur.
- 9 An dispositio cap. salubriter, de usuris, locum habeat, tam in socero dotante, quam in quocumque alio?
- 10 An pradij fructus percipi iure possint, dum dos non soluitur, si excedant onera matrimonij; & an huiusmodi excessus computandus sit cum dote?
- 11 Si filia post contractum matrimonium a patre, vel matre, vel alio, sustentetur, an tunc possit gener pradijos fructus percipere absque computatione illorum cum sorte.
- 12 An soluto matrimonio per mortem alterius coniugis, possit viuens coniux eos fructus percipere, non computando eos cum dote, etiamsi mortuus coniux filios non relinquat, & n. 13.
- 14 An viuens coniux possit pacisci cum heredibus coniugi demortui, ut, dum sibi dos integra non soluitur, soluatur sibi certa quantitas pecunie quotannis, qua plus, minusve pradijos fructus aquet, & n. 15.
- 16 An, constante matrimonio, possit gener, vel dotatus, pacisci de hac certa pensione pecunia, loco fructuum, & n. 17.
- 18 An, quando gener, vel dotatus praefixit terminum ad solutionem, possit intra illum terminum, illos fructus percipere.
- 19 An, concessa hac dilatione, ad hoc, ut fiat computatio cum dote, de pradijs certa summa, & pensione pecunie, requiratur, quod dotans sit in mora soluendi.
- 20 An si gener, vel dotatus vendat illos fructus, vel fundum oppigneret, possit emptor, & creditor illos percipere, absque obligatione computandi eos cum dote, & n. 21.
- 22 An gener, vel dotatus remittat illos fructus, si per decennium illos non petat, nec percipiat?
Decennium est longum tempus, & consuetudo decennij, est consuetudo longi temporis. *ibid.*
An filius uxoratus non petens a patre usufructum bonorum legitima, ex parte matris, videatur illum ei remittere. *ibid.*

X propositione casus, res liquidius patebit. Casus igitur est. Petrus, v. c. dedit filiam suam Paulo in uxorem, promittitque illi mille aureos pro dote, soluit statim dimidiam illorum partem, & pro altera dimidia non soluta, ei tradidit pradium in pignus, ut fructus illius perciperet, donec integram dotem solueret. Dubium est, an possit gener iste, licite, & sine usura, pradijos fructus percipere, quandiu ei dos integra non soluitur, absque obligatione computandi illos in partem dotis, non solutae, etiamsi illorum perceptio, rationem longissimi temporis, dotem excedat; ratio dubitandi est, quia creditores tenentur fructus pignoris in partem debiti computare, & censentur in iure usurarij, nisi illos computent, ut deciditur in cap. conquestus, de usuris, & in c. 1. de feud. & in l. 1. & 2. C. de pign. act. ergo etiam a paritate rationis, huiusmodi gener, cum sit creditor, tenebitur in conscientia, praefatos fructus cum dote computare, alioqui usuram committeret.

Communiter tamen, hac ratione non obstante, affirmant Doctores, posse generum licite eos fructus percipere, absque praedicta obligatione. ita disponitur in cap. salubriter, de usuris, ibi, sanè generum ad fructus possessionum, qua sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in sortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Et idem etiam statuitur in nostro iure Lusitano lib. 4. noua Ordinationis, tit. 67. num. 1. & colligitur ex l. pater, ff. de dolo malo; docent communiter Doctores. Ludouicus Lopez 2. part. instr. cap. 60 initio. Nauarrus in summa Latina, cap. 17. num. 213. Rebellus 2. part. de obligat. inst. lib. 8. quest. 12. num. 1. & 2. Couarruias lib. 3. variar. cap. 1. n. 3. Maior in 4. dist. 15. quest. 31. vers. Tertius casus. Syluester verb. usura. 3. quest. 2. Sotus lib. 6. de inst. quest. 1. art. 2. Bartol. in l. in insulam, §. usuras, ff. soluto matrimonio, Bald. in l. vltima, §. praeterea, col. 2. C. de iure dot. Vallascus tom. 1. consult. 8. & alij.

Desudant tamen Doctores hic, in quaerenda, reddendaque ratione, quae hanc fructuum perceptionem, & decisionem cap. salubriter, iustificet. Nauarrus in tract. de usuris, num. 71. & in summa Lat. cap. 17. num. 213. ait, desumendam esse ex parte lucri cessantis; sed haec ratio militat tantum in vno genere personarum, hoc est, in mercatoribus, qui solent pecunias suas luero exponere, & cum illis negotiari, & non in omnibus personis, cum tamen decisio huius capituli pro omnibus generalis sit. Sed ipse Nauarrus ibi, hac tandem ratione reiecta, aliam statuit, quam putat esse genuinam, de qua etiam meminit Vallascus tom. 1. consult. 8. num. 2. fundatam in liberali donatione dotantis; sed ea ratio genuina non est; neque enim hodie tam liberales esse solent homines, cum tot necessitatibus opprimantur; neque in iure praesumitur donatio, quando donans alicui creditori debitor est, eique aliquid donat, nisi id expresse exprimat, ut dicemus num. 6. Rationem ergo veram dabimus num. 4. inferunt illi tamen ex hac ratione, haec corollaria. Primum est; quemlibet maritum, quanuis non sit gener illius, qui illum dotauit, posse percipere fructus pignoris, non computando eos in dotem promissam, nisi contrarium in contractu dotis exprimat; quanuis longum tempus ad solutionem dotis praefigatur. Secundum est, iustas esse leges, quae disponunt, ut, qui dotem promittunt, dum non soluunt, & haeredes mortui coniugis, dum dotem viduae, vel separatæ non reddunt, certam pensionem pecuniae,

1.

2.

3.

cuniz, in singulos pendant annos; quod etiam probat Sot. *lib. 6. de iust. quest. 1. art. 2.* & Couar. *lib. 3. var. cap. 1. num. 3. vers. octauo hinc colligitur, & Caietan. 2. 2. quest. 78. art. 2.*

4. Vera tamen ratio, & legitimum fundamentum huius Pontificiæ decisionis, desumendum est ex parte damni emergentis, ut communiter omnes hodie tenent, ita Rebellus *2. part. de obligat. iust. lib. 8. quest. 12. num. 2.* Ludouicus Lopez *2. part. instruct. cap. 60. §. igitur.* Vallascus *tom. 1. consult. 8.* & alij. Quia hæc ratio damni emergentis, vniuersalis est, & militat in omni genere personarum, quæ dotem ab alijs accipiunt; damnum enim emergens dicitur, non solum, quando domus creditoris cecidit, aut frumentum, vel res aliæ necessariæ ad familiæ sustentationem, à creditore carius emuntur, propterea quod illi debitum statuto tempore non sit solutum; sed etiam, quando aliud damnum simile ex prolata solutione creditori euenit; at ex eo, quod socer, vel is, qui dotem promisit, illam tempore promisso non soluat, euenit genero graue damnum, cogitur enim vxorem alere, & subire, ac supportare onera matrimonij, ex suo, quod non tenetur facere; prædicta enim onera ex fructibus dotis, non ex proprijs facultatibus, sustinenda sunt; ac proinde in recompensationem istius damni, quod genero emergit, ex eo, quod ei dos non soluitur statuto tempore, poterit ille tuta conscientia, fructus pignoris accipere. Deinde, quia, ut ait *cap. salubriter*, dos dari solet ad onera matrimonij supportanda, à quocumque illa detur; nemo autem tenetur hæc onera ex suo, sed solum ex dote, quam vxor secum affert, sustinere; ergo, dum illa non soluitur, iuste fructus rei oppigneratæ possunt generi accipere, absque obligatione computandi eos cum dote. Vnde fit, quando dotans alium dotet, siue dotatus dilationem ad solutionem dotis, concedat, siue non concedat, quod possit ipse dotatus, quandiu solutio dotis differtur pro oneribus matrimonij sustinendis fructus fundi in pignus dati, absque iniuria dotantis, accipere, sine vlla obligatione computandi eos cum dote, quod summus Pontifex ad finem capituli, significat, dum ait: *Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote, pignori obligata, computandos in sortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda.*

5. Quod semper intelligendum est, nisi aliud contrahentes expriment; in contractibus enim, etiam dotalibus, verbis, & conditionibus licitis à contrahentibus appositis, semper standum est; quare non poterunt iuste prædicti fructus à genero percipi, si conuentum sit inter illum, & dotantem socerum, quod prædicti fructus computentur in dotem: nihil enim obstat, quod ita licitè possit gener cum socero pacisci, tunc enim ea onera vellet gratis in se suscipere, quod potest licitè facere, sicut licitè potest vxorem indotatam accipere.

In dubio autem, an talis conuentio intercesserit, necne, censendi sunt voluisse contrahere secundum ius, atque aded in eo dubio fas est genero, fructus pignoris percipere interim, dum integra dos non soluitur, absque prædicta obligatione computandi illos in sortem dotis. ita Rebellus *2. part. de obligat. iust. lib. 8. quest. 12. num. 3. vers. dixi; nisi aliud exprimat.*

6. Et verò, si socer, vel ille, qui sceminam mille aureis dotauit, & statim dimidiam partem numerata pecunia soluat, & pro aliam dimidia, possessionem in pignus tradat, & post aliquot menses, vel annos,

ducentos aureos pendat genero, aut tercentos, tenetur gener pro rata id de fructibus diminuere. *Primò*, quia quando debitor aliquid dat suo creditori, non censetur datum gratis, & liberaliter, sed ratione debiti exsoluendi, neque enim præsumitur in iure donatio, sed debiti solutio, quamuis vtatur expressè verbis. *dono.* ita Cabedus *tom. 2. decis. 36. num. 9.* Baldus in *l. qui se parvis, num. 14. C. unde lib. Soares in l. 1. titul. de las Arras, num. 36. lib. 10. pag. 603. verb. legatum à debitore.* Iosephus Gonçales *variar. questionum. cap. 31.* Afflictis *decis. 44. num. 9.* Menochius *lib. 3. præsumpt. 10. à n. 12.* desumitur ex *l. cum pater, ff. de iure dot.* vbi deciditur, donationem factam à patre, filia vxorata, cui dotem debebat, intelligi factam in solutionem dotis, non aliter, nec alio modo. *Secundò*, quia legans testamento aliquid suo creditori, censetur in iure, legasse animo soluendi debitum, non liberaliter donandi, etiam si legatum ad quantitatem debiti non ascendat, & frustra queritur alia intentio in legante, dum nihil expressis verbis declarauit; ut docet Nauarrus in *summa Latin. cap. 17. num. 150. vers. octauum.* Rolandus à Valle *de confect. inuentarij. verb. an alio, num. 3. & 4.* glossa in *l. creditorem, de legatu 2.* Dinus, Bartolus, & Castro in *l. ab uno, eodem tit.* & patet ex nostris ordinationibus *lib. 4. tit. 31. num. 11. & ex l. compensandi. C. de hered. instit. & l. huiusmodi, §. cum pater. de legatis 1.*

7. Notabis tamen, in proposito euentu de dotante, & dotato, tres contractus reperiri, & omnes esse licitos. *Primus* est matrimonij, quo gener sceminam ducit. *Secundus*, constitutionis dotis, pro onere matrimonij sustinendo, vxoreque, & familia alenda; qui contractus ex parte dotantis, est: *Do, ut facias.* Ex parte verò generi, vel dotati, est, *Faciam, ut des.* *Tertius*, est contractus quidam innominatus, siue fiat implicite, siue explicitè, in quo fructus fundi in pignus traditi, dantur genero, dum dos integra non soluitur à socero, ut illis matrimonij onera sustentet; ut bene animaduertit Rebellus *2. part. de obligat. iust. lib. 8. quest. 12. num. 3.*

8. Ex hæcenus tradita doctrina, hæc dubia vsurgunt.

Primum, an iure Lusitano inspecto *ditt. lib. 4. noua ordin. tit. 31. num. 11.* opus sit ad percipiendos prædictos fructus, quod inter dotantem, & dotatum præcedat conditio, quod tales fructus in sortem dotis non computabuntur. Ratio dubitandi est, quia lex nostra *ditt. lib. 4. tit. 67. §. 1.* videtur, his verbis hoc requirere: *Ea conuentione, ut is, qui vxorem duxit, possit recipere omnes fructus, dum tota dos sibi non soluitur;* quibus verbis videtur hæc lex requirere, quod talis pactio, & conuentio detur, alioqui computandos esse eos fructus in sortem dotis. Dicendum tamen est, etiam in Lusitano iure, eam conuentionem non requiri; quia lex Regia Lusitaniz sequitur ibi dispositionem iuris canonici traditam in *cap. salubriter, de usuris;* qui textus non requirit, nec supponit prædictam conuentionem, neque communis interpretum doctrina talem conuentionem requirit ad iustificandam perceptionem horum fructuum, ut supra vidimus. ita docet Vallascus *tom. 1. consult. 8.* deducitur ex Couarruua *lib. 3. variar. cap. 1. num. 3. §. secundo constat.* ex Bartolo in *l. insulam, §. usuris, ff. solutio matrimonij.* colligitur ex Nauarro in *summa. Lat. cap. 17. v. 213. ad medium,* & ait Vallascus, ita sepe fuisse iudicatum in supremo Senatu Lusitaniz, iuxta doctrinam Bartoli allegati.

Secundum

9. Secundum dubium est, an prædictorum fructuum perceptio habeat locum inspecto etiam eodem iure Lusitano, siue dotis promissio fiat filiae, siue nepti, siue cognatae, aut cuiuscumque alteri foeminae dotatae; & respondendum est affirmatiue. ita enim disponitur expressè in dicta l. Regia, dicto lib. 4. tit. 67. §. 1. ibi, *si promissa sit dos in coniugio cum aliqua muliere*; & ita docet Nauartus in *summa Latina*. c. 17. num. 213. Vallascus tom. 1. consult. 8. num. 2. Covarruias lib. 3. variarum. cap. 1. vers. *Ceterum alia plura*. & idem Nauartus in cap. si foeneraueris. n. 62. 14. quest. 3. quod procedit etiam, attenda dispositione iuris Canonici in cap. salubriter, de usuris, iuxta Authores allegatos etiam si solum de filia dotata loquatur, quia ratio huius capituli, generalis est, & à paritate rationis, in omnibus foeminis dotatis procedit.

Neque obstat, quòd prædictum caput loquatur de genero, respectu soceri, atque aded de filia tantum, quia loquitur de genero, gratia frequentioris vsus; frequentius enim filias dotare parentes solent, quàm cognatas, vel extraneas mulieres, & verba posita in iure, gratia frequentioris vsus, non mutant in aliis personis, iuris dispositionem, iuxta glossam in Clementina 1. verb. *Præsidentes. de re scriptis*, & l. unicam, verb. *sponsam, C. de raptu virginis*. l. 1. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. Rebuffus de nominat. quest. 5. à num. 3. & deinceps. Peraltam l. Lucius 11. n. 22. de legatis 2. Costam cap. si pater, verb. *si absque liberis*. num. 26. Pelas de maioratu. 1. part. quest. 31. num. 4. Quare communiter relictur Fortunius de ultimo sine, illation. 6. qui dispositionem iuris Canonici solum de dote filiae intellexit, non de aliis foeminis data, sequendo literam prædicti capituli, salubriter.

10. Tercium dubium est, an huiusmodi fructus percipi iure possint, absque obligatione computandi illos cum dote, si excedant onera matrimonij. Et circa hoc dubium, partita est opinio.

Prima asserit, id, quod excedit, computandum esse omnino cum dote, ex eo fundamento, quòd gener solo titulo supportandi huiusmodi onus, istos fructus percipit, ut constat ex d. cap. salubriter, in fine, ibi, *Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda*. Quare, si hic excessus non computetur cum dote, sine titulo percipitur: hanc opinionem tenent Azor tom. 3. iustit. moral. lib. 7. cap. 9. vers. *Quid, si gener*. Antonius Gomez in l. 50. Tauri. num. 30. Syluester verb. *usura*. 3. quest. 2. Ananias in dicto cap. salubriter. n. 2. de usuris, ad finem. Alexander conf. 178. lib. 7. n. 11. Antonius Fanensis de pignorb. 5. part. memb. 5. n. 16. Angelus verb. *usura* 1. §. 25. Tabiena verb. *usura*. n. 20. initio. Sotus lib. 1. de iust. q. 1. art. 2.

Secunda docet, non esse computandum prædictum excessum cum dote, posteaque generum, vel quemcumque alium dotatum, illum tuta conscientia habere, & retinere: primò, quia ad hos fructus recipiendos, nihil refert, quòd gener maiores, vel minores expensas in sustinendo matrimonio, efficiat, quàm sint fructus illi prædij oppignorati; iura enim, quæ de hac materia tractant, loquuntur absolute, & nihil distinguunt de huiusmodi excessu, vel defectu: nam lex Lusitana lib. 4. tit. 67. num. 1. generaliter, & siue distinctione loquitur, dum dicit: *Poterit gener, vel quicumque alius dotatus, percipere fructus ex re pignori data*. & textus cap. salubriter, absolute etiam loquitur, dum ait: *Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sustentanda*. & in illo verbo, *frequenter*, innuit, non esse habendam rationem ad certam fructuum

quantitatem, paruum, vel magnam: sicut enim, cum fructus pignoris non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda, non tenetur socer dotem augere, ita quum excedunt onera matrimonij, non tenetur gener excessum restituere, & cum dote computare, ubi enim ius non distinguit, nec etiam nos distinguere debemus. Secundo, quia præsumit ius in hoc speciali casu huius excessus, prædictum excessum à dotante liberaliter donari: sicut enim gener dotatus, quando minores fructus recipit, qui non sunt sufficientes ad onera matrimonij sustentanda, præsumitur in iure, illum defectum liberaliter socero, vel dotanti remittere, ita etiam, quando ipsi fructus excedunt onera matrimonij, præsumitur socer, vel dotans talem excessum liberaliter donare. hanc opinionem tenent Vallascus tom. 1. consult. 8. num. 3. Medina de rest. §. ad cap. salubriter. Covarruias lib. 3. variar. cap. 1. vers. *Tertio probatur*. Rebullus 2. part. de obligat. iust. lib. 8. quest. 12. n. 1. vers. *Quid, si plus valeant*. Nauartus in *summa Lat.* cap. 17. num. 213. quatenus ait, posse generum licite hos fructus percipere, quauis longum tempus solutioni dotis præfigatur. Vtraque opinio est satis probabilis; sequere, quam mauis.

Si tamen post contractum matrimonium, filia à patre, vel matre, vel dotata, à dotante sustentetur, non poterit gener, vel quilibet alius dotatus, fructus pignoris percipere, quin eos computet eum sorte dotis. patet ex textu in l. pater, ad initium, ff. de doli except. & glossa cap. salubriter, communiter recepta in scholio, onera. Et ratio est, quia cessat titulus, & fundamentum, ex quo eos recipere poterat, nempe sustentatio oneris matrimonij: quare, si à socero, vel dotante alatur, tenetur fructus omnes prædicti pignoris restituere, & cum dote computare; nam, cessante causa, cessat effectus, cap. cum cessante, de appellat. ita Rebullus modò allegatus num. 6. & Syluester verb. *usura* 3. quest. 2. & omnes pro prima opinione allegati id etiam tenere debent, ut consequenter loquantur.

Quartum dubium est, an, soluto matrimonio per mortem alterius coniugis, possit coniux superstes eos fructus recipere, non computando eos cum dote, siue mortuus coniux filios relinquat, siue non relinquat? Et respondendum est de iure Lusitano lib. 4. nona Ordinationis, tit. 67. §. 1. non posse, sed teneri illos in sortem dotis computare. ita docet Rebullus 2. part. de obligat. iust. lib. 8. quest. 12. num. 5. vers. *Quartum post contractum*. Vallascus tom. 1. consult. 8. num. 4. Et ratio est, quia ius Lusitanum hunc euentum expressè excipit, ibi; *Et hoc locum habebit, dum durauerit matrimonium, & maritus uxorem sustentauerit, iuxta consuetudinem loci, nam soluto matrimonio per mortem coniugis cuiusque, non poterunt imposterum percipi huiusmodi fructus rei oppignorata, sed tenebitur eos cum dote computare, & aliter lucrum prædictorum fructuum, usura erit*. Sed animaduertendum est, ius Lusitanum solum locutum fuisse de illo speciali casu, in quo pro dote generi, hypothecatum fuit prædium, cuius fructus perciperentur ab eo, absque obligatione computandi illos cum dote, dum dos sibi non soluitur; reliquos verò casus circa hanc materiam, reliquisse dispositioni iuris communis; quod idem disponit, quando pro dote promissa, hypothecantur fructus alicuius proprietatis, & quando non hypothecantur, sed solum soluitur certa summa pecuniæ, dum dos integrè non soluitur.

De iure igitur communi ciuili, & canonico, & attenda dispositione capituli salubriter, de usuris, partita opinio est.

Prima

Prima affirmat, teneri coniugem superstitem eos fructus cum dote computare à puncto soluti matrimonij, ita Rebellus, & Vallascus allegati. Castilho in l. 29. Tauri, num. 35. Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas in dict. cap. salubriter, de usuris. Bartol. in l. atqui natura, §. non tantum, ff. de negotijs gestis. Ancharranus consil. 105. Alexander consil. 27. & consil. 56. lib. 4. Rubeus consil. 55. & 108. Afflictis decis. 284. Caietanus 2. 2. quest. 78. art. 2. Corneus consil. 212. lib. 3. Ratio est, primò, quia non datur idem ius in vxore, atque in marito, quia maritus, dum dos illi integra non soluitur, tenetur sustentare vxorem, & onera matrimonij, ex fructibus dotis sustinere, & ipsam dotem integram conseruare; mortua autem vxore, matrimonium non datur, cuius onera sustinenda sint. Secundò, quia neque vxor, mortuo marito, neque maritus, mortua vxore, tenentur sustentare eam familiam, quam tenebantur, altero viuente, sustentare, siquidem tunc in statu viduitatis familia minuitur. Tandem, quia per mortem alterius coniugis, dissoluitur matrimonium; & consequenter dissoluuntur onera, quæ sustinenda erant.

13. Secunda negat, & ait, soluto per mortem alterius coniugis, matrimonio, posse coniugem superstitem integros fructus percipere, quemadmodum percipiebat, durante matrimonio, siue filios habeat ex mortuo coniuge, siue non habeat; & nullam illi esse obligationem computandi illos in sortem dotis, hanc tenent Nauarrus in summ. Latin. cap. 17. num. 13. & in tract. de usuris, num. 71. Lud. Lopez 2. part. instrukt. cap. 60. §. his igitur. glossa in l. vnic. C. de rei vxor. act. §. ex actio. Panormitanus consil. 39. lib. 2. Couar. lib. 3. var. cap. 1. num. 3. vers. sexto hinc. Angelus verb. usura 3. quest. 7. Sorus lib. 6. de iust. quest. 1. art. 2. prope finem. Ioannes Lupus de usuris, commento 4. num. 84. Azor tom. 3. lib. 7. cap. 9. vers. dua sunt hac de re. Et fundamentum illorum est: primò, quia, licet tunc non detur matrimonium, cuius onera sustinenda sint, datur tamen ius ex matrimonio relictum, & sic persistit adhuc ius matrimonij ad colligendos hos fructus, licet matrimonium non subsistat. Secundò, quia, siue filij suscepti sint ex tali matrimonio, siue non sint, datur amplior, & numerosior familia sustentanda, quam dabatur ante contractum matrimonium, & per accidens est, quod soluto matrimonio per mortem coniugis, minuatur familiæ status. Tertio, quia vterque coniux accepit pignus illud pro dote sibi soluenda, ea condicione, vt fructus illius integros perciperet, quandiu sibi dos integra non solueretur; quare, cum mortuo vno coniuge, non desinat superstes coniux esse coniux coniugis demortui, dum sibi dos non soluitur, & conditio impletur, eos poterat recipere. Quarto, quia quandiu dos non soluitur, non amittitur priuilegium dotis; priuilegium autem dotis, est, vt percipiantur fructus fundi oppignerati, dum dos ipsa non est soluta. Quintò, quia hoc non videretur dubium, si relinquuntur filij ex tali matrimonio, quia filij succedunt in iure patrum. Vtraque opinio est probabilis: credo tamen, hanc secundam esse probabiliorē in foro conscientie, & primam magis procedere in foro exteino. Et fundamenta primæ, ex fundamentis huius secundæ, soluta sunt.

14. Est grauis hic questio, an, retenta hac secunda opinione, possit vidua, mortuo coniuge pacisci cum hæredibus defuncti coniugis, (& idem est de viduo, respectu hæredum coniugis, mortua coniuge,) vt, dum sibi dos non soluitur, certa quantitas, & pensio annualis pecuniæ, respectu dotis moderata, sibi

soluatur, puta, decem aureos pro centum ex dote non soluta, ratione damni emergentis. Et hac de re, duplex est opinio.

Prima affirmat, hanc tenet Alexand. consil. 200. lib. 6. & consil. 141. lib. 5. & in l. diuortio, ff. soluto matrimonio, num. 24. Decius post Lancelotum in d. l. diuortio, col. 3. Lupus in cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxorem, §. 8. num. 4. Iason consil. 92. lib. 1. Panormitanus in cap. salubriter. Conradus de contract. quest. 35. conclus. 9. Afflictis decis. 284. Anton. Fanensis tract. de pignorib. memb. 5. part. 5. ad finem. Nauarrus in summ. Lat. cap. 17. num. 213. Sorus lib. 6. de iust. quest. 1. art. 2. & in eo speciatim casu, in quo vidua, vel viduus nulla alia bona habet, ex quibus sustentari possit, posse ab hæredibus coniugis demortui, iuste, & licite exigere hanc certam pecuniariam pensionem, loco alimentorum, docet Ancharranus in regul. Peccati venia, quest. 4. de regul. iuris, in 6. Paulus Castrensis consil. 429. num. 4. lib. 2. Aymo consil. 189. col. 2. & penult. & hæc opinio vsu recepta videtur, & pro illa fuisse sæpe iudicatum in Senatu Neapolitano, testatur Afflictis dicta decis. 284. Fundamentum huius opinionis, est, Primò, quia per viduam, vel viduum, non sterit, nec stat, quod ei non soluatur dos, ex qua alii possit, quia hæredes coniugis defuncti, sunt in mora soluendi illi dotem promissam: mora autem nocet ei, per quem fit; ergo, saltem ratione huius moræ, adstringentur ei soluere hanc annuam pensionem certam, & stabilem. Secundò, quia hoc, vt dictum manet, est priuilegium, & fauor dotis, vt, dum integrè non soluitur, loco dotis, assignetur, pro ratione fructuum, illis certa pensio, ex qua coniux viduus alatur, quod rationi naturali, & iuri videtur consentaneum; alioqui periret, nam, si statim dos viduo, vel viduæ solueretur, possent illi inde alimenta habere; ergo poterunt recipere hanc certam pecuniæ pensionem iure alimentorum, tanquam interesse damni emergentis, vt speciatim docet Cardinalis in clementina 1. de usuris, in princip. num. 8. & si mercaturam exerceant, ratione etiam lucri cessantis. Tertio, quia si illis solueretur pecunia dotalis, possent eadem ipsa pecunia emere æquales annuos redditus redimibiles, vt in Hispania frequenter fit, qui tanti valeant, æstimeturque, quanti certa illa pecunia æstimatur. Quare, saltem ratione huius lucri cessantis, possunt illam in pactum deducere, dum dos illis integrè non soluitur: quod tam locum habet in viduis pauperibus, quam diuitibus.

Secunda negat, id fieri posse, etiam in casu, quo vidua, vel viduus est pauperrimus, & non habet, vnde alatur. hanc tenet Couarruias lib. 3. variar. cap. 1. num. 3. vers. sexto hinc. & faciunt pro hac opinione omnes Doctores allegati num. 12. in §. quartum dubium, & in §. de iure autem; & nostrum ius Lusitanum in prædicto §. quartum dubium, allegatum, cum omnibus rationibus ibi factis; addit tamen Couarruias, solùm intra annum viduitatis, posse viduam hanc annuam pensionem recipere, non vltra illum, quia intra hunc annum, iure debentur viduæ alimenta ab hæredibus mariti, iuxta Bartolum, & Doctores communiter in l. 1. §. ex actio. C. de rei vxor. act. & in l. diuortio, in princip.

Fundamentum Couarruiæ, est. Primò, quia, cum vidua, propter honestatem vidualem, non possit eo anno cogere in iudicio prædictos hæredes, vt pecuniam dotalem sibi soluant, merito iura illi tunc pro eo anno præcipiunt alimenta dari; quare, cum pro illo anno alimenta debeantur, merito poterit

poterit de illis, cum hæredibus mariti, pacisci, vt, loco illorum, ea annua pensio sibi assignatur. Et cum Couarruua consentit Panormitanus in cap. salubriter, de usuris, num. 6. Secundo, quia, licet, dum non soluitur dos, fructus fundi in pignus dati, licite percipi possint absque usura, & obligatione computandi illos cum dote; tamen certa quantitas, loco illorum, percipi non potest, quia fructus subiiciuntur fortunæ, & sunt incerti, quantitas autem est certa; & ideo est diuersa ratio inter illos, & certam pecuniæ quantitatem. Tertio, quia fauor dotis, & priuilegium illius, non permittit, aliquid, ultra sortem dotis recipi, iuxta cap. super eo, de usuris; nec etiam paupertas viduæ, quoniam, ratione paupertatis, usuræ non sunt permittendæ; vt dicitur in eodem cap. super eo. Ratione verò alimentorum, ea opinio minimè defendi potest, quia licet intra annum viduitatis, alimenta viduæ iure debeantur, tamen eo elapso, ius nulla illi concedit ultra sortem, alimenta; potest enim post annum viduitatis, cum hæredibus mariti, de dote agere in iudicio. Neque dici potest, quod hæc alimenta viduæ debeantur, ratione damni emergentis; quia nulla ratio hinc, lucri cessantis, aut damni emergentis, dari potest, cum parata sint tribunalia ad cogendos hæredes mariti, ad solutionem dotis. ita se habent huiusmodi opiniones. Primam ego iudico probabiliorē, stando in solo iure communi; & rationes huius secundæ, ex fundamentis primæ soluuntur. Dixi, stando in solo iure communi, quia stando in iure Lusitano, iam diximus num. 12. solum durante matrimonio, fructus rei oppigneratæ percipi posse, & consequenter ex vi iuris Lusitani, solum durante matrimonio, hæc certa summa pecuniæ, loco fructuum, in pactum deduci potest, vt patet.

16. Ex dictis solura manet alia quæstio huic affinis, an scilicet, constante matrimonio, possit dotatus, loco fructuum fundi in pignus dati, in pactum deducere hanc certam pecuniæ pensionem, dum dos illi non soluitur; multi enim id negant, adduntque, prædictum contractum, si ita fiat, non valere; & hi sunt Cardinalis, Butrius, Ioannes de Lignano in dicto cap. salubriter, de usuris. Laurentius de Rodolph. in suo tract. de usuris. 2. part. quest. 53. Palatius in cap. per vestras notab. 6. §. 8. vers. infertur, vers. intelligentiam. Vallascus tom. 1. consult. 8. n. 5. vers. verum ego. Paulus de Castro in l. insulam. §. usuras. ff. soluto matrimonio. Socinus conf. 88. n. 18. & conf. 130. num. 10. lib. 4. Corneus conf. 71. vol. 4. incipit, Ad euidenciam. Antonius Gomez in l. 50. Tauri. num. 30. Decius conf. 116. num. 3. & conf. 312. colum. finalis. Alexander conf. 72. lib. 4. & conf. 74. & 141. lib. 5. D. Anton. 2. part. tit. 1. §. 7. & §. 27. & alij plurimi, cum Couarruua lib. 3. variar. cap. 1. n. 3. vers. sexto hinc.

Fundamentum illorum est. Primo, quia, vt dictum manet, fructus subiiciuntur fortunæ, & sunt incerti, modò enim plures, modò pauciores sunt, quantitas autem est certa; & ideo inter hanc certam quantitatem, & pensionem pecuniæ, & inter illos, recompenratio dari non potest, cum de certo ad incertum, & de non liquido ad liquidum, compensatio non detur. Secundo, quia casus contentus in cap. salubriter, de usuris, & in iure Lusitano, lib. 4. tit. 67. §. 1. est casus exceptus in iure; vnde, cum sit casus in iure exceptus, loquente tantum de fructibus fundi oppignerati, non debet extendi ad certam pecuniæ quantitatem, quia, quæ à iure exorbitant, non debent extendi, iuxta regulam, Quæ à iure, de regulis Fagundez de Iustitia, &c.

iuris in 6. Tertio, quia, quod tutius est animæ, in dubiis, debemus amplecti, iuxta cap. inuenis, de sponsalibus, & glossam in cap. unico, de scrut. in ord. faciend. & materia usuræ neque etiam in dote est facile extendenda, cum usuræ iure naturali sint prohibitæ.

Secunda, & verior opinio affirmat, licitam, & validam esse talem pactionem, in vtroque foro, siue fiat statim in initio contractus matrimonij, siue post matrimonium celebratum, illo constante. hanc tenet Couarruua allegatus vers. Quarto hinc potest. Calderinus, Ancharranus, & Abbas in dicto cap. salubriter. Baldus nouellus de dote. 7. part. priuileg. 3. Bartolus, Imola, Alexander, in l. insulam. §. usuras, ff. soluto matrimonio. Rubeus conf. 108. Corneus conf. 45. & conf. ultimo. colum. 3. lib. 2. Gaspar Baët. de dotis melioratione cap. 25. num. 8. Gama decis. 272. Iacobus de Butr. l. unica. §. accedit. C. de rei vxor. act. Nauarrus in summa Lat. cap. 17. num. 213. Sotus, & Ioannes Lupus, quos ibi citat Syluester verb. usura. 3. quest. 3. Gabriel, Maior, Almaynus, in 4. dist. 15. tract. de usuris. Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 8. quest. 12. num. 7. Ratio est, quia ita fit frequenter in usu. Videmus enim, matrimonia celebrari cum hac conditione, & non est credendum, quod Prælati, & tribunalia usuras admittant. Deinde, quia attentata vera dispositione cap. salubriter, de usuris, quæ ratione damni emergentis nititur, nulla congrua ratio dari potest, ob quam dicamus, non potuisse hanc certam pecuniæ quantitatem ab initio in pactum deduci, maxime, quia decisio legis, curabit, C. de actionib. empt. cum dispositione cap. salubriter, congruit. Adde, quia, vt docent Rebellus, & Syluester allegati, summus Pontifex idem prorsus responsurus foret, si de hac certâ pecuniæ pensione fuisset rogatus, sicut rogatus fuit de fructibus pignoris.

Nec refert, quod fructus non sint quoad valorem, certi, variæ enim fortunæ subiecti sunt, & aliquando maiores, aliquando minores sunt, summa autem pecuniæ, certa, & inuariabilis sit, & de certo ad incertum, aut de incerto ad certum, nulla dari possit iusta compensatio, sicut nec dari potest de non liquido ad liquidum, aut de liquido ad non liquidum, aliqua restitutio, quia restitutio, & compensatio ad æqualitatem faciendâ est; nulla autem æqualitas dari potest inter certum, & incertum. Non refert, inquam, quia hæc compensatio non est Mathematicè sumenda, sed arbitrariè, arbitrio prudentis, faciendâ est, hoc est, plus, minusve; nam fructus illi sub ea incertitudine, & varietate fortunæ, pro certa quantitate pecuniæ, & æstimatione valoris, vendi, ac æstimari solent, arbitrio prudentis: quia talis incertitudo, & varietas minuere æstimationem potest, tollere non potest, vt bene notat Rebellus inductus, & pro hac resolutione militant omnes rationes factæ num. 14 sic vendi solent iactus fortunæ, & piscationis, & locantur passim fructus annuales pro certo pretio, cum tamen ipsi fructus sint incerti, & modò maiores, modò minores, vt pote ab anni temperie pendentes.

Dubium autem hinc speciale esse potest, an, quando initio celebrationis contractus dotalis, dotatus concedit doratori, quicumque ille sit, dilationem aliquam temporis ad solutionem dotis, & nullum prædium accepit in pignus, neque deduxit in pactum aliquam certam pecuniam annualem, vel temporariam, dum dos sibi non soluitur, possit ipse dotatus, durante temporis dilatione, illam postea petere, celebrato iam pacto. Et respondendum

17.

18

dum est negativè cum Panormitano ad prefatum cap. salubriter, de usuris, & cum Sylvestro verb. usura 3. quest. 3. Primo, quia, concessa ea temporis dilatione, vilis fuit dotatus se obligare ad alendam uxorem, subeundaque onera matrimonij ex suo, durante ea concessione; sicut enim poterat uxorem indotatam accipere, seque, sic accipiendo, obligare tacite ad illam ex propriis facultatibus, alendam: sic potuit se tacite obligare ad eam, pro eo dilationis tempore, sustentandam. Secundo, quia solent sponsi dotati initio desponsationis, se speciosos, ac liberales exhibere sponis, & cognatis sponfarum, & huiusmodi actus prudentes, ac liberales facere; pro actibus autem prudentibus, nulla potest recompensatio; & pro hac resolutione facit id, quod diximus cap. 9. num. 1. quod vide.

Finis verò eo dilationis tempore, si dos sibi non solvatur, potest statim gener, vel dotatus eam summam in pactum deducere, quæ visa fuerit conveniens, quando sibi dos non solvitur, vel non integrè solvitur, vt diximus dict. cap. 9. num. 1. nam per eam dilationem primam non renuntiavit omnino ipse dotatus iuri sibi concessio in dicto cap. salubriter, ad eam repetitionem faciendam, sed tantum pro eo tempore concessæ dilationis: ita Sylvester inductus, & videtur res indubitata, vt patet ex iis, quæ diximus cap. 9.

19. Ex qua resolutione deducitur, finita dilatione concessa, requiri moram ex parte dotantis, ad hoc, vt possit gener, vel dotatus in pactum deducere, nam si statim dos solvatur, cessat ius ad hoc in pactum deducendum; quando verò res, aut prædium, statim pro pignore, dotato fuit traditum, illi statim incipit fructificare, quia sustinet onus matrimonij, quod non tenetur sustinere ex suo; ita Vallascus tom. 1. consult. 8. num. 8. Rogerius in tract. de dote, §. 15. num. 11. nec audiendus est Alciatus in regul. 1. presump. 32. num. 8. ad finem. vbi ait, non peccare dotantem non solventem dotem integram, nec teneri ad restitutionem aliquam in conscientia, donec sit per dotatum in iudicio interpellatus, quia ad eam obligationem restitutionis obligatur dotans ex officio tantum iudicis, non in foro conscientie ex iustitia, quod est omnino falsum; quia dispositio cap. salubriter, de usuris, non fundatur in mora ex parte dotantis, neque in petitione dotari, sed fundatur in rigorosa iustitia contractus; vnde peccat contra iustitiam dotans, dum contractum sua culpa non implet, & tenetur ad damnum dotato, quod illi culpa sua, aduenit. ita Vallascus inductus num. 11. & nos iam id probauimus cap. 9. num. 1.

20. Inquires, virum, si dotatus vendat illud ius, quod habet ad percipiendos prædictos fructus, ex fundo pro dote non soluta, sibi tradito, vel ipsum fundum alteri pro aliquo debito, oppigneret, possit emptor, vel creditor, cui illum oppigneravit, tuta conscientia illos percipere? Et hac de re partitur etiam opinio.

Prima negat. Fundamentum illius est, quia in emptore talium fructuum, & in creditore, qui illum in pignus accepit, cessant omnes rationes ad percipiendos prædictos fructus, quæ dantur in dotato, & quæ perceptionem horum fructuum iustificabant: non enim sustinent onus matrimonij illius, ob quod talis perceptio in iure conceditur. Et quia ille non fuit dotatus, privilegium autem percipiendi illos, personæ tantum dotatæ conceditur, & non transit ad alterum; quare, mutata persona, cessat privilegium; quoties enim persona est tota, & immediata causa privilegij, cessante persona,

cessat privilegium, l. licitatio, §. finali, ff. de public. Ex quo sequitur, quod etiam si dotatus, vel per venditionem, vel per impignationem, vel per donationem, suum ius transferat in alium, non possit ille alius lucrum fructuum, virtute illius translationis, percipere. Deinde, quia videtur esse palliata usura, quæ ex consuetudine licita esse non possit, quia dotans potest perire ab isto tertio, in quem ius percipiendi huiusmodi fructus, translatum fuit, ipsam rem, vel fundum cum fructibus, & illi est adiudicanda in iudicio; quare non poterit dotatus in conscientia aliquod emolumentum ex ea translatione percipere; nec similiter ille, in quem translatum fuit tale ius, perinde enim id tunc erit, ac illam pro eo tempore pro luero accommodare. huius opinionis author est Vallascus tom. 1. consult. 8. num. 7. §. verum ego; vbi in fine addit, ita fuisse iudicatum in supremo senatu Olyssipponensi, & Ananias in dict. cap. salubriter, de usuris. Laurentius de Rodolphis in tract. de usuris, quest. 94. Salicetus in auth. ad hac, C. de usuris. D. Anton. 2. part. summa, tit. 1. cap. 1. §. 14. vers. oppono.

Secunda opinio affirmat. Primò, quia illud lucrum prædictorum fructuum, vel certæ summæ, quod licitè percipit dotatus, non illi cõceditur propter privilegium speciale dotis, sed in recompensationem damni emergentis, quod patitur ipse dotatus, dum integra dos sibi non solvitur, vnde ius illud quod habet ad tale ius, benè potest in alium pro pretio aliquo transferrì; cum enim ipse dotatus non teneatur onera matrimonij ex suo sustinere, sed ex fructibus dotis, idè ius canonicum illi concedit ius ad percipiendos hos fructus pro rata dotis non solutæ; quare ergo, cum ex titulo recompensationis huius damni, concedatur, non poterit illud in alium transferre?

Nec refert, quod non potest in alium transferre obligationem sustinendi onera matrimonij, quod est totale fundamentum iustificans hanc obligationem, quia sufficit, quod aliunde suscipiat in se illud onus ex suo, quod non tenetur facere. Probatum deinde, quia consuetudo ita habet in plurimis orbibus partibus, & cum sit scita, & tolerata in tribunalibus Ecclesiasticis, corruptela dici non potest; consuetudo autem introducit ius, & facit licitum id, quod aliàs sine tali consuetudine erat iure positivo illicitum, l. quod si fugiuus, §. apud Labeanem, ff. de adilitis edict. Bartolan. l. si ignoret, §. vltim. ff. de pignorat. actione. Iason in l. certi iuris, C. de iud. præualet enim consuetudo legitime præscripta contra ius scriptum. Tandem, quia iusta esset lex, iustum statutum, si daretur statuens posse tale ius vendi, datique pignori, quin ille, in quem per venditionem, oppignationem, transferretur, teneatur prædictum lucrum restituere, vel computare cum dote; ergo intentum. Antecedens probatur, quia si aliquid obstat iustitiæ huius legis, esset, quod vendens, vel oppignerans, non possent transferre in alium, ius sustentandi onus sui matrimonij, quod est vnicum, ac totale fundamentum, ob quod, illud lucrum iustè percipiebat; hoc autem non obstat, quia, transferendo hoc ius in alium, eo ipso se obligat ad onera matrimonij supportanda ex suo, ad quod non tenebatur; quare, cum hoc sibi damnum exinde emergat, meritò in recompensationem illius, poterat prædictum ius, quod habet ad tales fructus, vendere. Adde, quia ille tertius, qui prædictum ius emit, aut in pignus accipit, subrogatur; quantum ad perceptionem fructuum, loco mariti dotati, vnde potest eos fructus tam iustè percipere, quam iustè percipiebat dotatus, subro-

gatus

Nec obstat, quod prædicta lex, cum quidam, ex qua fundamentum Alciatus accepit, ad adstruendam suam opinionem, vim faciat in intervallo decennij elapsi. *ibi: Parum iuste præteritis usuras petis, quas omisisse, longi temporis intervallo indicat.* Decennium autem est longi temporis intervallo, iuxta omnes, quia huiusmodi lex loquitur in eo casu, in quo creditor non petiuit prædictas usuras lucrosas à suo debitore, ut gratior illi esset, illiusque mereretur voluntatem, ut patet ex eadem lege, *ibi: Quia eas à debitore tuo, ut gratior apud eum esset, petendas non putasti.* Et ex huiusmodi coniecturis, nempe, ex taciturnitate decennij, & ex interesse gratiæ debitoris, quæ fortè utilior illi esset, quàm solutio usurarum, bene potuit inferre lex, & Alciatus in ea fundatus, eas usuras tacite fuisse ab eo creditore debitori suo remissas.

Faretur tamen idem Alciatus, in vno tantum casu, nempe, quando interesse dotis non solutæ, fuerit expressè à dotante promissum, non cenferi dotatum illud remittere per taciturnitatem decennij, nec posse dotantem præscribere contra dotatum, eo decennio, quia tunc, cum dotans sciat, se expressè promississe fructum dotis, & illius interesse, non potest esse in bona fide, quandiu illam integre non soluerit, & consequenter bona fide percipere ex re aliena, nec ullam præscriptionem prætere, iuxta *cap. finale de præscriptionibus.*

Sententia verò Castilho, quæ pro opinione Alciati roboranda, fuit allata, Alciato non fauet, licet illa sit in se vera, quia loquitur in casu, & materia dissimili, & sicut in similibus, idem debet esse iudicium, *cap. inter ceteras, de rescriptis, in fine, l. leges, l. c. de legibus, l. non possunt, ff. de legibus, cap. inter pastoralia, de translat. §. sicut ergo.* Ita in dissimilibus, diuersum esse debet. Quare, cum sententia Castilho procedat inter patres, & filios, & in differenti materia partitionum, non est, cur de ea argumentum sumamus ad præsentem materiam, quia ius bene potuit id statuere in materia partitionum, ne inæqualitas inter filios sequeretur, quam semper intendit euitare; non tamen in materia fructuum promissæ dotis, & non solutæ, ex qua non resultat tertio præiudicium.

CAPVT XI.

Quæ personæ emere, vendere, & conducere possint? Agitur de Clericis, & Ecclesiasticis; quæritur, an per se, vel per alios id facere possint?

1. *Minores, pupilli, prodigi, filii familias, furiosi, an possint contractus emptionis, & venditionis celebrare, remissive.*

2. *Negotiatio merè lucrativa, qua aliquid emitur, ut immutatum carius vendatur, est clericis, & Religiosis illicita, & interdicta.*

3. *Quid de conductione, lucri causa, exercita.*

4. *Clerici exercentes negotiationem, excommunicatione non lata, sed ferenda sententia, in iure feriuntur, similiter suspenduntur, ac deponuntur.*

5. *Quid sit aliquid emere ut immutatum vendatur, remissive ad num. 29.*

6. *An clerici possint emere, & vendere, & negotiationem exercere per alios seculares. ibid.*

7. *Remissive ad cap. 12. num. 1.*

6. *De quibus clericis hæc intelligantur.*

7. *An de clericis tantum, in sacris constitutis. ibid.*

8. *Quid de beneficiatis, qui in sacris non sunt constituti.*

9. *Quid de Religiosis, sacris Ordinibus non initiatis.*

10. *Clerici in minoribus, etiam beneficiati, & coniugati mercaturam exercentes, quod privilegium amittant.*

11. *An de iure Lusitano, clerici beneficiati eximantur à gabellis, & quomodo.*

12. *An clerici mercaturam, causa negotiationis, exercentes, antequam ter à suis Prælati admonentur, privilegium clericale amittant.*

13. *An sufficiat vna admonitio pro trina, & virtute triplex? ibid.*

14. *An necessario facienda sit admonitio à suo Prælato, an sufficiat ab alio?*

15. *An clerici, siue in sacris, siue in minoribus, beneficiati, vel non beneficiati, negotiationem exercentes ante hanc trinam admonitionem, teneantur ad gabellam.*

Refertur prima opinio, affirmans.

Quid significet verbum illud, exercentes. ibid.

16. *An qui semel, bis, aut ter negotiati sunt instar laicorum, ad gabellam teneantur, si respiciantur.*

17. *Refertur secunda opinio, negans, & n. 16.*

18. *In quibus rebus sint clerici iure diuino exempti, & in quibus, iure tantum humano, civili, & canonico.*

19. *Præfertur, & explicatur tertia opinio duas præcedentes concilians.*

An clerici ter admoniti à suo Prælato, ut à negotiatione lucrosa desistant, privilegium clericale eo ipso amittant, si non emendantur. ibid.

Et quid, nomine privilegij clericalis, intelligatur, an canonis, an fori. ibid. à vers. statuitur etiam, usque ad versum, conspirant, & ab hoc num. 18. usque ad num. 20.

20. *An clerici, qui privilegium clericale amiserunt, possint illud iterum recuperare, si respuerint.*

21. *Qui auctores tractent, quando, & in quibus rebus, clerici dicantur negotiari.*

22. *Non est negotiari, vendere eas res, quæ sibi ex sua, suæque familie sustentatione supersunt ex fructibus suorum beneficiorum, aut bonorum patrimonialium.*

Clerici, quando res emant ad suam propriam sustentationem, coguntur id iurare, & coram quo iudice faciendum sit iuramentum? ibid.

23. *An clerici teneantur solvere talcas, gabellas, & inductiones positas pro primo ingressu Regis in aliquam urbem; an Principes seculares possint præcipere, ut clerici contribuant pro reparatione pontium, fontium, murorum urbis; & an, pro necessitate pestis.*

24. *An possint augere pretium vini, & carniarum promiscuè pro clericis, & laicis, & n. 26.*

QUÆ personæ emere, & vendere possint, & contractus celebrare licite, & valide; an minores, pupilli, an prodigi, an filii familias, an furiosi, & similes aliarum personarum laicarum; satis diximus lib. 1. de contractibus in genere, à cap. 11. & deinceps. Hic autem solum agemus de personis Ecclesiasticis, & de nonnullis aliis personis, de quibus agit nostrum ius Lusitanum in nouis ordinat. lib. 4. tit. 15. in veteribus, lib. 4. tit. 38. & 39. Inquirimus ergo hic, quomodo Clericis, & Religiosis licita, vel illicita sit emptio, & venditio, valida, vel inualida; & quæ pœna illis in iure statuantur, quando illi per se, vel per alios, negotiationem

Nec obstat, quod prædicta lex, cum quidam, ex qua fundamentum Alciatus accepit, ad adstruendam suam opinionem, vim faciat in intervallo decennij elapsi. *ibi: Parum iuste præteritis usuras petis, quas omisisse, longi temporis intervallo indicat.* Decennium autem est longi temporis intervallo, iuxta omnes, quia huiusmodi lex loquitur in eo casu, in quo creditor non petiuit prædictas usuras lucrosas à suo debitore, ut gratior illi esset, illiusque mereretur voluntatem, ut patet ex eadem lege, *ibi: Quia eas à debitore tuo, ut gratior apud eum esset, petendas non putasti.* Et ex huiusmodi coniecturis, nempe, ex taciturnitate decennij, & ex interesse gratiæ debitoris, quæ fortè utilior illi esset, quàm solutio usurarum, bene potuit inferre lex, & Alciatus in ea fundatus, eas usuras tacite fuisse ab eo creditore debitori suo remissas.

Faretur tamen idem Alciatus, in vno tantum casu, nempe, quando interesse dotis non solutæ, fuerit expressè à dotante promissum, non cenferi dotatum illud remittere per taciturnitatem decennij, nec posse dotantem præscribere contra dotatum, eo decennio, quia tunc, cum dotans sciat, se expressè promisisse fructum dotis, & illius interesse, non potest esse in bona fide, quandiu illam integre non soluerit, & consequenter bona fide percipere ex re aliena, nec ullam præscriptionem prætere, iuxta *cap. finale de præscriptionibus.*

Sententia verò Castilho, quæ pro opinione Alciati roboranda, fuit allata, Alciato non fauet, licet illa sit in se vera, quia loquitur in casu, & materia dissimili, & sicut in similibus, idem debet esse iudicium, *cap. inter ceteras, de rescriptis, in fine, l. leges, l. c. de legibus, l. non possunt, ff. de legibus, cap. inter pastoralia, de translat. §. sicut ergo.* Ita in dissimilibus, diuersum esse debet. Quare, cum sententia Castilho procedat inter patres, & filios, & in differenti materia partitionum, non est, cur de ea argumentum sumamus ad præsentem materiam, quia ius bene potuit id statuere in materia partitionum, ne inæqualitas inter filios sequeretur, quam semper intendit evitare; non tamen in materia fructuum promissæ dotis, & non solutæ, ex qua non resultat tertio præiudicium.

CAPVT XI.

Quæ personæ emere, vendere, & conducere possint? Agitur de Clericis, & Ecclesiasticis; quæritur, an per se, vel per alios id facere possint?

1. *Minores, pupilli, prodigi, filii familias, furiosi, an possint contractus emptionis, & venditionis celebrare, remissive.*

2. *Negotiatio merè lucrativa, qua aliquid emitur, ut immutatum carius vendatur, est clericis, & Religiosis illicita, & interdicta.*

3. *Quid de conductione, lucri causa, exercita.*

4. *Clerici exercentes negotiationem, excommunicatione non lata, sed ferenda sententia, in iure feriuntur, similiter suspenduntur, ac deponuntur.*

5. *Quid sit aliquid emere ut immutatum vendatur, remissive ad num. 29.*

6. *An clerici possint emere, & vendere, & negotiationem exercere per alios seculares. ibid.*

7. *Remissive ad cap. 12. num. 1.*

6. *De quibus clericis hæc intelligantur.*

7. *An de clericis tantum, in sacris constitutis. ibid.*

8. *Quid de beneficiatis, qui in sacris non sunt constituti.*

9. *Quid de Religiosis, sacris Ordinibus non initiatis.*

10. *Clerici in minoribus, etiam beneficiati, & coniugati mercaturam exercentes, quod privilegium amittant.*

11. *An de iure Lusitano, clerici beneficiati eximantur à gabellis, & quomodo.*

12. *An clerici mercaturam, causa negotiationis, exercentes, antequam ter à suis Prælati admonentur, privilegium clericale amittant.*

13. *An sufficiat una admonitio pro trina, & virtute triplex? ibid.*

14. *An necessario facienda sit admonitio à suo Prælati, an sufficiat ab alio?*

15. *An clerici, siue in sacris, siue in minoribus, beneficiati, vel non beneficiati, negotiationem exercentes ante hanc trinam admonitionem, teneantur ad gabellam.*

Refertur prima opinio, affirmans.

Quid significet verbum illud, exercentes. ibid.

16. *An qui semel, bis, aut ter negotiati sunt instar laicorum, ad gabellam teneantur, si respiciantur.*

17. *Refertur secunda opinio, negans, & n. 16.*

18. *In quibus rebus sint clerici iure diuino exempti, & in quibus, iure tantum humano, civili, & canonico.*

19. *Præfertur, & explicatur tertia opinio duas præcedentes concilians.*

An clerici ter admoniti à suo Prælati, ut à negotiatione lucrosa desistant, privilegium clericale eo ipso amittant, si non emendantur. ibid.

Et quid, nomine privilegij clericalis, intelligatur, an canonis, an fori. ibid. à vers. statuitur etiam, usque ad versum, conspirant, & ab hoc num. 18. usque ad num. 20.

20. *An clerici, qui privilegium clericale amiserunt, possint illud iterum recuperare, si respuerint.*

21. *Qui auctores tractent, quando, & in quibus rebus, clerici dicantur negotiari.*

22. *Non est negotiari, vendere eas res, quæ sibi ex sua, suæque familie sustentatione supersunt ex fructibus suorum beneficiorum, aut bonorum patrimonialium.*

Clerici, quando res emant ad suam propriam sustentationem, coguntur id iurare, & coram quo iudice faciendum sit iuramentum? ibid.

23. *An clerici teneantur solvere talcas, gabellas, & inductiones positas pro primo ingressu Regis in aliquam urbem; an Principes seculares possint præcipere, ut clerici contribuant pro reparatione pontium, fontium, murorum urbis; & an, pro necessitate pestis.*

24. *An possint augere pretium vini, & carniarum promiscuè pro clericis, & laicis, & n. 26.*

QUÆ personæ emere, & vendere possint, & contractus celebrare licite, & valide; an minores, pupilli, an prodigi, an filii familias, an furiosi, & similes aliæ personæ laicæ; satis diximus *lib. 1. de contractibus in genere, à cap. 11. & deinceps.* Hic autem solum agemus de personis Ecclesiasticis, & de nonnullis aliis personis, de quibus agit nostrum ius Lusitanum in nouis ordinat. *lib. 4. tit. 15. in veteribus, lib. 4. tit. 38. & 39.* Inquirimus ergo hic, quomodo Clericis, & Religiosis licita, vel illicita sit emptio, & venditio, valida, vel inualida; & quæ pœna illis in iure statuantur, quando illi per se, vel per alios, negotiationem

- gortiationem exercent : qua de re, sit prima conclusio,
2. Emptio, & venditio, negotiatio, & mercatura merè lucrativa, qua aliquid emitur, vt inmutatum carius, vel in eodem tempore, vel in alio vendatur, est Clericis, & Religiosis moraliter illicita, & prohibita; idem de conductione agrorum, & prædiorum, causa lucri, & auaritiæ, non causa sustentationis; moraliter, inquam, illicita, si per se hæc exercent, non per alios; non tamen sunt inuvalidæ, sed validæ huiusmodi venditiones, & conductiones. Hæc conclusio est communissima omnium Doctorum. De emptione, & venditione, causa lucri, patet expressè ex cap. consequens, dist. 88. ibi, *Ab indignis posthac quæstibus nonerunt abstinere, & ex cap. fornicati, eod. tit. & ex cap. negotiatorem, ibid., & ex cap. vlt. de vita, & honest. Clericor. Clementina 1. eodem tit. & cap. 1. ne Clerici, vel Monachi;* vbi additur, Religiosos esse grauius panitendos: docet Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 1. Molina tom. 2. tract. 2. disp. 342. Archiepiscopus Bracharenlis 1. part. Decreti. dist. 88. ad cap. consequens, num. 1. pag. 763. Benuenutus tract. de mercatur. cap. 3. num. 4. Abbas Clement. 1. de vita, & honest. Clericorum, num. 10. Bert. in tract. de gabella, iustio 3. part. Francus in cap. quanquam, in fine, de censib. lib. 6. Cardinalis Zabarella Clementina 1. de vita, & honest. Clericorum. Syluester verb. Clericus 3. num. 1.
3. De conductione, auaritiæ, & lucri similiter causa, non causa sustentationis competentis, patet ex cap. peruenit, dist. 86. cap. 1. & 2. q. 21. cap. 1. ne clericus, vel monachus, quibus capitibus, & præcipue in cap. peruenit, dicitur Episcopos, Clericos, & Monachos licitè facere, si has conductiones ad propriam sustentationem faciant; ergo illicitè, si lucri causa faciant. Quare in illis solum prohibentur huiusmodi conductiones, ob lucrum, auaritiã, & negotiationem: ita docet Capua 2. part. lib. 2. de iustion. aurearum. Salzedo in pract. criminali. cap. 15. in glossa prohibitum: Archiepiscopus Bracharenlis 1. part. Decreti. dist. 86. pag. 748. num. 1. Francus cap. quanquam, de censibus, lib. 6. num. 4. & 5. Dominicus ibi. num. 10. Lasarte de decima vend. cap. 19. num. 5. Gironda de gabellis. part. 7. num. 31. Molina tom. 1. de iust. disp. 342. §. secundum est. Cabedo 2. part. decisionum. arto 45. Cenedo collect. 37. n. 2. ad Decretum Ceuallos in tract. de cognit. per viam violentia. quæst. 64. num. 21. Berellus in summa omnium decisionum. tit. 7. de Clericis, a num. 68. Riccius in pract. Neapolitana, decis. 375. Soto lib. 6. de iust. & iure. q. 2. art. 2.
4. Dixi, moraliter illicita, quia pœna statuta Clericis, & Monachis, has negotiationes, & conductiones, lucri causa, exercentibus, est pœna excommunicationis, vt patet ex cap. 2. ne Clerici, vel Monachi; non tamen hæc excommunicatio est latæ sententiæ, sed ferendæ; vt docet Molina statim allegandus, & Lessius statim similiter inducendus, cum communi Doctorum. Est etiam pœna suspensionis, & depositionis, vt patet ex cap. consequens, dist. 88. in 1. p. Decreti, & ex cap. penult. dist. 91. & cap. sed nec. ne Clerici, vel Monachi; at neque etiam hæc pœna suspensionis, ac depositionis est latæ sententiæ, sed ferendæ, vt probat Molina dist. tom. 2. de iust. disp. 342. §. pœna autem, docetque Archiepiscopus Bracharenlis dicta 1. part. Decreti, pag. 763. num. 2. ad cap. consequens. Lessius tom. 1. de iustis. lib. 2. cap. 11. dub. 1. num. 4. Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quæst. vlt. sect. 2. num. 4. & facillè apparebit legentibus huiusmodi textum: vnde, cum

Fagundes de Iustitia, &c.

tam graues, & seueræ pœnæ non ponantur in iure, nisi pro mortalibus peccatis, & grauissimis culpis, sequitur, illicitum esse sub mortali, his personis, huiusmodi negotiationis genus, vt præter Molinam, docet Conradus, Medina, Nauarrus, Syluester, Angelus, ab eo allegati, loco modo inducto; docet etiam Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 1. & facit Concilium Tridentinum sess. 22. de Reformatione. cap. 1. vbi innouat in hac re, pœnas, & iuxta antiqua, Episcopisque præcipit, vt pœnis illorum, atque aliis de nouo ad arbitrium illorum, additis, Clericos in hoc negotio compescant, ac coercant; qua de re latè Pereira de manu regia. 2. part. cap. 24. num. 24. vers. Quimmò. Ratio verò, ob quam Ecclesia id tam seuerè prohibeat, est, quia valdè indecens est, & indignum Ecclesiasticis personis, se huiusmodi negotiationibus immiscere, & turpibus luctis captandis incumbere; clamante Apostolo 1. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus.* Tum, quia mirè occupant animum, auocantque à diuinis, & spiritualibus rebus, quibus, ex professione vitæ, personæ Ecclesiasticæ sunt dicatæ; tum, quia plena est hæc negotiatio, periculis conscientia, fraudibus, periuriis, & iniustitiis.

Dixi, inmutatum, quia dubium est inter auctores, an Clerici ementes lanam, vt per suos famulos, vel per homines ad id pretio conductos, pannos efficiant, vt postea vendant, mortaliter peccent; & an de tali modo lucrandi, ad gabellas teneantur; de qua re dicemus infra num. 25. Dixi, per se ipsos, quia per alios id efficere, non erit saltem peccatum mortiferum, vt patebit cap. seq. num. 1. vt docet Molina tom. 2. de iust. disp. 342. §. pœna autem, & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 1. num. 6. §. Quarta. Medina C. de rest. quæst. 30. causa 2. vnde non bene dixit Caietanus in summa verb. Clericus, eos non peccare mortaliter, sed venialiter, per se ipsos hæc exercendo, in quo fallitur, nisi de Clericis minoribus, vt videbimus infra, loquatur.

Inquires ergo, de quibus Clericis intelligantur hæc pœnæ? Respondeo, intelligi solum de Clericis in sacris constitutis, non verò in minoribus; Clericis enim in minoribus constitutis, non habentibus beneficium, huiusmodi negotiationes, & conductiones merè lucrativæ non sunt prohibita. ita Conrad. de contract. quæst. 52. conclus. 6. Molina tom. 2. disp. 342. §. pœna autem. Medina de rest. q. 30. art. 2. ad finem. Angelus verb. Clericus 9. num. 3. Abbas in cap. secundum instituta, & cap. sed neque, ne Clerici, vel Monachi, Albert. de perfecto Clerico, lib. 2. cap. 52. num. 6. Salzedo in pract. cap. 55. verb. Prohibitum, vers. & ex pœna, Archiepiscopus Bracharenlis 1. part. Decreti. pag. 748. num. 3. ad cap. peruenit. & pag. 764. ad cap. consequens. n. etiam. 3. Nauarrus in summa Lat. cap. 25. num. 10. Salon. 2. 2. quæst. 77. art. 4. controuers. 4. Salas de contract. tract. 1. dub. 2. num. 5. Ratio est, (quam affert Molina,) quia Clerici in minoribus licitè, & impunè possunt seculares fieri, & laicato, & per huiusmodi negotiationes lucrosas, censentur de facto statum Ecclesiasticum deseruisse, vnde mortaliter non peccabunt, si hanc mercaturam exercent; nec refert, quod iterum possint redire ad statum Ecclesiasticum, quia id etiam illis licitum est, & mutare statum in melius, facto, & animo, non est peccatum, nec res illicita.

De beneficiariis, qui in sacris non sunt constituti, dubitat Syluester verb. Cleric. 3. quæst. 3. inclinatur tamen Molina citatus prædicto §. pœna autem; illos

H h 3 non

non peccare lethaliter, si hæc, lucri causa, exerceant, ratione præcisè status, & beneficij; inclinatur etiam Archiepiscopus Bracharensis *dist. num. 3. pag. 764.* Conrad. Medina, & Angelus *num. precedenti* inducti; & ratio est eadem, quia scilicet, hi etiam laicare possunt, & relicto beneficio, ad statum sæcularem redire licitè, & impunè; quamvis Rebellus *de obligationib. iust. 2. part. lib. 9. quest. colim. sect. 2. num. 8.* in ea opinione sit, ut huiusmodi Clerici beneficiarij in minoribus constituti, mortaliter ferè peccent, hæc exercendo; maximè, si beneficium sit alicuius momenti: sed immeritò, & ad summam peccabunt mortiferè, ratione avaritiæ, & fraudis, si quam committant, non tamen ratione ordinis, & status clericalis, cum illum licitè relinquere, & laicare possint.

8. De Religiosis, affirmant ferè omnes, mortiferè peccare, etiam si in sacris non sint constituti. ita Lessius *tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 2. dub. 1. num. 4.* & adverte etiam Medina *C. de rest. quest. 30. causa 2.* Sylvester *dist. quest. 3.* Conrad. *num. antecedenti* allegatus, Angelus *ibid.* etiam citatus, & Molina quoque inductus; & patet ex *cap. 1. ne clerici, vel monachi, de vita, & honest. clericorum.* ubi additur, Monachos gravius esse puniendos, quia gravius peccant. Religiosi enim ad sæculum redire non possunt post professionem, nec statum deserere, & ratione status, divinis rebus magis sunt addicti, & per huiusmodi mercaturas, & negotiationes, à Deo magis auocantur.

9. Amittunt tamen (de iure communi loquendo) Clerici in minoribus, tam beneficiati, quam non beneficiati, & Clerici coniugati, mercaturam, & negotiationem exercentes, lucri causa, privilegium immunitatis, & exemptionis, quoad gabellam circa merces, in quibus negotiantur; & quoad alia omnia, veluti quoad taleas, indictionesque, quæ sæcularibus imponuntur. ita docet Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 46. num. 16.* ubi loquitur speciatim de Clericis coniugatis, glossa in *cap. unic. de clericis coniugatis*, in 6. Covarruuias *quest. pract. cap. 31. num. 9.* Azor *tom. 3. instit. moral. cap. ult. quest. finali.* Beneuentus loquens de omnibus Clericis in minoribus constitutis, absolutè, *tract. 3. de mercatura, part. 3. num. 8 & 9.* Cardinalis, Alber. Francus. Geminian. Paulus de Castro, & alij, quos Beneuentus allegat. Molina *tom. 2. de iust. disp. 342.* Paulus Comitols *lib. 1. resp. moral. quest. 53.* Archiepiscopus Bracharensis *1. part. decreti pag. 764. colum. 1. num. 4.*

10. Dixi, de iure communi loquendo, quia de iure Lusitano *lib. 4. noua ord. tit. 16.* Clerici in minoribus, si sint beneficiati, & habitum gestent, ut Clerici, eximuntur à gabellis, & portagijs, & ab omni tributo omnium rerum, non solum, quas emerint, & vendiderint ad suam, suæque familiæ sustentationem, sed etiam omnium rerum, quas ex fructibus sui beneficij vendiderint, quia hoc non est negotiari, sed est vendere id, quod de sua sustentatione superest.

11. Statuitur etiam in iure canonico, in *cap. literis, de vita, & honest. clericorum*, ut, si negotiantes Clerici, & mercaturam exercentes, ter admoniti à suo Prælato, non destiterint, eo ipso privilegium clericale amittant. Vbi notabis verbum illud, *ter admoniti*; non sufficit ergo vna admonitio pro triplici, & quæ sit triplex, sed necesse est, ut sit triplex, quia ius expressè requirit trinam, ita Ancharranus in *hoc cap. ex literis, num. 1.* Cæpolla *consil. 111. Fulgositius consil. 52.* Alexand. *consil. 8. vol. 1.* Sylvester *verb. excommunic. 6. num. 6. & verb. clericus 3. num. 3.*

Tolet. in *summ. lib. 1. cap. 33. §. nonus.* Soares *tom. 5. de censuris, disp. 22. sect. 1. num. 1.* Molina *tom. 3. de iust. tract. 3. disp. 54.* Panormitanus in *cap. ex literis*, citato, Tabiena *verb. excommunicat. 5. num. 24.* Nauarrus in *summ. cap. 27. num. 81.* Paulus Comitols *lib. 1. resp. moral. quest. 53. glossa in Clement. 1. de vita, & honest. clericorum, & alij.* Solus Rosella *verb. excommunicat. 2. num. 3.* & Angelus *verb. clericus 9. num. 3.* & Supplementum, quod nominatur à Sylvestro, existimant, plus vnam, quæ instat sit etiam, non esse necessariam; sed falluntur, quia ius, ut diximus, trinam expressè requirit.

Notabis etiam, in dicto *cap. ex literis, de vita, & honest. clericorum*, in *verb. à suo Prælato*, hanc monitionem fieri non posse ab alieno Prælato, vel Episcopo, & si fiat, non valere, quia non est Prælati sui, sed extranei: extraneus autem Prælati in extraneas omnes iurisdictionem non habet, ac perinde esse, ac si Prælati illarum non esset; docent communiter Doctores, ita docent Molina, Toletus, Sylvester, & Soares allegati; requiritur igitur, ut hæc admonitio fiat à Prælato suo, non ab alio, non suo; non requiritur tamen, ut fiat in particulari, sed sufficit, quod fiat generaliter per edictum generale Episcopi, quo præcipiat, ut omnes Clerici ab huiusmodi negotiationibus, & mercaturis abstineant, iuxta Doctores modò relatos.

Dubium tamen est, an Clerici, tam in minoribus, quam in sacris constituti, tam beneficiati, quam non beneficiati, statim, ac luctuosum quæstum exercent, ante hanc trinam admonitionem, gabellas, & tributa solvere teneantur Principibus sæcularibus, & possint Principes, & illorum Magistratus in ea negotiatione iurisdictionem habentes, eas ab illis, instar laicorum, exigere? Qua de re, tripartitò accipitur opinio.

Prima affirmat. ita Malderus *2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 9.* Portel. in *dubijs regularibus, verb. tributum, num. 5.* Ioannes de Hevia *tract. de com. lib. 1. cap. 14. num. 10.* Prosper de Augustino in *additionibus ad Quarantam, verb. vectigal.* Turrianus *tom. 2. in 2. 2. disp. 44. dub. 4. num. 12.* Fundamentum illorum, est, quia nec Principes sæculares censentur eis hoc privilegium, & hanc exemptionem, & immunitatem gabellarum concedere; nec summus Pontifex, nec illi digni sunt, ut tunc eis tale exemptionis privilegium concedatur. Quare, ubi primùm incipiunt hanc luctuosam mercaturam, & ferè dum, ac turpem, relictu illorum, quæstum exercere, ad gabellas, indictiones, taleas, & tributa, instar aliorum laicorum, in conscientia tenentur, & hanc opinionem tenet etiam Reinosus *observat. 1. n. 11.* Abbas in *cap. ex literis, de vita, & honestate clericorum.* Bettachinus *de gabellis, 3. part. num. 4.* Baldus in *sua margarita, verb. clericus, vers. 17.*

Notabis verò, in hac opinione, illud verbum, *exercere*, aliquam continuationem in his negotiationibus indicare. Vnde, qui semel tantum, bis, aut ter negotiatur, sine animo continuandi, non dicitur hanc negotiationem exercere, nec statim in conscientia obligandus erit ad tributa, & gabellas, si respiscant: nam, ut doctè animaduertit Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 91. num. 32.* post Dominicum in *cap. 1. de vita, & honest. clericorum, in 6. num. 8.* Molina *de iust. tract. 1. disp. 342. vers. secundum* ea differentia est inter verbalia significantia officium, & artem quale est officium, & ars negotiandi, & inter verbalia importantia delictum, ut latrocinium, homicidium, raptum, furtum, &c. quod illa exercitum petant; ista non petant: nam vnus actus tantum furandi, sufficit, ut quis latro dicatur;

12.

13.

14.

tur; vnum homicidium, vt quis homicida appelletur; vnus raptus, vt quis raptor nominetur, & sit. Vt verò quis nominetur, & sit citharcedus, non sufficit vnus, nec duo, nec tres actus citharizandi, nec, vt sit artifex, sufficit vnus, nec duo actus facti in ea arte; & ideo, vt quis sit, & nominetur negotiator, non sufficit vnus, nec duo, nec tres actus negotiandi; in arte negotiationis facti, quia vnica negotiatio, nec bina, nec terna non faciunt, nec constituunt simpliciter Clericum negotiatorem, sine animo continuandi negotiationem. Quare in hac opinione, quæ est valde probabilis, videtur excusandus Clericus, vel Monachus à solutione gabellæ, qui vna tantum vice, bis, vel ter negotiatus est, si resipiscat, & in meliorem frugem se recipiat. Præterea, hoc est veluti quædam pœna, quæ exercitium in mercatura requirit; quare in hac opinione, hæc sequela videtur admittenda.

15. Secunda opinio docet, huiusmodi Clericos, & Monachos negotiatores, non teneri in conscientia ad gabellas, nec amittere priuilegium exemptionis illarum, etiam si mercaturæ officium exercent, nisi fuerint prius ter admoniti, vt desistant à tali negotiatione. hanc tenet Lud. Lopez 2. p. *instrukt. c. 41.* Sousa in *Bulla Cœna. cap. 19. d. ff. 93. n. 3. in fine.* Rodriguez in *summa, tom. 2. cap. 75. num. 1.* Petrus Ledesma *tom. 2. tract. 17. cap. 2. conclus. 17.* vbi hoc probat ex autoritate *cap. ex literis. de vita, & honest. Cleric.* Molfesius in *summa, tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 173.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 1. cap. 33. dub. 3. num. 23.* Ioannes de la Cruz in *direct. conf. part. 1. præcept. 7. quest. 7. art. 3. dub. 1. conclus. 1.* Reginald. *tom. 1. lib. 9. cap. 25. num. 739 in fine.* Beneuentus *tract. de mercatura. part. 3. num. 8. & 9.* Imola, & Panormitanus in *cap. ultimo. de vita, & honest. Clericor.* addunt, nec de ipsis etiam rebus, in quibus negotiantur, teneri ad gabellas ante trinam admonitionem. Salas *de contract. tract. 1. dub. 2. num. 5.* Salzedo in *pract. cap. 55. vers. sed ante hoc.* Cevallos *com. contr. comm. q. 8. o. num. 20.* Carolus Grassis *de effectibus Cleric. effect. 3. num. 184.* Archiepiscopus Bracharensis *1. part. Decret. pag. 764. num. 5. col. 1. ad cap. consequens 2.* Ratio illorum esse debet, quia hoc priuilegium exemptionis tributorum, & onerum, concessum personis Ecclesiasticis, est illis concessum, tam à Principibus sæcularibus, quam à summis Pontificibus, absolute, & sine vlla conditione tacita, vel expressa, ratione status Ecclesiastici, quem habent; atqui huiusmodi personæ Ecclesiasticæ per negotiationem mercaturæ lucrosæ, quam exercent, non desunt esse Ecclesiasticæ; ergo per hanc mercaturam, ante prædictam admonitionem, non admittunt priuilegium exemptionis gabellarum.

16. Re vera hæc ratio multum probat, si vera est; probat enim etiam, nec post trinam admonitionem, ad solutionem gabellarum teneri, cum adhuc maneant personæ Ecclesiasticæ, & retineant statum, propter quem Principes eos fecerunt exemptos. Præterea, videtur tacite inuolueri illam celebrem quæstionem, vtrum personæ Ecclesiasticæ, & illarum bona sint de iure diuino exempta à legibus, & iurisdictione Principum sæcularium.

17. Vt ergo verum fundamentum huius opinionis statuamus, procedendum nobis est in hac materia, cum illa distinctione, qua vtitur Conarruias *lib. 1. pract. cap. 31. num. 4.* nimirum, vel considerando in personis Ecclesiasticis, & Clericis, ea, quæ sunt diuina, spiritualia, & merè Ecclesiastica, vt quæ attinent ad administrationem Sacramentorum, ad sa-

crorum Ordinum vsum, ad immunitatem, & iurisdictionem personarum Ecclesiasticarum, ad excommunicationem, absolutionem, & impositionem, ad prædicationem sanæ doctrinæ, & verbi Dei, ad iura decimarum; & in his, & delictis, ac criminibus, quæ circa hæc contingunt, esse diuino iure exemptos, si in his non essent iure diuino exempti, sed beneficio Principum sæcularium, sequeretur, habere Principes sæculares potestatem spirituales, & Ecclesiasticam in res, & personas Ecclesiasticas, & spirituales, quod falsissimum est, & erroneum in fide, vt docet Innocentius in *cap. 2. de maioritate, & obed.* & est communis apud Canonici iuris interpretes, & præter eos, id probat eleganter Soares *de defensione Fidei, lib. 3. cap. 11. à num. 5.* quem vide.

Vel considerando in illis ea, quæ sunt merè temporalia, vt & exemptio à tributis, & gabellis, ab oneribus temporalibus inferuendi Reipublicæ tempore belli, & taleis, & indictionibus publicis, & in his, & criminibus eorum exemptos esse iure tantum humano, civili, & Canonico: nam cum potestas Ecclesiastica, quæ circa diuina, & spiritualia versatur, ab ipso Christo Domino, Apostolis, & eorum successoribus Episcopis, in lege Evangelicæ, sit diuinitus, & supernaliter instituta, vt diuina Sacramenta à solo Christo, & diuinum, ac sacrosanctum Missæ sacrificium; Cæremoniæ verò Ecclesiasticæ, & modus hæc administrandi, ab Apostolis, & ab Ecclesia, ex commissione Christi; consequens erat, vt personæ Ecclesiasticæ, quibus hæc, quoad dispensationem, & administrationem, commendata erant, & in criminibus eorum iure diuino fuerint exemptæ: in aliis verò merè temporalibus, & in criminibus eorum, iure tantum humano eximerentur.

Non est igitur credendum, quod Imperatores, & Principes sæculares, & summi Pontifices voluissent Clericos, & Monachos, personasque Ecclesiasticas mercaturam exercentes indignam illorum statu, à solutione gabellarum, post trinam admonitionem, eximere, si non resipiscant, & hoc est fundamentum huius opinionis, vt videbimus statim *num. 18. sequenti*, per Doctores ibi allegatos.

18. Tertia opinio distinguit, & ait, Clericos, & Monachos, personasque Ecclesiasticas, negotiationem, velut laicos, exercentes, quantum ad solutionem tributorum, & gabellarum, de rebus, in quibus negotiantur, statim, hæc negotiationem incipiunt exercere, teneri in conscientia, gabellas, ac tributa soluere, ante vllam admonitionem, & sic ministros sæculares, ea ab illis postulantes, nullam incurrere excommunicationem, quia nec summus Pontifex, nec Principes sæculares eos vnquam in hoc casu eximere intenderunt, neque Ecclesia eos in eo protegit, imò hoc illis vetat, & prohibet, vt constat ex *Clement. 1. de cons. vbi* excommunicantur illi, qui tributa ab Ecclesiasticis exigunt; & statim additur, *de rebus, quas non negociandi causa, vendunt*, quasi diceret, quia de his possunt ab illis exigi, & illi tenentur soluere. Et in hoc sensu, ait hæc opinio, procedere primam opinionem *num. 13. positam*, quæ ait, exceptis rebus, in quibus negotiantur, quantum ad omnia alia bona sua, & personas, non amittere priuilegium exemptionis, nisi post trinam admonitionem desistere nolint. In hoc autem sensu, existimat, procedere opinionem secundam, & ita conciliat hæc tertia opinio, primam, & secundam opinionem. hanc cum hac distinctione tenet Molina *tom. 2. de iustitia.*

disp. 342. & tom. 1. disp. 147. conclus. 5. Greg. Lopez ad leg. 49. tit. 6. par. 1. Duardus in Bulla Cœna Domini, lib. 2. cap. 18. quæst. 8. num. 9. Alterius de censuris tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 6. quæst. 3. fol. 743. col. 1. tenet etiam Archiepiscopus Bracharenfis in 1. part. Decreti, pag. 764. col. 1. n. 5. ad cap. consequens, dist. 88. Gutierrez de gabellis, lib. 7. quæst. 94. per totam. Et ex his opinionibus, hanc iudico probabiliorem. Fateor tamen, omnes alias esse valde probabiles.

Statuitur etiam in prædicto cap. ex literis, de vita, & honest. Clericorum, ut si Clerici negotiantes ter admoniti à suo Prælato, à negotiatione non destiterint, privilegium clericale amittant. Quid autem nomine privilegij clericalis, intelligatur, variant auctores, & partitam etiam tripliciter inuenio opinionem.

Prima docet, nomine privilegij clericalis, intelligi solum privilegium, quoad exemptionem aliorum onerum, & tributorum, quibus sunt exempti; & asserit, non intelligi privilegium fori, nec privilegium canonis, manereque proinde excommunicatos per canonem, si quis suadente Diabolo, eos, qui huiusmodi Clericos negotiatores, qui ter admoniti non respiciunt, percussent. Et similiter non posse illos conveniri coram foro seculari in aliis causis, in quibus sunt exempti, nisi solum in causis dependentibus à tributis, & gabellis debitis, pro rebus tantum, in quibus lucrosam negotiationem exercent. hanc opinionem docet Molina tom. 2. de iust. disp. 342. §. clericus item. Ancharanus in cap. ex literis, de vita, & honest. clericorum, num. 1. Ioannes Andreas citatus ab Ancharrano ibid. Syluest. verb. clericus 3. quæst. 3. Angelus verb. clericus. Archiepiscopus Bracharenfis in 1. part. Decreti, pag. 765. col. 1. num. 9. Paul. Comitulus lib. 1. resp. moral. quæst. 53. Ratio illorum est, quia sumus in materia penali, quæ non est extendenda, sed restringenda; ita ut verificetur tantum pœna in materia, de qua agitur, & quam lex pœnalis punire intendit, iuxta regulam communem, *Favores sunt ampliandi, & pœna restringenda.*

19. Secunda opinio nomine privilegij clericalis, docet, intelligi omne privilegium clericale, non solum quoad exemptionem tributorum, talarum, & indictionum; sed etiam privilegium canonis, & fori: ita Toletus in summ. lib. 1. cap. 33. §. septimū, Syluester sibi contrarius verb. excommunicatio 6. nam. 6. versic. 5. Nauacrus in summ. Latin. cap. 27. num. 80. Veruecna, Hostiensis, summa Pisana, citati à Syluestro, sed loca non indicat. Baldus in additionibus ad Specul. in tit. de reo, vers. scholaris clericus, ubi loquens de privilegio foro, ait, privilegium fori perdere huiusmodi Clericos negotiatores, si ter admoniti non respuerint, conveniendosque esse coram iudicibus laicis, & consulibus mercatorum; quantum ad negotiationem attinet, citatque l. 2. C. de Episcop. & Clericis, & l. qui sub prætextu, C. de sa. ros. Eccles. cap. finale, de vita, & honest. cleric. & l. finale, C. de iurisdic. omnium iudic. Paul. de Castro in dicta leg. finali: ubi hanc rationem reddit, quoniam non convenitur ut clericus, sed ut laicus mercator, & ideo se ad Episcopum suam remitti, petere non potest; sed hæc ratio probat etiam ante trinam admonitionem posse conveniri hæc de re coram iudice laico, quoniam non convenitur ut Clericus, sed ut laicus mercator, negotiationem exercent. Hostiensis in cap. ult. de vita, & honest. clericorum, quem refert Paulus Comitulus dict. lib. 1. resp. moral. quæst. 53. Benevenut. tract. de mercatura, part. 3. n. 8. & 9. Gabriel Pereira cap. 38.

num. 5. ubi omni privilegio, tam fori, quàm canonis, præfatum clericum mercaturam exercentem priuat. Ratio, ac fundamentum huius opinionis est, quia in dict. cap. ex literis, de vita, & honest. clericor. huiusmodi Clerici absolute priuantur privilegio clericali, & hæc absoluta, & indefinita propositio æquipollet vniuersali, & perinde est, ac dicere, omni privilegio clericali; quare, cum vtrumque privilegium canonis, & fori, privilegium sit clericale, vtrumque amittent, nisi emendentur, & in meliorem frugem recipiantur.

Tertia opinio docet, non privari illos privilegio fori, & canonis, si post trinam admonitionem non respiciant, quando negotiantur cum habitu, & tonsura; privari verò, si negotientur sine habitu, & tonsura. hanc tenet Ioannes Andreas, Imola, & Panormitanus in cap. ult. de vita, & honest. clericorum. Hæc quasi coheret primæ, quam, rebus bene consideratis, iudico magis tutam, & in iudicio conscientie securam, & ideo illi adhæreo.

Conspirant tamen omnes Doctores harum opinionum, quoties postea huiusmodi Clerici à negotiatione respiciunt, & in meliorem frugem recipiunt, iterum gaudere omnibus privilegiis clericalibus, quia ea tantum perdunt, dum negotiationibus implicantur, quia hæc pœna imponitur propter delictum, dum durat, & delictum est causa illius; quare, cessante causa delicti, cessat effectus pœnæ. ita speciatim Ancharanus in dict. cap. ex literis, de vita, & honest. clericorum, num. 6. Innocentius, Panormitan. Ioannes Andreas, Hostiensis, Imola, & glossa in cap. ultim. de vita, & honest. clericor. incipit, Ex literis; & omnes etiam citati ab Archiepiscopo Brachar. in 1. part. Decreti, dist. 88. pag. 765. initio. num. 10. & ipse Archiepiscopus ibid. Molina tom. 2. de iust. disp. 342. Toletus supra allegatus; itaque omnes ferè citati pro opinionibus relatis.

Quando autem Clerici, vel Monachi dicantur lucrosè, & mercatiuè negotiari, & conductiones, causa lucri, facere, tractat egregiè Molina tom. 2. de iust. disp. 342. §. secundum est. Cabedo 2. part. decisionum, ar. 45. Sotus lib. 6. de iust. & iure, quæst. 2. art. 2. Camillus Bertellus in summa omnium decisionum, tit. 7. de clericis, à num. 68. Riccius in practica Ecclesiastica Neapolitana, decis. 375. Ord. Lusitana lib. 2. tit. 21.

In primis non est negotiari, vendere eas res, quæ sibi ex sua, suæque familie sustentatione, ex fructibus suorum beneficiorum, bonorumque patrimonialium, superflunt; neque etiam est negotiari, emere, vendere, & conducere agros, vineas, & prædia, domosque, & loca, ad suam, suæque familie sustentationem, & habitationem; ac proinde ex hoc nulla debetur gabella, aut tributum. ita habetur in nostris ordination. nouis lib. 2. tit. 11. num. 4. & 5. quia hæc, & alia similia necessaria sunt ad sustentationem vitæ: coguntur tamen, ex vi iuris Lusitani citati, Clerici, & personæ Ecclesiasticæ, iurare eorū ministris secularibus, ad quos pertinent harum rerum expeditiones, an res, quas emunt, aut conducunt, sint ad proprias necessitates, & necessariæ ad alimentum familie. Dubitant tamen multi de iustitia huius legis Lusitanæ, quatenus, obligat Ecclesiasticas personas iuramentum præstare coram ministris laicis, an res, quas conducunt, & vendunt, quasque terra, marique asportari iubent, sint ad suas proprias, suæque familie necessitates subleuandas; putantque, hanc legem Lusitanam offendere libertatem, & exemptionem personarum Ecclesiasticarum. Nam quamvis, iuxta

factos

sacros Canones, teneantur huiusmodi persona iurare, præfatas res esse ad proprias necessitates domus, & familie, eleuandas, iuxta communem Doctorum, quam tenet Vallascus *tom. 1. consulti. 131.* Farinacius *in præxi crimin. quest. 172. num. 39.* & alij; tamen iuramentum hoc præstandum est coram iudice, apud quem iuridicè probandum est, an sit verum, id, quod iuramento affirmatur; cum verò iudex Ecclesiasticus, respectu personarum Ecclesiasticarum, sit legitimus huius rei iudex, ratione exemptionis suæ, apud illum faciendum est hoc iuramentum, non apud iudicem sæcularem, vt resolut Paulus Squillante *de priuileg. Clericorum. cap. 8. dub. 1. num. 33.* Lopus *in Clement. 1. de censibus. Cardinalis ibi, quest. 6. & 7. Imola ibi, num. 11. Bonifacius ibi, num. 74.* qui ad hoc considerant, & expendunt textum prædictæ Clementinæ: & hoc confirmant hac ratione, quia iuxta dispositionem legis, *quingenta, in fine, ff. de probationib.* probationes faciendæ sunt coram illo, qui est iudex causæ agitæ: in hac autem causa, an debeantur Regia tributa, & gabellæ harum rerum, à personis Ecclesiasticis, ante trinam admonitionem, nec ne; iudex sæcularis non est legitimus iudex, sed Ecclesiasticus, vt docent Cardinalis *in Clement. præsent. de censibus. quest. 6.* Salzedo *in præct. cap. 55. vers. Erit tamen hæc gabella.* Baldus *in l. de his. C. de Episcop. & Clericis.* Abbas *in cap. qualiter, & quando, de iudicijs. in fine.* Petrus Iacobinus *in tit. de duello. col. 5. vers. quidam.* Marianus Socinus *in cap. sanè. de foro comperenti. col. 6. declarat. 9.* Bertachinus *in tract. de gabellis. part. 7. quest. 7. col. 5. vers. Nec prætereo.* Ferratus *tract. de gabellis. num. 433.* Rolandus à Valle *conf. 75. num. 25. colum. 4.* Sequitur, vt coram illo præstandum sit hoc iuramentum. Licet Molina *disto. 2. de iust. disp. 342. §. sunt verò. & tomo 3. disp. 54.* Syluester *verb. excomm. 6. num. 6. vers. 5.* Tiraquellus *lib. 1. de retract. cap. 32. glossa 1. num. 81.* Aufserius *Clement. 1. de officio ordinarij, fallentia 4. reg. 2.* Gregorius Lopez *in l. 5. tit. 7. partita 5. in verb. Clerigo.* Mexia *taxa panis. conclus. 3. num. 23.* existiment, non solum post trinam admonitionem, si non respiciant, litem hanc tractandam esse coram iudice sæculari, (de quo non dubitant etiam hætenus citati pro nostra opinione,) sed etiam ante illam, quod se vera non videatur dicendum, propter excommunicationem Bullæ Cænz excommunicantis iudices sæculares trahentes ad sua tribunalia, personas exemptas Ecclesiasticas: personæ autem Ecclesiasticæ, & illorum bona sæcularia, tam patrimonialia, quam alia ab illis empta, & acquisita ad illorum sustentationem, sunt exempta à tributis, & gabellis, taleis, & indictionibus, vt patet ex *cap. quia nonnulli, de immunitatib. Ecclesiast. cap. quauquam, de censib. & ex Concil. Trident. sess. 22. cap. 22. de Reformatione, l. placet. C. de sacros. Eccles.* Quare, cum tam personæ Ecclesiasticæ, quam bona illorum exempta sint, & habeant iudices sæculares Ecclesiasticos, coram quibus conueniri possint; sequitur, vt in hoc casu faciendæ sit probatio, & præstandum hoc iuramentum apud illos, siquidem apud illos, de iure agitanda est lis, & contentio hæc, an de his rebus, quæ ad suam sustentationem sunt necessariae, debeant gabellas, & an hæc res sint ad illam necessariae.

24. Hinc venit omnino reiciendus Paponius *lib. 5. tit. 11. quest. 15.* asserens, teneri Ecclesiasticas personas soluere indictiones, seu gabellas positas pro primo ingressu Regis in urbem; vbi ait, sic iudi-

catum fuisse in Curia Parisiensi, mense Aprilis, anno Domini 1595. aduersus Clerum Tercensem, qui reiectus fuit ab oppositione, & exceptione, quam aduersus collectionem indictionis factæ ab incolis Trecensis vrbs, proposuerat, cum Henricus quartus eam urbem solenniter ingrederetur anno 1595. decretumque fuit in prædicta Curia, Ecclesiasticos cogendos esse captis pignoribus eam indictionem soluere, cui opinioni subscribit Remigius de Gon. *tract. de Charitatis subsidio. q. 59. num. 13.*

Contraria tamen sententia cum communi Doctorum, omninò tenenda est. *Primò*, quia personæ Ecclesiasticæ sunt exemptæ à taleis, gabellis, & indictionibus similibus, vt probatum manet. *Secundò*, quia licet præfata indictio, seu talea, sit imposita propter publicam necessitatem, necessarium enim est, vt Princeps in effusa omnium lætitia prima vice, qua ingreditur aliquam ciuitatem, publice excipiat: tamen hæc publica necessitas directè, primò, & per se ad laicos ciues spectat, non ad personas Ecclesiasticas, ad illas enim remotè tantum pertinet. *Tertiò*, quia Principes sæculares non possunt imponere gabellas, aut indictiones super bona Ecclesiasticorum, propter communem necessitatem reparationum publicorum itinerum, pontium, & murorum vrbs, vt docent communiter Doctores. Lessius *lib. 2. de iust. tom. 1. cap. 33. dub. 3. n. 19.* Azor *3. part. instit. moral. lib. 5. cap. 19. quest. 7.* Reginald. *tom. 1. lib. 9. cap. 25. num. 379.* Molina *tom. 2. tract. 2. disp. 671. num. 2.* Soares contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 24 & 25.* Homobonus *de examin. Eccles. part. 2. tract. 11. cap. 6. quest. 9.* Riccius *part. 2. decis. 299. num. 3.* Syluester *verb. Immunitas 1. num. 6.* Duardus *in Bulla Cænz, lib. 2. canon. 17. quest. 5. num. 4.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 9.* Molfesius *in summa. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 166.* Alterius *de censur. tom. 2. disp. 19. lib. 5. cap. 6. dub. 2.* Coriolanus *in Bulla Cænz. excomm. 18.* Prosper ab Augustino *in additionib. ad summam. Quaranta verb. veltigal. Megala part. 2. lib. 2. cap. 17. quest. 6. num. 114.* Salon. *tom. 2. in 2. 2. quest. 78. art. 5. controuers. 2. num. 2.* Sayros *lib. 3. de censur. cap. 22. num. 9.* Bartholomæus à S. Fausto *in Specul. Confess. disp. 33. quest. 13. num. 2.* Bellet. *in disquisition. Clericorum. part. 2. tit. 5. §. 5. num. 1.* omnes illi nouiores, & auctores veteres penes ipsos, & omnes contra Bobadillan *in Polusca tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 260. in glossa litera F,* qui id tenet cum distinctione, vt hoc non intelligatur quoad bona patrimonij, ad cuius titulum ordinati sunt. Sed fallitur Bobadilla, & falluntur illi, quos ipse ibi pro se allegat, quia patet ex iis, quæ diximus, & ex *cap. 1. de immunit. Ecclesiar. & cap. quauquam, de censib. in 6.* & præcipuè ex *Canone Bulla Cænz, in illis verbis, imponentes decimas, & taleas, & c. personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum bona.* vbi dictio illa, *eorum,* contra distinguitur contra aliam dictionem sequentem, *Ecclesiarum.* Et ideo non, nisi de bonis patrimonialibus, & propriis Clericorum, intelligi potest. *Quartò*, quia Principes, & Superiores laici, sine expresso consensu Clesi, & Papæ, non possunt imponere gabellas, taleas & indictiones, super bona Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum, propter publicam necessitatem pestis, quia obligatio totius populi non sufficit ad obligandum Clerum; nam licet tempore pestis, de vtilitate etiam Cleri agatur, necesse est, vt vtriusque consensus concurret. ita Azor *3. part. instit. moral. lib. 5. cap. 19. quest. 11.* Ludouicus Lopez *2. part.*

2. part. instruct. cap. 40. Rodriguez in summa tom. 2. cap. 75. num. 13. Petrus de Ledelma in summa tom. 2. tract. 7. cap. 2. conclus. 27. fol. mibi 205. Ioannes de la Cruz in direct. conscientia, part. 2. praecepto 7. quest. 7. art. 4. dub. 1. concl. 1. fol. 98. Alterius de censur. tom. 1. disp. 16. lib. 5. cap. 6. dub. 3. Salon. 2. 2. tom. quest. 78. art. 5. controuers. 1. Bellerus in disquisition. cleric. part. 5. tit. 5. §. 2. num. 6. qui omnes asserunt, non sufficere, necessitatem aequè esse communem, tam Clericis, quam laicis, pestis tempore, sed oportere, quòd Clericus, & populus simul conueniant, quia quòd omnes tangit, ab omnibus debet approbari, iuxta regulam juris in 6. Et verò, si in tali casu Clerus consentire nolit, symbololum facere, & contribuere, debent laici implorare auxilium superioris Ecclesiastici, vt Clericos compellat, & non possunt Principes saeculares, eos per se compellere. Ita Duard. in Bulla Cæna, lib. 2. canon. 18. quest. 6. num. 1. & sequentib. Barbosa in suis Collectaneis, tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 4. num. 4. Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 3. num. 19. Reginaldus tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 2. col. 1. & alij. Quare, cum Clerici, & personæ Ecclesiasticæ non teneantur soluere taleas, collectas, indictiones, seu gabellas, pro communi necessitate pestis, nec etiam tenentur eas soluere ratione suæ exemptionis, pro communi solennitate, seu necessitate solennitatis, & latitæ primi ingressus Regij in urbem: & ita docet de hoc casu speciatim Azor 3. part. inst. moral. lib. 5. cap. 19. quest. 11. Carolus de Grassis de effectu cleric. effectu 3. num. 264. Alvarez in Specul. Ponti. cap. 35. Aloysius de Leo in l. placet, num. 1. C. de sacr. Eccles. qui omnes asserunt, textum dictæ legis placet, esse correctum per Auth. Item nulla communitas, eod. tit. Et ratio est, quam supra iam retigimus, quia licet supradicta gabella, seu indictio sit imposita propter publicam necessitatem; tamen prædicta necessitas publica primò, & per se spectat ad populum laicum, secundariò, & remotè ad Ecclesiasticos, & licet æquè omnes tangeret, Ecclesiasticorum consensus necessariò requirebatur, vt dictum manet.

25. Hinc incidenter dubium emergit non vulgare, an possint licitè Principes exigere gabellas, & alia tributa, absque incurfione censuræ Bullæ Cæna, ab Ecclesiasticis personis promiscuè cum saecularibus, v. c. si vnum obolum ponant in catnibus, & vino, propter aliquam communem necessitatem, non animo grauandi Ecclesiasticos, sed quia absolute id promiscuè ponunt. Negant Duardos in Bulla Cæna, lib. 2. canone 18. quest. 15. num. 3. Alterius, & alij tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 3. Et an possint in pretio carniam, & vini currenti, augete tantillum pretij, vt illud tantillum conuertatur in necessitatem communem, & causam iustam, etiam si Principes publico edicto declarent, se id non efficere in grauamen personarum Ecclesiasticarum? Et hæc de re partitur opinio.

Prima negat. eam tenet Diana 1. part. tract. 2. de immunit. Eccles. resol. 45. Megala part. 2. lib. 2. cap. 17. quest. 6. num. 107. Alterius tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 9. col. 2. Henriq. lib. 5. cap. 15. num. 5. ad marginem, litera P. Primò, quia in Bulla Cænae Domini, non solum excommunicantur, qui directè gabellas, onera, tributa, pedagia, & guidagia Clericis imponunt, sed etiam, qui indirectè: & hoc sine dubio est grauare indirectè personas Ecclesiasticas. Nec obstat, quòd tale onus sit principaliter, & primariò impositum propter laicos, absque vlla intentione oner. nisi Clericos; neque etiam obstat, quòd Principes illud imponant iis tantum, qui

carnes vendunt, non iis, qui eas emunt; quia non potest negari, indirectè grauari in hoc personas Ecclesiasticas, cum necessariò ab ipsis venditoribus teneantur eo pretio carnes sibi ad sustentationem necessarias emere, perinde enim in effectu est imponere prædictum augmentum ipsis ementibus, vt consideranti patebit. Et idèd Henriq. allegatus voluit, vt aliud macellum, & alia taberna pro Clericis, & personis Ecclesiasticis, aperiretur, ad quam possint confluere, sine hoc augmento. Sed neque hoc etiam sua difficultate caret, quia Clerici sunt liberi, atque immunes, vt possint victualia emere, vbicumque velint; quare illi non sunt constringendi, vt emant in vno loco.

Secunda opinio affirmat: ita Angelus verb. immunitas, num. 42. Syluester eod. verb. 1. quest. 6. n. 22. Coriolan. in Bulla Cænae Domini, excom. 18. Paulus Castrensis consil. 323. lib. 2. Ludou. Lopez 2. part. instruct. cap. 40. Malderus 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 11. in fine. Henriq. loco allegato. Fundamentum eorum, est; Primò, quia in re valde modica, per accidens, & præter intentionem Principum saecularium, læduntur personæ Ecclesiasticæ. Secundò, quia iniustum est, vt Principes perdant suas utilitates, & tributa, quæ iuste pro necessitatibus Regni, à suis subditis exigere possunt, ne Ecclesiastici in re modica lædantur. Tertio, quia Clerici non coguntur emere ea victualia, in quibus onera sunt imposita; adhuc enim illis liberum est, vt ea sibi aliunde, sine eo augmento, quærant, sibi que provideant modo, quòd voluerint. Quarto, quia difficile dabitur dubium, ac remedium, quo Clerici non possint in eo modico grauari, vt consideranti patebit. Ita se habent huiusmodi opiniones; vtraque est probabilis; probabilior tamen videtur prima.

S V M M A R I V M.

- 27 Palatini & nobiles, Ecclesiasticique immunes sunt à solutione gabellarum, pro iis, quibus egent ad suam, suæque familie sustentationem. Secus, si emant, causa negotiationis. ibid.
- 28 Vxoress vidua illorum, eorum gaudent privilegio. Vxoress gaudent maritorum foro. ibid. Quid de vxoribus Clericorum coniugatorum, & Clericorum Græcorum. ibid. num. 28. vers. similiter vxores.
- 29 Quid, si Ecclesiastici vnas emant, vel lanam, vt ex illis, per famulos, aut operarios, vinum, aut pannos conficiant, vt vendant, causa negotiationis. Possunt Ecclesiastici, & Religiosi, emere animalia, vt mulos, & equos, qua in suis prædiis alant, vt postea, cum creuerint, vendant, ibid. Non tamen, vt ea pretio elocent. ibid.
- 30 An debeant Ecclesiastici, & Religiosi, gabellas ex fructibus, quos colligunt de propriis agris, si ad vendendum id faciant.
- 31 Quid, si ad id agros conducant, non ad propriam sustentationem, sed lucri causa. Quid de salinis. ibid.
- 32 Quid, si monasterium in suo agro venam ferri habeat, vt ex illa ferrum conficiat, ad vendendum.
- 33 Quid, si emat solam venam ferri in agro alieno, vt ex illa, per suos Monachos, ferrum, ad vendendum, conficiat.
- 34 Quid, si non per suos Monachos, sed per operarios ad id pretio conductos.
- 35 Quid, si totum agrum, in quo est vena ferrea, ad id emat.

cant, vt fructus, vel salein exinde confectum vendant, esset id negotiatio, proindeque gabellam ex ea deberent; si verò ex propriis salinis salein efficiant, vt venialem faciant, negotiatio non esset, nec ad gabellam tenerentur, ita Ancharranus in cap. ex literis, de vita, & honest. clericor. num. 9. Federicus de Senis consil. 201. & 207. loquentes de Monachis monasterij Sancti Galgalij, territorij Senensis, habentibus venam, seu fodinam ferri, ex qua ferrum per suos operarios, ad venditionem conficiebant; rogatique ea de re, an gabellam deberent, respondit vterque, non debere, quia id negotiatio dici non poterat, sed mera venditio rerum suarum; & eadem est ratio de salinis, de quibus expressè loquitur Molina dict. tom. 2. de iust. disp. 342. §. idem dicendum; & cum illis consentit, Eodem modo, si greges alienos conducant, vt fructus, id est, partus, lac, caseum, lanam, vendat, negotiatio est, si fiat lucri causa, non ad sustentationem vitæ; secus, si lex propriis gregibus hæc eadem venderent, quoniam esset venditio rerum suarum, ita Mol. & Lafarte supra inducti.

32. Affirmant etiam Nauarrus in manuali Lat. c. 27. num. 128. Ancharranus, & Federicus de Senis citati, quòd, si monasterium, vel clericus venam cupri, aut ferri habeat suam propriam, & ex ea materiam suis expensis, ad alium locum transportet, vt ex illa ferrum conficiat, vel cuprum, gabellam inde non deberi, licet plus ibi ferrum, aut cuprum, valeat: quod idem docet etiam Molina, & Lafarte modò allegati; & Syluester verb. excommunicatio 9. excommunicat. 21. vers. secundo nota. Ratio illorum est eadem, sæpè repetita; quia id non est negotiari, sed est, vendere res suas; negotiari enim, & mercaturam exercere, est, rem emptam emere, vt immutata vendatur eodem, vel alio tempore; emere etiam materiam, lanam, v. g. vt illam artificio suo, & arte propria, ad aliquam formam panni transferamus, non est, propriè loquendo, vt supra diximus, negotiari, sed est, artificari: vsus autem, & exercitium negotiationis solius, est Ecclesiasticis prohibitum, non vsus, & exercitium artificij, vt colligitur ex cap. clericus, de consecrat. dist. 8.

33. Idem dicendum est iuxta eundem Molinam disp. 342. §. idem d. eodem tom. 2. Lafarte de decima vend. cap. 19. à num. 66. & Ancharranum in cap. quamquam, de empr. & vendit. num. 5. si monasterium emat solam fodinam, seu venam ferri agri alieni, vt per suos Monachos, ex prædicta materia ferrum conficiat, vt postea venale efficiat, neque enim etiam tenerentur tunc ad gabellam, quia id, propriè loquendo, non esset negotiari, sed artificari, & emere materiam, vt iam ex re sua, ministerio Ecclesiasticarum personarum, arte factum conficiant, vt vendant.

34. Secus esset, iuxta eundem Ancharranum, Nauarrum in summa Lat. cap. 27. num. 18. Syluestrum verb. excommunicatio 9. vers. 2. nota. excomm. 21. si monasterium solam venam emeret, non, vt per Monachos suos, sed per operarios laicos ad id pretio conductos, ferrum ad vendendum conficeret, esset enim quædam negotiatio indecens, & ideo ex voluntate interpretatiua factorum Canonum, Principumque sæcularium, ex tali modo indecentis negotiationis, tenerentur ad gabellam, sicut diximus num. 29. de iis Ecclesiasticis, & Religiosis, qui vvas, & lanam emunt, vt vinum, & pannum conficiant per suos operarios, ad vendendum.

35. Si verò Clericus, vel monasterium totum agrum, in quo est vena ferrea, emat, & per famulos suos, vel operarios ad id pretio conductos, ferrum faciant, vendendi causa, non hoc eis erit illicitum,

aut prohibitum, nec solutioni gabellæ manebunt obnoxij, vt diximus num. 31. Molina dicto tomo 2. de iust. disp. 342. Nauarrus num. precedenti citatus, & Federicus de Senis num. 31. inductus.

36. Quid autem, si monasterium, vel Clericus emat prædium plenum fructibus maturis, vt eos postea vendat, si sibi aliqui supersint ex sustentatione domus, & familiæ? Planè in hoc diuiduntur Auctores. Ignatius de Lafarte de decima venditionis cap. 9. num. 60. docet, eos gabellam debere ex prædictis fructibus, eo fundamento, quoniam illi sunt partes rei emptæ, sed si prædium eo animo emant, vt vendant, tenentur ad gabellam; ergo ex fructibus, qui sunt partes illius, adstringentur ad prædictam gabellam: vt enim res se habet ad partes, ita ad totum; & vt ad totum, ita ad partes. Contrarium tenet Molina tom. 2. de iust. dicta disp. 342. §. Illud etiam, Lafarte, ex melioribus fundamentis, & ideo illi adhæreo. Primò, quia, qui tale prædium emit, per se quidem prædium emit, vt potiarur fructibus, tam illius anni, quam sequentium; sed si vendat fructus sibi superfluos, in annis sequentibus, ad nullam gabellam tenentur; ergo nec etiam tenebitur ad gabellam venditionis fructuum illius anni. nam per accidens est, quòd illi fructus in agro maturi existant, nec illos postea vendit, tanquam partes rei emptæ, vt reuenditio dicatur, ex qua, gabella debetur; sed tanquam fructus collectos ex agro iam per emptionem, suo effecto. Secundo, quia nullo iure, ciuili, vel canonico, prohibentur personæ Ecclesiasticæ, emere agros, & prædia sibi ad sustentationem necessarios, cum fructibus maturis, & Ecclesiastici solùm tenentur ad gabellam, ex emptione, & venditione sibi iure canonico prohibita.

37. Dubitabis tamen, an illi Religiosi, qui in India, vel Brasilia, aut alibi inter barbaras nationes, conuersioni animarum infidelium incumbunt, qui ad suam propriam sustentationem corporalem, multis egent ex Lusitania aduehendis, possint licitè, & sine gabellarum solutione, ex illis orbis partibus, in quibus fidei propagationi operam nauant, mittere nonnulla, quæ in illis vili pretio emuntur, in Lusitania autem plurimum valent, vt ibi vendantur, & ex pretio illorum, sibi necessaria ad victum, vestitumque, defecantur. Respondeo affirmatiuè. Primò, quia id fieri potest, & de facto fit, absque vlla distractione, & auocatione à diuino seruitio, & cultu, cui sunt dicati, & absque vlla occupatione, vel saltem modica, & perexigua. Secundo, quia ea ratione fit, vt plures operarij sustententur, ad laborandum in vinea Domini, maioresque fructus in ea efficiantur. Tertio, quia solùm garruli aliqui, & inuidi damnare poterunt prudentem hanc rationem æconomicam sibi prouidendi de rebus necessariis ad sustentationem præcisè necessariam vitæ humanæ, ad incumbendum in salutem animarum; nam id quidem neque in sacris canonibus vetitum inuenitur; nec ea, quæ sunt necessaria ad alimentum vitæ humanæ, vetari possunt. ita docet Molina tom. 2. de iust. disp. 342. §. tertio obseruandum, in medio.

CAPVT XII.

Vtrum fas sit personis Ecclesiasticis, negotiari per alios, lucri causa? Soluuntur multa, & necessaria dubia in hac re.

1. Nullum peccatum est mortale, Clericos, & Religiosos,

cant, vt fructus, vel salein exinde confectum vendant, esset id negotiatio, proindeque gabellam ex ea deberent; si verò ex propriis salinis salein efficiant, vt venialem faciant, negotiatio non esset, nec ad gabellam tenerentur, ita Ancharranus in cap. ex literis, de vita, & honest. clericor. num. 9. Federicus de Senis consil. 201. & 207. loquentes de Monachis monasterij Sancti Galgalij, territorij Senensis, habentibus venam, seu fodinam ferri, ex qua ferrum per suos operarios, ad venditionem conficiebant; rogatique ea de re, an gabellam deberent, respondit vterque, non debere, quia id negotiatio dici non poterat, sed mera venditio rerum suarum; & eadem est ratio de salinis, de quibus expressè loquitur Molina dict. tom. 2. de iust. disp. 342. §. idem dicendum; & cum illis consentit, Eodem modo, si greges alienos conducant, vt fructus, id est, partus, lac, caseum, lanam, vendat, negotiatio est, si fiat lucri causa, non ad sustentationem vitæ; secus, si lex propriis gregibus hæc eadem venderent, quoniam esset venditio rerum suarum, ita Mol. & Lafarte supra inducti.

32. Affirmant etiam Nauarrus in manuali Lat. c. 27. num. 128. Ancharranus, & Federicus de Senis citati, quòd, si monasterium, vel clericus venam cupri, aut ferri habeat suam propriam, & ex ea materiam suis expensis, ad alium locum transportet, vt ex illa ferrum conficiat, vel cuprum, gabellam inde non deberi, licet plus ibi ferrum, aut cuprum, valeat: quod idem docet etiam Molina, & Lafarte modò allegati; & Syluester verb. excommunicatio 9. excommunicat. 21. vers. secundo nota. Ratio illorum est eadem, sæpè repetita; quia id non est negotiari, sed est, vendere res suas; negotiari enim, & mercaturam exercere, est, rem emptam emere, vt immutata vendatur eodem, vel alio tempore; emere etiam materiam, lanam, v. g. vt illam artificio suo, & arte propria, ad aliquam formam panni transferamus, non est, propriè loquendo, vt supra diximus, negotiari, sed est, artificari: vsus autem, & exercitium negotiationis solius, est Ecclesiasticis prohibitum, non vsus, & exercitium artificij, vt colligitur ex cap. clericus, de consecrat. dist. 8.

33. Idem dicendum est iuxta eundem Molinam disp. 342. §. idem d. eodem tom. 2. Lafarte de decima vend. cap. 19. à num. 66. & Ancharranum in cap. quamquam, de empr. & vendit. num. 5. si monasterium emat solam fodinam, seu venam ferri agri alieni, vt per suos Monachos, ex prædicta materia ferrum conficiat, vt postea venale efficiat, neque enim etiam tenerentur tunc ad gabellam, quia id, propriè loquendo, non esset negotiari, sed artificari, & emere materiam, vt iam ex re sua, ministerio Ecclesiasticarum personarum, arte factum conficiant, vt vendant.

34. Secus esset, iuxta eundem Ancharranum, Nauarrum in summa Lat. cap. 27. num. 18. Syluestrum verb. excommunicatio 9. vers. 2. nota. excomm. 21. si monasterium solam venam emerit, non, vt per Monachos suos, sed per operarios laicos ad id pretio conductos, ferrum ad vendendum conficeret, esset enim quædam negotiatio indecens, & ideo ex voluntate interpretatiua factorum Canonum, Principumque sæcularium, ex tali modo indecentis negotiationis, tenerentur ad gabellam, sicut diximus num. 29. de iis Ecclesiasticis, & Religiosis, qui vvas, & lanam emunt, vt vinum, & pannum conficiant per suos operarios, ad vendendum.

35. Si verò Clericus, vel monasterium totum agrum, in quo est vena ferrea, emat, & per famulos suos, vel operarios ad id pretio conductos, ferrum faciant, vendendi causa, non hoc eis erit illicitum,

aut prohibitum, nec solutioni gabellæ manebunt obnoxij, vt diximus num. 31. Molina dicto tomo 2. de iust. disp. 342. Nauarrus num. precedenti citatus, & Federicus de Senis num. 31. inductus.

36. Quid autem, si monasterium, vel Clericus emat prædium plenum fructibus maturis, vt eos postea vendat, si sibi aliqui supersint ex sustentatione domus, & familiæ? Planè in hoc diuiduntur Auctores. Ignatius de Lafarte de decima venditionis cap. 9. num. 60. docet, eos gabellam debere ex prædictis fructibus, eo fundamento, quoniam illi sunt partes rei emptæ, sed si prædium eo animo emant, vt vendant, tenentur ad gabellam; ergo ex fructibus, qui sunt partes illius, adstringentur ad prædictam gabellam: vt enim res se habet ad partes, ita ad totum; & vt ad totum, ita ad partes. Contrarium tenet Molina tom. 2. de iust. dicta disp. 342. §. Illud etiam, Lafarte, ex melioribus fundamentis, & ideo illi adhæreo. Primò, quia, qui tale prædium emit, per se quidem prædium emit, vt potiarur fructibus, tam illius anni, quam sequentium; sed si vendat fructus sibi superfluos, in annis sequentibus, ad nullam gabellam tenentur; ergo nec etiam tenebitur ad gabellam venditionis fructuum illius anni. nam per accidens est, quòd illi fructus in agro maturi existant, nec illos postea vendit, tanquam partes rei emptæ, vt reuenditio dicatur, ex qua, gabella debetur; sed tanquam fructus collectos ex agro iam per emptionem, suo effecto. Secundo, quia nullo iure, ciuili, vel canonico, prohibentur personæ Ecclesiasticæ, emere agros, & prædia sibi ad sustentationem necessarios, cum fructibus maturis, & Ecclesiastici solùm tenentur ad gabellam, ex emptione, & venditione sibi iure canonico prohibita.

37. Dubitabis tamen, an illi Religiosi, qui in India, vel Brasilia, aut alibi inter barbaras nationes, conuersioni animarum infidelium incumbunt, qui ad suam propriam sustentationem corporalem, multis egent ex Lusitania aduehendis, possint licitè, & sine gabellarum solutione, ex illis orbis partibus, in quibus fidei propagationi operam nauant, mittere nonnulla, quæ in illis vili pretio emuntur, in Lusitania autem plurimum valent, vt ibi vendantur, & ex pretio illorum, sibi necessaria ad victum, vestitumque, defecantur. Respondeo affirmatiuè. Primò, quia id fieri potest, & de facto fit, absque vlla distractione, & auocatione à diuino seruitio, & cultu, cui sunt dicati, & absque vlla occupatione, vel saltem modica, & perexigua. Secundo, quia ea ratione fit, vt plures operarij sustententur, ad laborandum in vinea Domini, maioresque fructus in ea efficiantur. Tertio, quia solùm garruli aliqui, & inuidi damnare poterunt prudentem hanc rationem æconomicam sibi prouidendi de rebus necessariis ad sustentationem præcisè necessariam vitæ humanæ, ad incumbendum in salutem animarum; nam id quidem neque in sacris canonibus vetitum inuenitur; nec ea, quæ sunt necessaria ad alimentum vitæ humanæ, vetari possunt. ita docet Molina tom. 2. de iust. disp. 342. §. tertio obseruandum, in medio.

CAPVT XII.

Vtrum fas sit personis Ecclesiasticis, negotiari per alios, lucri causa? Soluuntur multa, & necessaria dubia in hac re.

1. Nullum peccatum est mortale, Clericos, & Religiosos,

ligiosos, non per se, sed per laicos, mercaturam exercere.

An sit veniale? *ibid.*

2. Fas illis est emere omnia necessaria ad suam, suaeque familia sustentationem, & habitationem, absque solutione gabellae.

Et ea, quae de sua congrua sustentatione supersunt vendere, *ibid.*

3. An vendere minutatim fructus suorum agrorum, & beneficiorum, qui sibi de sua propria, suaeque familia sustentatione, supersunt, respectu illorum, sit negotiatio illicita?

4. An excusentur persona Ecclesiastica à gabella, si duas domos ad habitationem hyemalem, & aestivam, emant; & quid, si unam ad habitandum, alteram ad sustentationem.

5. An gabellary, qui deserunt iuramentum personis Ecclesiasticis, an ea, quae emunt, vel de foris trahunt, sint ad suam, suaeque familia sustentationem, possint postea eos de iuramento falso accusare.

6. An coloni, & publicani, qui conducunt agros, & redditus Ecclesiarum, & pradia Monachorum, & Clericorum, ad gabellam teneantur?

Refertur prima sententia, negans, *ibid.*

7. Refertur secunda, affirmans.

8. Iudicium auctoritatis proponitur, & argumenta primae sententiae diluuntur.

9. An Monachi, & Clerici possint licite equas, vaccas, & oves emere, & in suis agris pascere, ut postea, cum adoleuerint, vel partus ediderint, vendant.

10. Politica negotiatio, & secularis, qualis est emere necessaria ad exercitum sustentandum, ad aedificandos, vel reficiendos muros civitatis, quatenus eis sit licita, vel illicita? & n. 11.

12. An sit Clericis, & Religiosis licitum, uti aliquo artificio.

13. Conduktiones quando prohibeantur Clericis, Episcopis, & Religiosis, & quando ex illis teneantur ad gabellas.

I. **P** R I M A conclusio: Nullum peccatum est mortale Episcopos, Clericos, & Religiosos per alios negotiari, & exercere mercaturam, etiam si in sacris sint constituti, dando scilicet pecuniam laicis, ut ipsorum loco negotientur, aut societatem contractus cum illis incundo, ut laici ponant industriam, illi vero pecuniam capitalem: constat ex Clementina 1. de vita, & honest. Clericorum; quae solum id prohibet, & punit, si ipsi per se exerceant officia macellarij, aut tabernarij; & ex cap. significantes, de appellat. ubi dicitur, licitum esse Canonicos habere stallos publicos, in quibus carnes incidantur; & ex Clement. 1. de statu Monachorum; ubi, quantumvis Monachi prohibeantur per se ipsos venari clamorosa venatione; non tamen per alios. Ita Medina C. de restit. q. 30. art. 2. docet etiam Molina tom. 2. disp. 342. §. vtrum autem fas sit; qui illos à mortali excusant, non tamen à veniali, addit enim haec verba: Ego, quantumvis non existimem, culpam lethalem esse, ita per alios negotiari, aliquid tamen scditatis, atque indecentiae, in ea negotiatione interuenire, arbitror, quando circumstantia non adesset, quae illam excusaret: quocirca improbandam esse hanc negotiationem, quantum est ex se, arbitror. Haec ille. Ratio est, primo, quia sacri Canones solum prohibent Ecclesiasticis hanc negotiationem, ob distractionem animi, & auocationem à diuinis rebus; quae ratio hic, & nunc cessat,

Fagandez de Iustitia, &c.

cum negotiatio per alium, nec animum distrahat, nec à diuinis auocet. Secundo, quia iura, quae id prohibent, solum loquuntur de negotiatio exercita per ipsos, non per alios. Sicut etiam iura, quae loquuntur de venatione Clericis prohibita, ac Monachis, non loquuntur de venatione facta per alios, vel per seruos illorum, sed de venatione facta per se ipsos, ut videre est in cap. Episcopum. 1. part. Decreti. dist. 34. & in cap. ita quorundam, eodem tit. Licitum vero est Clericis, & Monachis, habere domos, quas aliis elocent, vel ad carnes in illis incidendas, vel ad negotia, & publicam mercaturam, in eis tractandam, ut bene animaduertit Molina inductus.

Secunda conclusio: Fas est Clericis, & Monachis, emere omnia necessaria ad suum, suorumque usum, sustentationem, & habitationem, & vendere superflua ex redditibus suorum agrorum, tam patrimonij Ecclesiastici, pro Ordinibus sacris suscipiendis, quam patrimonij saecularis, vel propriij beneficij; imò licet aliquid vilius emant, non animo reuendendi carius, se ad proprium usum, & necessitates, fas illis est, accrescente pretio postea, reuendere carius, & lucrati, nec inde gabellam aliquam, aut tributum debent. ita patet ex nouis Ordinationibus Lusitaniae, lib. 2. tit. 11. num. 4 & 5. & lib. 4. tit. 16. docet Molina dicto tomo 2. disp. 342. concl. 2. Syluester verb. Clericus 3. num. 1. Ratio est, quia haec spectant ad prudentem economiam, quae maxime in Ecclesiasticis elucere debet, teste Diuo Paulo 1. ad Timotheum 3. & 8. Si tamen ad personas Ecclesiasticas deuenirent res aliquae ex soluto contractu societatis, quem cum laicis inierint, aut ex negotiatione, quam per alios exercebant, easque vendiderint, tenetur profecto ad gabellas, non secus, ac laici tenentur. ita docet Molina allegatus.

Sed hic iam aliqua dubia insurgunt circa hanc rem.

Primum est, an, si Monachi, vel Clerici, ea, quae sibi supersunt ex redditibus suorum beneficiorum, vel fructibus suorum agrorum, vendant per modum negotiationis, quia scilicet vendunt vinum, vel oleum minutatim, hoc est, per minimas mensuras, causa maioris lucri, ad gabellam teneantur? Planè dubia res est! Aliqui enim asserunt, de iure communi Canonico, teneri ad gabellam de rebus, quas ita vendiderint de fructibus suorum praediorum, aut bonorum patrimonialium, non vero ex redditibus suorum beneficiorum, neque ex fructibus bonorum patrimonij, pro sacris Ordinibus suscipiendis. ita Ioannes Bertachinus in tract. de gabellis, quest. 7. part. 7. vers. an autem possint; & Abbas conf. 6. incip. Casu, super quod. ubi distinguunt inter vinum, & oleum natum ex proprietatibus Ecclesiae, & ex praediis patrimonialibus; & de nato ex proprietatibus Ecclesiae, asserunt, non deberi gabellam; secus de nato ex praediis patrimonialibus; quod idem approbat Vallascus tom. 2. consult. 131. num. 9. Sed dicam, quod sentio. Mihi omnino videtur, principiis iuris inhærendo, & de iure communi loquendo, de vtrisque proprietatibus, gabellam non deberi tam Ecclesiae, quam de patrimonialibus, non solum pro sacris Ordinibus suscipiendis, sed etiam de aliis bonis patrimonialibus. Ratio est, quia exemptio gabellarum, respectu personarum Ecclesiasticarum, est absoluta, & perfecta, & personae Ecclesiasticae perfecte exemptae sunt à solutione illarum, tam respectu fructuum suorum beneficiorum, quam praediorum patrimonialium, ut diximus supra, & patet ex cap. quam-

quam, de censibus; vendere autem minutim hos fructus per alios, nullibi videtur prohibitum, nec emptio, & venditio per alios exercita, alicubi personis Ecclesiasticis prohibetur. Deinde videmus, id usu fieri sine scrupulo in nostra Lusitania; solent enim Religiosi, cum vinum natum ex suis prædiis, & villis, vendere non possunt, erigere tabernas, illudque per suos famulos, absque vlla gabellarum, solutione, minutim vendere; neque id sit animo lucrandi, sed animo, & necessitate alendæ vitæ, & vendendi vini, ne inutile reddatur, & pereat. Respondeo igitur ad quæsitum in hoc dubio, (quid sit de iure communi.) De iure Lusitano lib. 2. noua ordinationis, tit. 11. num. 4. & 5. & lib. 4. tit. 16. ad nullas gabellas teneri ex vino, aut ex fructibus minutim venditis, tam suorum beneficiorum, quam bonorum patrimonialium: ita etiam Vallascus dict. tom. 2. consult. 131. num. 6. vbi optimè animaduertit, in hac parte, maius priuilegium tribuisse nostrum ius Lusitanum personis Ecclesiasticis, circa venditionem rerum suarum, quam ius commune.

4. Secundum dubium est, an excusentur personæ Ecclesiasticæ à gabella, si duas domos separatim emant ad propriam habitationem, alteram vernam, alteram hybernæ? Respondeo, non excusari, nisi pro vna tantum; ita idem Vallascus num. 10. allegatus; vbi dicit, ita fuisse iudicatum in supremo Lusitanæ Senatu, quamuis persona Ecclesiastica probaret in iudicio, secundam domum, emptam fuisse, vt locaretur, ad sustentationem domus, & familiæ propriæ, quæ sententia multis æqua visa est; sed ego contrarium iudicarem, si fuisset iudex, attentis inibi verbis nostræ ordinationis, & ita saltem dicendum est in foro conscientie, & dicendum erat in foro externo, attentis illis verbis prædictæ ordinationis, *Per sua mantença, & sustentamento*, Latine *ad propriam sustentationem*, & idem est dicendum de habitatione.

5. Tertium dubium est, quia nostræ ordinationes præstant gabellario facultatem relinquendi iuramento personarum Ecclesiasticarum, an emant eas res ad propriam domus, & familiæ sustentationem, an causa negotiationis, vt postea carius vendant, iubentque prædicto gabellario, vt eis credat; an possit postea admitti gabellarius ad probandum in iudicio contrarium, & querelandum de periurio, si fortè personæ Ecclesiasticæ falsè iurauerint? Respondeo, non posse; quia ex quo ille totum negotium personæ Ecclesiasticæ iuramento reliquit, voluit ei tacite stare: ita docet Vallascus tom. 2. consult. 131. num. 11. patetque ex prædictis ordinationibus lib. 3. tit. 85. §. 3. ibi, *E postoque, &c.*

6. Quartum dubium est, an coloni, & publicani, qui conducunt bona patrimonialia Ecclesiasticorum, aut prædia Religiosorum, & fructus beneficij personarum Ecclesiasticarum, ex hoc modo negotiandi, conducendi, & vendendi illos, teneantur ad gabellas? Partita est opinio circa hanc rem.

Prima negat, teneri. hanc tenet Abbas lib. 1. consil. 9. n. 2. vers. *ad secundum*, & in cap. ex parte 1. num. 4. & 5. de decimis. Menochius lib. 2. de arbitr. casu 562. cenuria 6. num. 37. & 56. Tamburinus de iure Abbatum, tom. 1. disp. 15. quæst. 21. num. 9. Peirinus super priuilegium minorum, tom. 1. consil. 12. July II. §. 33. num. 142. Matcabrenus consil. 18. num. 36. Antoninus Diana tract. 1. de immunitate Ecclesie, resolut. 19. pag. 7. Bertachinus tract. de gabellis, quæst. 7. pag. 7. & quindecim alij Doctores, quos pro ista opinione inducit Menochius inductus num. 46.

Probatum primò, quia hoc saltem est grauari personas Ecclesiasticas per indirectum, earumque redditus imminuere; accresceret enim illis pretium illorum, si coloni, & publicani eorum immunes essent à gabellis; decreta autem, leges, & consuetudines indirectè grauantes personas Ecclesiasticas, sunt nullæ, & non tam consuetudines, quam corruptelæ, censenda sunt. cap. finali, de immunitate Ecclesie, lib. 6. Bartolus in l. bi, penes quos, C. de agricolis, lib. 11. Angelus in authent. de non alienandis, §. quia verò, collat. 2.

Secundò probatur, quia hoc priuilegium exemptionis à gabellis, & tributis, vt patet ex Bulla Pij quinti, & docet Tamburinus allegatus, est priuilegium reale concessum terris, prædiis, & bonis Ecclesiasticorum, tam patrimonialium, quam beneficiorum, non personis, sed ratione personarum, terris datum, & cum sit reale concessum terris, & fructibus, transeunt fructus terrarum, & bonorum, ad colonos, conductores, & publicanos, cum hoc priuilegio, quia illorum bona, & prædia, & fructus illorum, priuilegiata sunt, & exempta ab onere soluendi gabellas, oneraque similia: confirmatur ex Bulla Pij quinti, allegata, in qua summus Pontifex eximit non solum Monachos, Moniales, & personas Ecclesiasticas, sed etiam illorum terras, possessiones, prædia, agros, nec non laboratores, colonos, arrendatarios, affectuarios, ac gestores suorum negotiorum, ab omnibus exactionibus, tam vrbani, quam rustici, datis, gabellis, pedagis, vectigalibus, collectis, impositionibus, oneribus, &c.

Tertiò probatur, quia fructus prædiorum, & terrarum, etiam decimales, non sunt separati à solo priuilegiato, & immuni à gabella, alioquin frustraneum esset tale priuilegium concessum terris, & ideo Carolus de Grassis de effectu clericat. effectu 13. num. 90. ait, hanc opinionem sequens, Pannormitana in vrbe fuisse iudicatum pro emptoribus fructuum pendentium in quodam agro cuiusdam Religionis, contra gabellarios prætendentes ius gabellæ, ab ipsis emptoribus; ex hoc vnico fundamento, quia fructus non erant separati à solo tempore venditionis. Hæc ille. Et bene adderet, si diceret: Nec postquam sunt collecti, considerari possunt, vt separati à solo exempto, in ordine ad solutionem gabellarum, quia terræ, & prædia in se non sunt exempta, sed quatenus sunt fructifera, & in ordine ad fructus, quos ex se proferunt, & qui ex illis colliguntur, non solum, dum in agris sunt, sed etiam, vt iam sunt collecti.

Secunda opinio affirmat, teneri prædictos colonos, publicanos, conductores, & arrendatarios prædiorum Ecclesiasticorum, & Religiosorum, & fructuum decimarum, ad prædicta onera, & gabellas. hanc tenent sex supra viginti Doctores, quos pro ea citat Menochius allegatus num. 37. inter quos est Innocentius in cap. non eo minus, num. 3. de immunitate Ecclesie. Syluester verb. excommunicatio 9. num. 48. Remigius tractatu de Charitativo subsidio, quæst. 61. num. 20. & vltra illos, Vallascus tom. 2. consult. 131. à num. 16. Franciscus Ripa in tract. de peste, num. 128. & lib. 2. respons. 22. num. 12. vbi latissimè disputat hanc quæstionem, & tandem concludit, colonos, & conductores teneri; & multi alij, quos citat Menochius allegatus. Fundamentum Vallasci, & illorum, est, Primò, quia coloni, & conductores, cum his fructibus negotiantur, & nec quidem Clerici, vel Monachi mercataram exercentes, à solutione gabellarum, sunt immunes, vt supra diximus, iuxta cap. finale, de vita, & honest. clericorum. Secundò, quia leges, & statuta obligantia ipsos

CAPVT XIII.

An iudices, & alij publici iustitiæ ministri, tutores, & curatores licite, & valide, dum tales sunt, emere, & vendere possint aliquid de rebus pupillorum, aut in locis, vbi iurisdictionem exercent?

- 1 De iure Lusitano, communi, & Regni Castella, prohibitum est Pratoribus, & iudicibus localibus, & prouincialibus, & illorum officialibus, emere, & vendere in locis, vbi iurisdictionem exercent.
De iisdem iuribus, illis prohibetur, merces aliunde aduehere, vt iisdem in locis diuendant. *ibid.*
Qua pœna statuta sit. *ibid.*
- 2 Iura expressè addunt, & præsertim ius Lusitanum, nec per interpositas personas, id illos posse facere.
Quando aliquis contractus facere in propria persona, prohibetur, eo ipso per alias interpositas facere, prohiberi censetur. *ibid.*
- 3 De iure Regni Castella, non solum iudicibus, & pratoribus hoc prohibitum est, sed etiam familiaribus, famulisve illorum.
Sub venditionis nomine, an omnes contractus, per quos aliquid acquiritur, intelligantur. *ibid.*
- 4 Possunt tamen ex testamento aliquid acquirere, ita quod per testamentum eos heredes instituire, aut eis aliquid legare possint subditi, quorum in locis iurisdictionem habent.
Possunt etiam emere res, qua fuerunt suorum maiorum. *ibid.*
Possunt rem in pignus datam accipere.
An possint promittere, se vendituros, aut emptoros post finitum officium. *ibid.* *vers.* Et verò de iure Lusitano.
- 5 Quid, si emat à magno viro sibi subdito, qui nec negotium cum illis habet, nec illos timet.
- 6 An, si sint iudices, & Pratores perpetui, possint emere, & vendere in locis, vbi iurisdictionem habent.
Consuetudo loci, aut Prouincia, iuri scripto præualet. *ibid.*
- 7 Quid de tutoribus, curatoribus, iudicibus orphanorum, & officialibus eorum, an hi possint emere loca minorum, aut pupillorum.
- 8 Quid de iure communi.
- 9 An, quando multi sunt tutores, & curatores, in solidum possit vnus tutor, de licentia aliorum, & iudicis decreto, emere bona pupillorum.
- 10 Et an possit per interpositam personam.
- 11 An iudices orphanorum, officiales eorum, & prouisor residuorum possint per interpositas personas, bona emere pupillorum.
- 12 Executores testamentorum, seu testamentarij, an per se, vel per alios, hoc possint efficere.
- 13 Quæ pœna incurrantur ab illis, per constitutiones diocesanas.
- 14 An testamentarij possint vendere bona defunctorum, quorum sunt testamentarij, pro solutione debitorum.
- 15 An venditio rei minorum, aut pupillorum, possit in iudicio inuaidari, si probent, fuisse alios licitatores, qui plus offerebant, & *num.* 16.

HAc de re iam egimus *lib. 1. de contractibus in communi, a cap. 13.* Hic autem solum attingemus obiter ea, quæ necessaria sunt, ne materia, de qua agimus, videatur mutila. De iure igitur Lusitano, communi, & Castellano, prohibitum est publicis ministris iustitiæ, iudicibus, Pratoribus, emere, aut vendere aliqua in terris, & Prouinciis, in quibus administrationem iustitiæ exercent, dum eam ibi exercent, sub penis grauibus. Similiter de tutoribus, & curatoribus, quibus etiam prohibitum est, aliquid per se, vel per interpositam personam, sibi, vel alijs emere ex bonis minorum, aut pupillorum, quorum sunt tutores, aut curatores, & quia illis prohibitum, id eod illis erit illicitum, vt testantur communiter Doctores.

De iure Lusitano, patet ex nouis ordinationib. *lib. 4. tit. 15.* & ex veteribus *lib. 4. tit. 38. & 39.* ibi, Iudices, Pratores, Prouisores nostri, Auditoresque omnes, tam Ducum, quàm Comitum, eorumque officiales, veluti apparitores seu meirini, scribe, ac Cancellarij, adificare de nouo domos non possunt, nec naues, nec aliquid emere, aut vendere in locis, vbi iurisdictionem exercent præter necessaria ad victum, vel vestitum, nec prædia aut redditus conducere, nec donationes accipere, etiam rerum mobilium, à personis sua iurisdictionis, dummodo non sint sui ascendentes, aut descendentes vsque ad secundum gradum inclusiue, nam ab his poterunt. Nec etiam poterunt permuare, ac commutare, nec quidquam horum, si fiat, est validum, etiamsi, post finitam administrationem partes cum illis contrahentes de nouo consentiant, & contractus ratiificent, & etiamsi per interpositam personam hoc faciant, & postea pœnas addit, & graues quidem, veluti amissionis omnium ad fiscum Regium, & aliarum personales, quæ inibi videti poterunt.

De iure communi, patet ex *l. pupillus, §. si filius ff. de auctor. tutor. & l. finali, in fine, C. de contrah. empt. l. vnica, C. de contr. iud. l. non licet, & l. qui in off. ff. de contrah. empt.* Ementesque rem perdunt, & tenentur fisco in quadruplum, vt etiam habetur de iure Lusitano, docetque Molina *tom. 2. de iustitia, disp. 343.* Fabianus de Monte *in tract. de empt. & venditione, quest. 3. principali, num. 6.* Bobadilla *Politica, lib. 2. cap. 12. num. 34. & 60.* Caldas Pereira *consil. 34. num. 9. & de empt. & vend. cap. 8. num. 47. 60. 62. & 64.* Antonius Gomez *lege 3. Tauri, num. 124.*

De iure Regni Castellæ, patet ex *l. 5. titul. 5. part. 5. & lib. 3. noua recopilationis, tit. 6. l. 2.* docetque Gregorius Lopez *ad legem partitæ.* Simpliciter de iure Lusitano in nouis Ordinationibus loco inducto illis prohibetur, merces aliquas aliunde asportatas vendere, aut emere, vt illas reuendant in locis suæ iurisdictionis, nec per personas etiam interpositas, accommodatumve aliquid accipere. Pœna est amissio omnium mercium Regio fisco, & soluendi integrè parti, id, quod ab illa accommodatum acceperunt, & tantundem insuper fisco.

Nostræ Ordinationes expressè addunt, hoc illos non posse efficere per interpositam personam, aut personas, quæ declaratio necessaria non erat, quia, vt docent communiter Doctores, Fabianus de Monte *in tract. de empt. & venditione, quest. 3. principali, num. 10.* Menochius *cons. 322. num. 29.* Tiraquellus *de nobilit. cap. 37. num. 109.* Peregr. *de iure fisci, lib. 4. tit. 7. num. 7.* & claret ex *Authent. quibuscum. & ibi Baldus in l. hac editæ. in fine principij, C. de secund. nupt. & in l. eos, C. si certum petatur;* quando aliquis in iure prohibetur contractus facere in persona propria, consequenter prohibetur

CAPVT XIII.

An iudices, & alij publici iustitiæ ministri, tutores, & curatores licite, & valide, dum tales sunt, emere, & vendere possint aliquid de rebus pupillorum, aut in locis, vbi iurisdictionem exercent?

- 1 De iure Lusitano, communi, & Regni Castella, prohibitum est Pratoribus, & iudicibus localibus, & prouincialibus, & illorum officialibus, emere, & vendere in locis, vbi iurisdictionem exercent.
De iisdem iuribus, illis prohibetur, merces aliunde aduehere, vt iisdem in locis diuendant. *ibid.*
Qua pœna statuta sit. *ibid.*
- 2 Iura expressè addunt, & præsertim ius Lusitanum, nec per interpositas personas, id illos posse facere.
Quando aliquis contractus facere in propria persona, prohibetur, eo ipso per alias interpositas facere, prohiberi censetur. *ibid.*
- 3 De iure Regni Castella, non solum iudicibus, & pratoribus hoc prohibitum est, sed etiam familiaribus, famulisve illorum.
Sub venditionis nomine, an omnes contractus, per quos aliquid acquiritur, intelligantur. *ibid.*
- 4 Possunt tamen ex testamento aliquid acquirere, ita quod per testamentum eos heredes instituire, aut eis aliquid legare possint subditi, quorum in locis iurisdictionem habent.
Possunt etiam emere res, qua fuerunt suorum maiorum. *ibid.*
Possunt rem in pignus datam accipere.
An possint promittere, se vendituros, aut emptoros post finitum officium. *ibid.* *vers.* Et verò de iure Lusitano.
- 5 Quid, si emat à magno viro sibi subdito, qui nec negotium cum illis habet, nec illos timet.
- 6 An, si sint iudices, & Pratores perpetui, possint emere, & vendere in locis, vbi iurisdictionem habent.
Consuetudo loci, aut Prouincia, iuri scripto proualeat. *ibid.*
- 7 Quid de tutoribus, curatoribus, iudicibus orphanorum, & officialibus eorum, an hi possint emere loca minorum, aut pupillorum.
- 8 Quid de iure communi.
- 9 An, quando multi sunt tutores, & curatores, in solidum possit vnus tutor, de licentia aliorum, & iudicis decreto, emere bona pupillorum.
- 10 Et an possit per interpositam personam.
- 11 An iudices orphanorum, officiales eorum, & prouisor residuorum possint per interpositas personas, bona emere pupillorum.
- 12 Executores testamentorum, seu testamentarij, an per se, vel per alios, hoc possint efficere.
- 13 Quæ pœna incurrantur ab illis, per constitutiones diocesanas.
- 14 An testamentarij possint vendere bona defunctorum, quorum sunt testamentarij, pro solutione debitorum.
- 15 An venditio rei minorum, aut pupillorum, possit in iudicio inuaidari, si probent, fuisse alios licitatores, qui plus offerebant, & *num.* 16.

HAc de re iam egimus *lib. 1. de contractibus in communi, a cap. 13.* Hic autem solum attingemus obiter ea, quæ necessaria sunt, ne materia, de qua agimus, videatur mutila. De iure igitur Lusitano, communi, & Castellano, prohibitum est publicis ministris iustitiæ, iudicibus, Pratoribus, emere, aut vendere aliqua in terris, & Prouinciis, in quibus administrationem iustitiæ exercent, dum eam ibi exercent, sub penis grauibus. Similiter de tutoribus, & curatoribus, quibus etiam prohibitum est, aliquid per se, vel per interpositam personam, sibi, vel alij emere ex bonis minorum, aut pupillorum, quorum sunt tutores, aut curatores, & quia illis prohibitum, id eod illis erit illicitum, vt testantur communiter Doctores.

De iure Lusitano, patet ex nouis ordinationib. *lib. 4. tit. 15.* & ex veteribus *lib. 4. tit. 38. & 39.* ibi, Iudices, Pratores, Prouisores nostri, Auditoresque omnes, tam Ducum, quam Comitum, eorumque officiales, veluti apparitores seu meirini, scribe, ac Cancellarij, adificare de nouo domos non possunt, nec naues, nec aliquid emere, aut vendere in locis, vbi iurisdictionem exercent præter necessaria ad victum, vel vestitum, nec prædia aut redditus conducere, nec donationes accipere, etiam rerum mobilium, à personis sua iurisdictionis, dummodo non sint sui ascendentes, aut descendentes vsque ad secundum gradum inclusiue, nam ab his poterunt. Nec etiam poterunt permuare, ac commutare, nec quidquam horum, si fiat, est validum, etiam si, post finitam administrationem partes cum illis contrahentes de nouo consentiant, & contractus ratiificent, & etiam si per interpositam personam hoc faciant, & postea pœnas addit, & graues quidem, veluti amissionis omnium ad fiscum Regium, & alij personales, quæ inibi videti poterunt.

De iure communi, patet ex *l. pupillus, §. si filius ff. de auctor. tutor. & l. finali, in fine, C. de contrah. empt. l. vnica, C. de contr. iud. l. non licet, & l. qui in off. ff. de contrah. empt.* Ementesque rem perdunt, & tenentur fisco in quadruplum, vt etiam habetur de iure Lusitano, docetque Molina *tom. 2. de iustitia, disp. 343.* Fabianus de Monte *in tract. de empt. & venditione, quest. 3. principali, num. 6.* Bobadilla *Politica, lib. 2. cap. 12. num. 34. & 60.* Caldas Pereira *consil. 34. num. 9. & de empt. & vend. cap. 8. num. 47. 60. 62. & 64.* Antonius Gomez *lege 3. Tauri, num. 124.*

De iure Regni Castellæ, patet ex *l. 5. titul. 5. part. 5. & lib. 3. noua recopilationis, tit. 6. l. 2.* docetque Gregorius Lopez *ad legem partitæ.* Simpliciter de iure Lusitano in nouis Ordinationibus loco inducto illis prohibetur, merces aliquas aliunde asportatas vendere, aut emere, vt illas reuendant in locis suæ iurisdictionis, nec per personas etiam interpositas, accommodatumve aliquid accipere. Pœna est amissio omnium mercium Regio fisco, & soluendi integrè parti, id, quod ab illa accommodatum acceperunt, & tantundem insuper fisco.

Nostræ Ordinationes expressè addunt, hoc illos non posse efficere per interpositam personam, aut personas, quæ declaratio necessaria non erat, quia, vt docent communiter Doctores, Fabianus de Monte *in tract. de empt. & venditione, quest. 3. principali, num. 10.* Menochius *cons. 322. num. 29.* Titaquellus *de nobilit. cap. 37. num. 109.* Peregr. *de iure fisci, lib. 4. tit. 7. num. 7.* & claret ex *Authent. quibuscum. & ibi Baldus in l. hac editæ. in fine principij, C. de secund. nupt. & in l. eos, C. si certum petatur;* quando aliquis in iure prohibetur contractus facere in persona propria, consequenter prohibetur

prohibetur etiam contrahere per alios, & per personas aliorum, amicorum scilicet, propinquorum, vel affinium, & per quamlibet aliam interpositam personam, quia quamvis hæc prohibitio sit quasi pœna, & pœnæ non sint extendendæ de persona ad personas, tamen hæc persona interposita, moraliter loquendo, facit vnam personam, cum persona in cuius utilitatem sit emptio, & materialiter tantum sunt diuersæ; nam in hoc negotio attenditur tantum persona, in cuius commodum, contractus celebratur, & non persona interposita, iuxta insignem textum in l. cum dosem, ff. ad legem falcidiam imò, vt egregiè notat inductus Fabianus, ex interpositione personæ, præsumitur maior fraus, ex parte iudicum, & maius damnum, ex parte subditorum, cui leges intendunt occurrere, quod patet ex l. pupillus, §. fili, ff. de auctor. tutor. in fine. C. de contrah. empt.

3. In iure tamen Castellæ suprâ relato, additur, nec etiam familiares, seu famulos ministrorum iustitiæ, posse per se, vel per alias interpositas personas, aliquid emere, præter necessaria ad victum, & vestitum, in illo loco vbi illorum heri iurisdictionem exercent, dum eam inibi exercent, ibi, *Ni orro ninguno de su compañia.* & in hoc casu fuit necessaria hæc additio, & declaratio, nam nisi ita fieret, prohibitio facta heris, non extenderetur ad familiares, famulosve illorum, vt bene docet Gregorius Lopez ibi in verb. *de su compañia*; & ex Baldo in l. 1. C. si Reitor Prouincia, quia est lex pœnalis, quæ potius est restringenda, quàm amplianda.

Et quanuis iura solam emptionem, & venditionem prohibere videantur, tamen omne genus contractuum prohibent; neque obstat, quòd de emptione duntaxat loquantur, & nostrum ius Lusitanum, de illa, & accommodato, quia propter illius contractus frequentiam, illum in exemplum adduxerunt, non, vt alios excluderent, vt bene docet Caldas Pereira *conf. 34. num. 2.* & Pinel, l. 2. C. de rescind. vend. fol. 79. num. 13. in 2. part. cap. 1. Eadem est ratio prohibitionis in cæteris contractibus, atque in contractu emptionis, & venditionis, iuxta textum in l. principalibus, ff. si certum petatur, ibi, *Principales constitutionibus cauetur, ne hi, qui prouinciam regunt, quæ circa eos sunt, negotientur, mutuaue pecuniam dent.* Quibus sanè verbis aperte innuit Iurisconsultus generalem esse iurium dispositionem in hac parte, omnemque contractum, & negotium in prohibitione emptionis, & venditionis, comprehendere, quod verissimum esse, planè videtur.

4. Limitantur tamen omnia ista iura, & nostra lex Regia Lusitana, vt non procedant;

Primò, quando Præsides Prouinciæ, iudices, & ministri locales Regij ex testamento aliquid acquirunt, per vltimam enim voluntatem possunt eis testamento aliqua relinqui, & legari, possuntque hæredes institui; ita Cald. Pereira dicto *conf. 34. num. 3.* Auiles cap. 2. Prator. in glossa de mercaderia, num. 31. Peregr. de iure fisci, tit. 7. num. 13. Tum, quia ea iura ad contractus inter viuos, non ad acquisitionem ex vltima voluntate, respexerunt; hæc enim iure quoque erat permessa, in l. milites 9. ff. de re militari, ibi, *milites, si hæredes extiterint, possidere ibi prædia non prohibentur.* & loquitur hæc lex, tam de militibus, quàm de nobilibus Prouincias regentibus, patetque ex l. 4. ff. de decurion. ibi, *Decurio, qui prohibetur conducere, possidere ibi prædia non prohibetur, si iure successerit, in conductione.* ex quibus textibus, ait Caldas Pereira, constat, Præsides Prouinciæ, qui emere non possunt, posse testa-

Fagundes de Iustitia, &c.

mento acquirere; tum, quia aliud est emere, & vendere, & contractus celebrare, aliud, hæredem, aut legatarium institui, & iura pœnalia non extenduntur ad alios differenter casus.

Limitatur secundò, si emant res, quæ fuerunt suorum maiorum; has enim possunt præsides, & officiales, ac ministri illorum, emere à subditis suis, quia de iure communi hoc illis conceditur, & ius Lusitanum non contradicit, multum enim refert, ne bona nostrorum maiorum, extra familiam exeant, ita Cald. Pereira allegatas *num. 4.* & in l. si curatorem, verb. sua facilitate, num. 4. vers. ex prædictis, vbi id per multa iura probat, quæ adducit Matienso part. 3. dialogo 27. num. 7. Peregrin. de iure fisci, tit. 7. num. 8.

Limitatur tertio, vt possint rem in pignus datam accipere, ita Auiles cap. 2. Prator. in glossa, de mercaderia, n. 29. Caldas Pereira de empt. & vendit. cap. 8. num. 29. quia hoc etiam illis iure communi concedebatur.

Limitatur quarto, vt possint per contractum, antequam ad officium peruenirent, celebratum, pignora, & securitates alias accipere; ita Auiles dicta glossa de mercaderia, num. 39. Matienso in Dialogo Rel. part. 3. cap. 27. num. 4. Auenda. lib. 2. Prator. cap. 1. num. 13. Bobadilla Politica, lib. 3. cap. 4. num. 39.

Itaque in mente habendum est, Prætoribus prouinciarum, atque aliis iudicibus ordinariis, cæterisque officialibus temporaneis, interdiciam esse emptionem immobilium, aliosque contractus faciendi, facultatem prohibitam in locis, & prouinciis, vbi administrationem iustitiæ habuerint, & magistratum gesserint; quæ sanè lex desumpta fuit ex l. non licet 46. ff. de contrah. empt. & à l. 1. de contract. iud.

Et verò dispositio iuris Lusitani, non solum procedit in venditione, sed etiam in promissione de re vendenda, Præsidi, & illorum officialibus facta, vt bene animaduertit Caldas Pereira præfato *conf. 34. num. 10.* Decius *conf. 502. col. 1.* Tum, quia prohibito vtro, censentur prohiberi omnia alia, per quæ peruenitur ad illud; sic, prohibito matrimonio, censentur prohibita sponsalia, & promissiones ad illatum, quia ex hac promissione de vendendo, nisi venditio prohibeatur, acquirunt ministri iustitiæ ius agendi ad interesse, sicut acquirunt reliqui omnes promissarij, & ideo, qui promisit vendere, vel promissionem implere, vel interesse soluere, ad promissionem tenentur, ita Baldus in l. finali. C. de pact. inter emptor. lason in l. bona fidei, col. 2. ff. de eo, quod certo loco. Corneus *conf. 256. col. 2. n. 13. vol. 5.*

Dubitant tamen Doctores, an si iudices, aut Prætores emant à magno viro sibi subdito, de quo certi erant, quòd nec timeret, nec poterat timere ipsos iustitiæ ministros, nec cum illis causam aliquam haberet, cesset ratio prohibitionis, & valida sit talis venditio? Affirmat Andreas de Iernia de feudo Guardia, in vers. finali; quam opinionem approbat Paris de Puteo in tract. de Syndicatu, fol. 36. vers. contrahere. Quia lex ista est præsumptiua, & fundatur in mera præsumptione, quòd partes contrahentes, propter timorem iudicum, rem suam minoris vendant, & nisi vendant illis, vel propinquis, aut amicis illorum, damnum inferant; tum, quia cessat ratio, & causa prohibitionis, & cessante causa, cessat effectus.

Negat tamen Gregorius Lopez ad dist. leg. 5. part. 5. verb. comprar; quia licet cesset timor, respectu potentis, à quo Prætores prouinciæ emunt, adsunt tamen aliæ rationes prohibitionis, quæ tam

facile non cessabunt; deinde, quia etiam ipsi diuites, & potentes in multis egent iudicibus, & Prætoribus locorum, aut Prouinciæ & ab illis pendent. Hæc opinio Gregorij Lopez mihi placet, quia huiusmodi leges, licet acceperint occasionem à præsumptione, tamen in ordine ad finem gubernationis Reipublicæ, bonamque regimen illius, sunt directiue; ita quod ex consideratione præsumptionis, moti fuerint Principes ad prædictas leges condendas, propter bonum regimen commune suorum vasallorum, & sic magis fundarunt præfatas leges in hoc bono regimine communi, quam in ipsa præsumptione, ex qua moti fuerunt ad illas figendas, condendasque.

6. Circa intelligentiam verò nostræ Ordinationis Lusitanæ lib. 4. tit. 3. ad legis quinta Regni Castella, inferendum est ex dictis, perpetuos iudices, & Præsides, quales sunt Senatores Regij, posse validè, & licitè emere, & vendere, & contrahere, eorumque officiales, in locis, vbi iurisdictionem exercent. *Primo*, quia ita disponit l. *præsides* 34. ff. *si certum petatur*, ibi, quia perpetui sunt; per quem textum, ibi, & in lege præcedenti, ita tenent Iason in l. *principalibus*, eodem tit. num. 2. vers. 2. limit. Paris de Puteo *verb. contrahere*, fol. 86. Ripa lib. 2. *respons.* 20. num. 1. format hanc opinionem Baldus in l. *solent* §. *finali*, *quest.* 2. ff. *de officio Proconsulis*. col. 2. & loquendo specialiter de nostro iure Lusitano, ita expressè docet Caldas Pereira *consil.* 34. num. 14. probatque ex dicta leg. Regia lib. 4. tit. 38. ibi, *Inyfes temporales*; & huius sententiæ rationem optimam tradit Iason in dict. l. *principalibus*, post num. 2. limitat. 3. quia aliàs sequeretur hoc absurdum quod ipsi iudices, & officiales perpetui, perpetuo essent priuati commercio cum suis subditis; potest etiam confirmari hæc opinio ex lib. 4. nouæ Ordinationis Lusitania tit. 15. ex illis verbis, ibi, *Dum ibi iurisdictionem exercent*; quasi diceret: Alioqui, si perpetui essent, aliud esset: ita tenet etiam Battol. in l. *principalibus* eod. tit. & iterum Baldus in l. *solent*, §. *non verò*. ff. *de officio Proconsul.* Idemque dicunt de officialibus ad beuerepactum, & qui non habent tempus certum præfixum suæ, quia hi, propter incertitudinem temporis, æquiparantur perpetuis iudicibus, vt tradit Iason in dicta l. *principalibus*. col. 2. ff. *si certum petatur*. Indefinitum enim tempus æquipollet tempori perpetuo, sicut indefinita propositio æquipollet vniuersali; & ita de facto seruatur in Regno Castellæ: Auditores enim Regij perpetui passim in suis prouinciis has emptiones exercent: licet tamen Gregorius Lopez hanc consuetudinem non approbet; ac standum est consuetudine loci, aut Prouinciæ, quia iuri scripto præualet; vt ait D. Thomas 1. 2. *quest.* 97. art. 3. Canonistæ omnes in cap. *ultimo*, de consuetudinibus. Legistæ in l. *de quibus*, ff. *de legibus*. Azor tom. 1. *inst. moral.* cap. 17. *quest.* 7. Salas de legibus. *disp.* 19. *sect.* 3. num. 18. Rodriguez de *questionibus regular.* tom. 1. *quest.* 69. art. 1. vers. *secundum dictum*. Soares de *legibus* lib. 7. *cap.* 18. num. 2.

Tutores, curatores, iudices orphanorum, & scriba illorum.

7. De iure communi potest tutor rem pupilli, cuius olim fuit tutor, & modò non est, & durante etiam administratione tutelæ licitè, & validè emere; modò tamen palam, & bona fide, & cum iudicis orphanorum decreto emerit, vt docet Gama *decis.* 217. num. 2. vt quilibet alius extraneus, &

id probat ex l. *si in emptione*, §. *finali*, *verb. tutor*. ff. *de contrah. empt.* & id nos numero sequenti probauimus.

Dubium verò est, an de iure Lusitano id possint tutores efficere eadem bona fide, iudicis autoritate, & palam, id est sine fraude, & dolo, & non occultè, quia in occultis semper fraus præsumitur? Negat Gama *decis.* 217. num. 2. etiam si prædicti tutores plurimis annis tutores esse desierint, & ita iudicatum fuisse ait in sapremo Senatu Lusitanæ: propter verba ordinationis nouæ lib. 1. tit. 88. n. 29. Nec vllò vnquam tempore, quamuis tutores esse desierint: quæ verba ita clarè apponuntur, vt ait Molina tom. 1. *de iust. disput.* 224. §. *res*, quia ordinationes antiquæ hoc non ita clarè explicant; & in illis notante Gama controuersum erat, an qui aliquando fuerat tutor, posset à suo pupillo attingente iam vigintiquinque annos sub alterius adhuc potestate degente bona aliqua mobilia, aut immobilia illius emere, qua de re, variè olim iudicabatur in Regno, quam quæstionem tollit modò ordinatio noua, per illa verba, *Nullò vnquam tempore*; ibi nec poterunt habere prædicta bona per nullum titulum in tempore aliquo, quamuis tutores esse desierint, dummodo via successionis excipiatur. Subsisto tamen in verbis prædictæ ordinationis, quia postquam verba modò relata dixit, & vnum punctum affixit, per litteram maiusculam incipiens ita ait. *Attamen si vendita fuerint alia bona aliqua, postquam tutores, & curatores esse desierint, ea poterunt habere, & emere, quia tunc iam cessat præsumptio fraudis.* quæ verba planè destruunt prima antecedentia: & Gama *dict.* *decis.* 217. num. 3. fuisse pluries iudicatum in Senatu Lusitano ait valere prædictam emptionem, si plurimis annis tutores esse desierint, quia priora verba intelligenda sunt, quando sit alicui tutorei venditio existente ipso tutore. Sed planè antecedentia verba etiam dicunt, *Nullò vnquam tempore ea poterunt habere, aut emere, quamuis tutores esse desierint*, quare videntur redundare in illo. Sed qui secuti fuerint sensum priorum verborum, dicent redundare illa in secundis verbis, non in primis. Ego puto redundare in primis, & quia fuit pluries pro secundis verbis, & illorum sensu iudicatum; & quia in illis ea ratio additur, quia iam tunc cessat præsumptio fraudis: quia reuera cessat, vt consideranti patebit: intentum autem ordinationum nostrarum fuit tollere omnium omnem occasionem fraudum.

8. Pœna autem emptorum est inualiditas contractus emptionis, amissio noueni pretij æqualis, dimidium cedit accusanti, dimidium fisco. Hæc autem pœna non incurritur de iure communi, quia de iure eodem possunt tutores, & curatores bona fide, & palam emere bona suorum pupillorum tam mobilia, quam immobilia, vt præter Gamam allegatum docet Surdus de *alimentis*, tit. 8. *primi leg.* 37. num. 9. Caldas Pereira de *emphyt.* cap. 17. num. 9. Bona fide, id est, de licentia iudicis; palam, id est, non clam, nec mala fide, de quo est tex. clarus in l. *cum ipse*, C. *de contrah. empt.* & ibi glossa, §. 1. §. *finali*, ff. *de auctoritat. tutorum*. Prætores etiam, & iudices id poterant facere bona fide, & sine fraude, de licentia Imperatorum. Tota hæc doctrina est Fabiani de Monte in *tract. de empt. & vend.* *quest.* 3. *principali*, num. 6. vbi addit, ad bonam fidem pertinere etiam, quod pretium sit iustum, quod contractus utilis sit pupillo, & necessarius, aliter non dicitur tutor utiliter procurare bonam administrationem suis pupilli, quia, quando tutor munus tutoreis suscipit, iurat, se utiliter bona pupilli fore procuraturum,

16. Secunda opinio videtur probabilior, Vallasco tom. 2. consult. 109. num. 4. & aliis, qui affirmant, semper visam sibi fuisse valde iniquam, & perniciosam, & contra Reipublicæ quietem, priorem opinionem, quod venditio facta iusto pretio sub hasta publica, rescindatur, ex eo tantum, quod minor probet, tempore venditionis suorum bonorum, fuisse alium, qui pluris licitaretur, & illud lucrum amiserit, quam obtem docet *ibid.* Vallasco, non posse rescindi eam venditionem à minore, nisi probauerit, rem non fuisse venditam sub hasta, iusto, & communi pretio, vel quod eo tempore erat alius, qui plus offerebat, & exclusus fuit malitiose; vel quod dolo, & industria ementis, alij licitatores abessent. Confirmat Vallasco hanc suam opinionem, ex multis iuribus, & Doctoribus, & præcipue ex l. 45. ff. de minoribus, quæ explicat legem adductam pro prima opinione, & dicit, venditionem publicam rei minorum, tunc rescindendam esse, quum minores sunt, vel ab aliis circumuenti, vel sua facilitate decepti; ita ut id, quod habebant, aut id, quod emolumentum acquirere poterant, amiserint. Ego cum Vallasco sentio, si venditio facta fuit iusto pretio, bona fide, sine dolo, quia sunt multi malitiosi, ac maleuoli, qui minores contra emptores moueant, affirmando illis, tempore venditionis fuisse alios, qui plus offerret. Notissimi autem iuris est ex nostra ordinatione Lusitana in nouis lib. 3. §. 4. ad finem, fructus perceptos ex re vendita sub hasta publica ad emptorem pertinere, unde rescisa venditione, & venditore recuperante prædium venditum, fructus medio tempore percepti ex prædjo, emptori cedunt, ut alibi diximus, & docet Reinosus obseruat. §. 6. num. 1.

CAPVT XIV.

An venditio, quæ fit inter maritum, & uxorem, sit valida?

- 1 An venditio inter virum, & uxorem facta de rebus, quarum vterque dominium, & usum habet independentem ab alio, sit valida?
Quid, si magis sit donatio, quam venditio. *ibid.*
- 2 In quibus bonis habeant uxores usum, & dominium independentem à maritis?
- 3 Vxor an possit, sine consensu expresso mariti, aliquos contractus facere valide.
An iudex possit compellere maritum, ad præstandum hunc consensum uxori.
- 4 Quid, quando contractus celebratus sine consensu mariti, est utilis vtrique, tam marito, quam uxori.
Et quid, quando non est utilis. *ibid.*
- 5 Si maritus, & vxor simul, cum aliquo contractum celebrant, eo ipso maritus consensum illi præstat ad illum celebrandum.
Quid, si maritus uxorem negotiationi exponat. *ibid.*
- 6 Venditio rei immobilis, facta à viro, sine expresso consensu uxoris, an, & quatenus valeat.
An valeat promissio vendendi, etiam iuramento firmata, facta à marito, sine expresso consensu uxoris.
Promissio de vendendo res pupillares, sine decreto iudicis, nulla est. *ibid.*
- 7 Non procedit hoc, quando maritus, tanquam heres defuncti, rem tradit emptori, sine consensu uxoris, qui illam à viuente defuncto emeret.

Nec, quando defunctus, dum viuebat, promiserat, rem mobilem alicui venditurum. *ibid.*

Potest pupillus, sine decreto iudicis, & autoritate tutoris, rem tradere emptori, quam pater, dum vixerat, vendidit, aut vendere promisit alicui. *ibid.*

Quid, si tutor à patre sui pupilli, dum pater viuebat, rem aliquam emeret, an possit ipse tutor sua propria autoritate, rem sibi assumere. *ibid.*

8 Si maritus vendat aliquam rem immobilem sine expresso consensu uxoris, an valida sit ea venditio, aliquid in pignus pro securitate venditionis tradit.

9 Maritus potest vendere officium, sine uxoris consensu.

An, & quatenus possit vxor vendere arrhas, sine consensu viri, quas ipse illi dedit.

10 In venditionibus de iure inualidis tenentur emptores restituere venditoribus rem cum fructibus perceptis post laicam sententiam.

11 An dicta procedant, quando matrimonium est ratum, sed non est consummatum.

DE hac re iam egimus latè lib. 1. de contractibus in genere. circa quam quæ diximus, huc transferantur: hic breuiter aliqua notabimus, quæ fortè ibi defuerunt, aut non ita sunt explicata. In præsentibus igitur capite, vel possumus loqui de venditione inter virum, & uxorem, vel de venditione facta à viro, sine consensu uxoris; vtrumque obiter percutremus.

Venditio igitur facta inter virum, & uxorem de rebus, quæ sunt pleno iure viriusque, id est, quarum vnusquisque habet dominium plenum, usum, & administrationem independentem ab alio, qualia sunt bona paraphernalia uxoris, quæ ipsa habet extra dotem, & sibi reseruauit independentem à marito, dum, cum illo nupsit, valida, & licita est; quia inter virum, & uxorem, omnis contractus permissus est, etiam mutui, præter solam donationem, ut est textus in l. Aurelius, §. finali, ff. de liber. legat. docet Bartolus in l. non tantum. ff. de re iudicat. Fabianus de Monte in tract. de empt. & vend. quest. 3. principali, num. 5. Baldus aut. de donation. C. de secundis nups. neque amor ille intensus, quoad inuicem se diligunt, impedit tales contractus, aut obligationem illorum, nisi fiat venditio palliata, ita ut magis sit donatio, quam venditio; quod constabit ex paruitate pretij, & ex circumstantiis. Licet enim contractus emptionis, & venditionis, inter virum, & uxorem, prohibitus non sit, cum tamen sit in fraudem iuris impediens, & inuitantis gratuitas, & liberales donationes inter coniuges, ne mutuo amore adinuicem spoliarentur, & ne maritalis concordia pretio conciliari videatur, idè, cum venditio fit inter illos, vilis iusto pretio, ita ut maior pars donetur, quam vendatur, perinde id tunc est, ac si donatio fieret, non venditio, idè, quod hæc venditio palliata tam certè contra mentem iuris fit, ac si expressis verbis in eodem iure prohiberetur; patet ex l. non dubium, C. de legibus, & ex l. si quis donationis 38. ff. de contrah. empt. l. si sponsus 5. §. circa. ff. de donationibus inter virum, & uxorem; & perinde est nulla, atque inualida, ac si nunquam fieret, quia censetur in iure, fieri dolosè, & in fraudem iuris. ita Ant. Gomez tom. 2. variar. cap. 2. de empt. & venditione, num. 3. Ferdinand. à Mendoga de pactis, lib. 1. cap. 4. num. 38. pag. 122. col. 2. & id probat textus in dict. leg. non dubium, ibi, Non solum inutilia sed etiam profectis habeantur,

16. Secunda opinio videtur probabilior, Vallasco tom. 2. consult. 109. num. 4. & aliis, qui affirmant, semper visam sibi fuisse valde iniquam, & perniciosam, & contra Reipublicæ quietem, priorem opinionem, quod venditio facta iusto pretio sub hasta publica, rescindatur, ex eo tantum, quod minor probet, tempore venditionis suorum bonorum, fuisse alium, qui pluris licitaretur, & illud lucrum amiserit, quam obtem docet *ibid.* Vallasco, non posse rescindi eam venditionem à minore, nisi probauerit, rem non fuisse venditam sub hasta, iusto, & communi pretio, vel quod eo tempore erat alius, qui plus offerebat, & exclusus fuit malitiosè; vel quod dolo, & industria ementis, alij licitatores abessent. Confirmat Vallasco hanc suam opinionem, ex multis iuribus, & Doctoribus, & præcipuè ex l. 45. ff. de minoribus, quæ explicat legem adductam pro prima opinione, & dicit, venditionem publicam rei minorum, tunc rescindendam esse, quum minores sunt, vel ab aliis circumuenti, vel sua facilitate decepti; ita vt id, quod habebant, aut id, quod emolumentum acquirere poterant, amiserint. Ego cum Vallasco sentio, si venditio facta fuit iusto pretio, bona fide, sine dolo, quia sunt multi malitiosi, ac maleuoli, qui minores contra emptores moueant, affirmando illis, tempore venditionis fuisse alios, qui plus offerret. Notissimi autem iuris est ex nostra ordinatione Lusitana in nouis lib. 3. §. 4. ad finem, fructus perceptos ex re vendita sub hasta publica ad emptorem pertinere, vnde rescisa venditione, & venditore recuperante prædium venditum, fructus medio tempore percepti ex prædjo, emptori cedunt, vt alibi diximus, & docet Reinosus obseruat. §. 6. num. 1.

CAPVT XIV.

An venditio, quæ fit inter maritum, & uxorem, sit valida?

- 1 An venditio inter virum, & uxorem facta de rebus, quarum vterque dominium, & usum habet independentem ab alio, sit valida?
Quid, si magis sit donatio, quam venditio. *ibid.*
- 2 In quibus bonis habeant uxores usum, & dominium independentem à maritis?
- 3 Vxor an possit, sine consensu expresso mariti, aliquos contractus facere valide.
An iudex possit compellere maritum, ad præstandum hunc consensum uxori.
- 4 Quid, quando contractus celebratus sine consensu mariti, est utilis vtrique, tam marito, quam uxori.
Et quid, quando non est utilis. *ibid.*
- 5 Si maritus, & vxor simul, cum aliquo contractum celebrant, eo ipso maritus consensum illi præstat ad illum celebrandum.
Quid, si maritus uxorem negotiationi exponat. *ibid.*
- 6 Venditio rei immobilis, facta à viuo, sine expresso consensu uxoris, an, & quatenus valeat.
An valeat promissio vendendi, etiam iuramento firmata, facta à marito, sine expresso consensu uxoris.
Promissio de vendendo res pupillares, sine decreto iudicis, nulla est. *ibid.*
- 7 Non procedit hoc, quando maritus, tanquam heres defuncti, rem tradit emptori, sine consensu uxoris, qui illam à viuento defuncto emeret.

Nec, quando defunctus, dum viuebat, promiserat, rem mobilem alicui venditurum. *ibid.*

Potest pupillus, sine decreto iudicis, & autoritate tutoris, rem tradere emptori, quam pater, dum vixerat, vendidit, aut vendere promisit alicui. *ibid.*

Quid, si tutor à patre sui pupilli, dum pater viuebat, rem aliquam emeret, an possit ipse tutor sua propria autoritate, rem sibi assumere. *ibid.*

8 Si maritus vendat aliquam rem immobilem sine expresso consensu uxoris, an valida sit ea venditio, aliquid in pignus pro securitate venditionis tradit.

9 Maritus potest vendere officium, sine uxoris consensu.

An, & quatenus possit vxor vendere arrhas, sine consensu viri, quas ipse illi dedit.

10 In venditionibus de iure inualidis tenentur emptores restituere venditoribus rem cum fructibus perceptis post laicam sententiam.

11 An dicta procedant, quando matrimonium est ratum, sed non est consummatum.

DE hac re iam egimus latè lib. 1. de contractibus in genere. circa quam quæ diximus, huc transferantur: hic breuiter aliqua notabimus, quæ fortè ibi defuerunt, aut non ita sunt explicata. In præsentibus igitur capite, vel possumus loqui de venditione inter virum, & uxorem, vel de venditione facta à viro, sine consensu uxoris; vtrumque obiter percutremus.

Venditio igitur facta inter virum, & uxorem de rebus, quæ sunt pleno iure viriusque, id est, quarum vnusquisque habet dominium plenum, usum, & administrationem independentem ab alio, qualia sunt bona paraphernalia uxoris, quæ ipsa habet extra dotem, & sibi reseruauit independentem à marito, dum, cum illo nupsit, valida, & licita est; quia inter virum, & uxorem, omnis contractus permissus est, etiam mutui, præter solam donationem, vt est textus in l. Aurelius, §. finali, ff. de liber. legat. docet Bartolus in l. non tantum. ff. de re iudicat. Fabianus de Monte in tract. de empt. & vend. quest. 3. principali, num. 5. Baldus aut. de donation. C. de secundis nups. neque amor ille intensus, quoad inuicem se diligunt, impedit tales contractus, aut obligationem illorum, nisi fiat venditio palliata, ita vt magis sit donatio, quam venditio; quod constabit ex paruitate pretij, & ex circumstantiis. Licet enim contractus emptionis, & venditionis, inter virum, & uxorem, prohibitus non sit, cum tamen sit in fraudem iuris impediens, & inuitantis gratuitas, & liberales donationes inter coniuges, ne mutuo amore adinuicem spoliarentur, & ne maritalis concordia pretio conciliari videatur, idèd, cum venditio fit inter illos, vilis iusto pretio, ita vt maior pars donetur, quam vendatur, perinde id tunc est, ac si donatio fieret, non venditio, idèd, quæ hæc venditio palliata tam certè contra mentem iuris fit, ac si expressis verbis in eodem iure prohiberetur; patet ex l. non dubium, C. de legibus, & ex l. si quis donationis 38. ff. de contrah. empt. l. si sponsus 5. §. circa. ff. de donationibus inter virum, & uxorem; & perinde est nulla, atque inualida, ac si nunquam fieret, quia censetur in iure, fieri dolosè, & in fraudem iuris. ita Ant. Gomez tom. 2. variar. cap. 2. de empt. & venditione, num. 3. Ferdinand. à Mendoga de pactis, lib. 1. cap. 4. num. 38. pag. 122. col. 2. & id probat textus in dict. leg. non dubium, ibi, Non solum inutilia sed etiam profectis habeantur,

paterna vendere, & distrahere, sine decreto iudicis, aut autoritate tutoris, quæ pater illius ante mortem vendere promiserat, iuxta textum in l. 1. §. 1. & in l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eorum. Quæ iura decretum iudicis non desiderant, quando defunctus viuens alienauerat, quia in eo casu, ea alienatio est necessaria, non voluntaria, est enim executio obligationis illius, quam pater antea, dum vivebat, contraxit: quod latè probat Tirraquellus num. 160. pro qua sententia offert se nobis textus singularis, in l. fistulas 78. §. 1. ff. de contrah. empt. vbi tutor, qui emit à patre pupilli, cuius est tutor, dum vixerat, eo defuncto, potest sibi rem emptam sumere, absque alia solennitate iuris, quoniam præcedentem contractum exequitur, nec quidquam de nouo facit. ita Cald. Pereira citatus num. 8. ad finem.

8. Si maritus vendat aliqua bona immobilia, sine expresso vxoris consensu, quantumuis ad firmitatem venditionis, pignus, vel fideiussores, vel aliquid promittat, quod venditio secuta reddatur, adhuc est inualida; imò, quantumuis ipse se obliget ad afferendum consensum vxoris intra certum tempus sub certa pœna, inualida etiam est, & maritus talem pœnam non incurrit, si illum non afferat, quia altoqui fraudaretur lex, & tantum damnum acciperet vxor ex pœna, quantum ex venditione. quæ autem in fraudem legis sunt, non solum inuicilia, sed etiam prorsus pro infectis habentur, leg. non dubium, C. de legibus. ita Pinellus in l. prima 3. part. num. 19. C. de bonis mater. Vallascus tom. 1. consult. 83. num. 4. & 26. Cabedo decisione 31. num. 3. Barbosa leg. 1. part. 5. num. 36. ff. soluto matrim.

9. Potest tamen maritus vendere officium, sine consensu vxoris, illudque renuntiare: ita disponunt ordinationes nouæ lib. 4. tit. 48. initio; docet Molina tom. 2. de iust. disp. 345. §. de iure Lusitano. Arrhas, quas dedit maritus vxori, non potest vendere vxor, sine consensu mariti, saltem tacito, nisi à principio, eum matrimonium celebratum fuit, id in pactum vxor deduxit. Ratio est, quia vsusfructus illarum, ad virum spectat, & cum præiudicio illius, venditio valida esse non potest. Vnde inferes, venditionem illorum bonorum, in quibus vterque coniux habet vsum tantum fructum, esse inualidam, quia fieri non potest sine præiudicio alterius coniugis, nisi fiat de mutuo consensu expresso vtriusque coniugis.

10. In his venditionibus de iure inualidis post latam sententiam, qua præfata venditiones declarantur inualidæ, tenentur emptores restituere venditoribus rem cum omnibus fructibus illius perceptis à die venditionis; venditor vero tenetur restituere pretium receptum: si tamen ipsi emptores bona fide emerunt, quia ignorabant venditores esse coniugatos, aut si mulier, v. c. habuit aliquam vtilitatem pretij dati pro re vendita, quia scilicet tantum aliunde, ex re sibi, & marito communi necessario expendendam, & consumendum pro sustentatione domus, & familie, etiam si ipsi emptores coniugatos esse agnouerint venditores, tunc non tenentur præfati emptores ad restitutionem illorum fructuum, ex quibus vxor eam vtilitatem accepit; patet ex iure Lusitano, lib. 4. tit. 48. num. 4. nunquam tamen prædictum pretium præsumitur fuisse conuersum in vtilitatem vxoris, nisi à venditore probetur, vt latè probant Petrus Barbosa l. 1. ff. soluto matrimonio, part. 5. num. 38. Vallascus consult. 83. num. 7. Si tamen maritus, & vxor simul, de communi consensu, rem vendant, præsumen-

dum est, eos pretium æqualiter percepisse, & æqualiter in vtriusque vtilitatem fuisse conuersum, vt tradit Gama decisione 227. num. 3. ex Battolo consilio 114.

Quæ omnia procedunt non solum in venditionibus, & alienationibus factis sine expresso consensu vxoris post consummatum matrimonium copula carnali, sed etiam ante consummatum, ratum tamen, vt in iisdem ordinationibus num. 9. decernitur. quod dictum manet ex venditionibus, & alienationibus factis à maritis, sine consensu vxorum expresso. Idem à fortiori dicendum est de illis, quæ fiunt ab vxoribus, sine consensu virorum; nam quamuis Ordinationes Lusitanæ non loquantur, nisi de illis venditionibus, tamen, ob paritatem rationis, loquutum enim fuit ius Lusitanum, de venditionibus factis à viro, sine consensu vxoris, quia hæ frequentiores sunt in vsu.

11.

CAPVT XV.

De emptione, & venditione facta inter patrem, & filium.

1. Venditiones, & permutationes inter patres, & filios familias, prohibentur, & sunt inualide de iure Lusitano.
2. Idem de iure communi, ex quo ius Lusitanum deducum fuit.
3. Procedit dispositio iuris Lusitani, tam in venditionibus patrum, respectu filiorum familias, quam in venditionibus filiorum familias, respectu patrum.
4. Valent tamen huiusmodi contractus, inter filios, & parentes, ascendentes, & descendentes, si fiant bona fide, sine fraude, & dolo.
5. Prohibitio ista solum intelligitur, de iure communi, de filios familias existente sub potestate patris, non de iis, qui iam sunt sui iuris. Idem de iure Lusitano, & n. 16.
6. Quid Auctor in ea re sentiat?
7. Non habet hac prohibitio locum in filio spurio.
8. Quid de iure Regni Castellæ, tenendum sit.
9. Si bona patris, post latam sententiam, pro debito capiantur, aut publice vendantur, potest filius familias valide ea emere.
10. Pater executor testamenti alicuius, non potest vendere bona defuncti, filio, nec ea sibi emere.
11. An per interpositam personam id fieri possit.
12. An mutuum possit contrahi inter patres, & filios familias, & an dari contractus locationis fructuum.
13. An possit dari valida venditio inter filium familias prioris matrimonij, cum patre, & vxore secundi.
14. Quid, si pater donet filio familias aliquid pro solutione alicuius debiti, quod ei debeat.
15. Venditio facta à patre filio familias, palam, & bona fide, sine fraude, & dolo, valet pro foro conscientie.
16. Quid de equali, & inequali permutatione, si fiat inter patrem, & filium familias.

DE venditione inter patrem, & filium, circa bona castrensia, quasi castrensia, adnecititia, & profectitia, egimus lib. 1. de contractibus, in communi, cap. 14. quem locum vide; hic breuiter pauca, & quæ postea occurrerunt, attingemus.

paterna vendere, & distrahere, sine decreto iudicis, aut autoritate tutoris, quæ pater illius ante mortem vendere promiserat, iuxta textum in l. 1. §. 1. & in l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eorum. Quæ iura decretum iudicis non desiderant, quando defunctus viuens alienauerat, quia in eo casu, ea alienatio est necessaria, non voluntaria, est enim executio obligationis illius, quam pater antea, dum vivebat, contraxit: quod latè probat Tirraquellus num. 160. pro qua sententia offert se nobis textus singularis, in l. fistulas 78. §. 1. ff. de contrah. empt. vbi tutor, qui emit à patre pupilli, cuius est tutor, dum vixerat, eo defuncto, potest sibi rem emptam sumere, absque alia solennitate iuris, quoniam præcedentem contractum exequitur, nec quidquam de nouo facit. ita Cald. Pereira citatus num. 8. ad finem.

8. Si maritus vendat aliqua bona immobilia, sine expresso vxoris consensu, quantumuis ad firmitatem venditionis, pignus, vel fideiussores, vel aliquid promittat, quod venditio secuta reddatur, adhuc est inualida; imò, quantumuis ipse se obliget ad afferendum consensum vxoris intra certum tempus sub certa pœna, inualida etiam est, & maritus talem pœnam non incurrit, si illum non afferat, quia altoqui fraudaretur lex, & tantum damnum acciperet vxor ex pœna, quantum ex venditione. quæ autem in fraudem legis sunt, non solum inuicta, sed etiam prorsus pro infectis habentur, leg. non dubium, C. de legibus. ita Pinellus in l. prima 3. part. num. 19. C. de bonis mater. Vallascus tom. 1. consult. 83. num. 4. & 26. Cabedo decisione 31. num. 3. Barbosa leg. 1. part. 5. num. 36. ff. soluto matrim.

9. Potest tamen maritus vendere officium, sine consensu vxoris, illudque renuntiare: ita disponunt ordinationes nouæ lib. 4. tit. 48. initio; docet Molina tom. 2. de iust. disp. 345. §. de iure Lusitano. Arrhas, quas dedit maritus vxori, non potest vendere vxor, sine consensu mariti, saltem tacito, nisi à principio, eum matrimonium celebratum fuit, id in pactum vxor deduxit. Ratio est, quia ususfructus illarum, ad vitum spectat, & cum præiudicio illius, venditio valida esse non potest. Vnde inferes, venditionem illorum bonorum, in quibus vterque coniux habet usum tantum fructum, esse inualidam, quia fieri non potest sine præiudicio alterius coniugis, nisi fiat de mutuo consensu expresso vtriusque coniugis.

10. In his venditionibus de iure inualidis post latam sententiam, qua præfata venditiones declarantur inualidæ, tenentur emptores restituere venditoribus rem cum omnibus fructibus illius perceptis à die venditionis; venditor vero tenetur restituere pretium receptum: si tamen ipsi emptores bona fide emerunt, quia ignorabant venditores esse coniugatos, aut si mulier, v. c. habuit aliquam vtilitatem pretij dati pro re vendita, quia scilicet tantum aliunde, ex re sibi, & marito communi necessario expendendam, & consumendum pro sustentatione domus, & familie, etiam si ipsi emptores coniugatos esse agnouerint venditores, tunc non tenentur præfati emptores ad restitutionem illorum fructuum, ex quibus vxor eam vtilitatem accepit; patet ex iure Lusitano, lib. 4. tit. 48. num. 4. nunquam tamen prædictum pretium præsumitur fuisse conuersum in vtilitatem vxoris, nisi à venditore probetur, vt latè probant Petrus Barbosa l. 1. ff. soluto matrimonio, part. 5. num. 38. Vallascus consult. 83. num. 7. Si tamen maritus, & vxor simul, de communi consensu, rem vendant, præsumen-

dum est, eos pretium æqualiter percepisse, & æqualiter in vtriusque vtilitatem fuisse conuersum, vt tradit Gama decisione 227. num. 3. ex Battolo consilio 114.

Quæ omnia procedunt non solum in venditionibus, & alienationibus factis sine expresso consensu vxoris post consummatum matrimonium copula carnali, sed etiam ante consummatum, ratum tamen, vt in iisdem ordinationibus num. 9. decernitur. quod dictum manet ex venditionibus, & alienationibus factis à maritis, sine consensu vxorum expresso. Idem à fortiori dicendum est de illis, quæ fiunt ab vxoribus, sine consensu virorum; nam quamuis Ordinationes Lusitanæ non loquantur, nisi de illis venditionibus, tamen, ob paritatem rationis, loquutum enim fuit ius Lusitanum, de venditionibus factis à viro, sine consensu vxoris, quia hæ frequentiores sunt in vtu.

11.

CAPVT XV.

De emptione, & venditione facta inter patrem, & filium.

1. Venditiones, & permutationes inter patres, & filios familias, prohibentur, & sunt inualidæ de iure Lusitano.
2. Idem de iure communi, ex quo ius Lusitanum deducum fuit.
3. Procedit dispositio iuris Lusitani, tam in venditionibus patrum, respectu filiorum familias, quam in venditionibus filiorum familias, respectu patrum.
4. Valent tamen huiusmodi contractus, inter filios, & parentes, ascendentes, & descendentes, si fiant bona fide, sine fraude, & dolo.
5. Prohibitio ista solum intelligitur, de iure communi, de filios familias existente sub potestate patris, non de iis, qui iam sunt sui iuris. Idem de iure Lusitano, §. n. 16.
6. Quid Auctor in ea re sentiat?
7. Non habet hæc prohibitio locum in filio spurio.
8. Quid de iure Regni Castellæ, tenendum sit.
9. Si bona patris, post latam sententiam, pro debito capiantur, aut publice vendantur, potest filius familias validè ea emere.
10. Pater executor testamenti alicuius, non potest vendere bona defuncti, filio, nec ea sibi emere.
11. An per interpositam personam id fieri possit.
12. An mutuum possit contrahi inter patres, & filios familias, & an dari contractus locationis fructuum.
13. An possit dari valida venditio inter filium familias prioris matrimonij, cum patre, & vxore secundi.
14. Quid, si pater donec filios familias aliquid pro solutione alicuius debiti, quod ei debeat.
15. Venditio facta à patre filios familias, palam, & bona fide, sine fraude, & dolo, valet pro foro conscientie.
16. Quid de equali, & inequali permutatione, si fiat inter patrem, & filium familias.

DE venditione inter patrem, & filium, circa bona castrensia, quasi castrensia, adnecititia, & profectitia, egimus lib. 1. de contractibus, in communi, cap. 14. quem locum vide; hic breuiter pauca, & quæ postea occurrerunt, attingemus.

huic legi. Decius *consil.* 160. col. 2. in princip. Iason *in l. osteria, §. sed si parauerit, num. 11. ff. de legat. 1.* Gozadinus *consil.* 87. num. 15. quem refert, & sequitur Flamin. *de resign. lib. 2. quest. 3. num. 40.* Surdus *de alim. tit. 9. quest. 32. num. 75.*

10. Habet tamen locum utrumque ius, commune, & Lusitanum, in patre executore testamenti alicuius: talis enim pater non potest filio suo vendere res defuncti, sicut nec eas sibi potest emere, quia pater, & filius familias unam constituunt personam: unde, si pater prohibetur ea bona emere, similiter prohibetur filius, cum sit eadem persona cum patre. ita Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 17. num. 8. in fine.* Additionator Barbosa *ad ordinationem Regiam, lib. 4. tit. 12. num. 3. pag. 24. col. 1.*

11. Unde etiam patet, nec per interpositam personam, posse patrem cum filio familias venditionem valide celebrare, quia ex personae interpositione praesumitur duplex fraus, maior quidem, quam si sine tali interpositione fieret ea venditio: praesumitur enim, imò datur expressè fraus in legem, quia ad illudendam legem, id fit, & insuper praesumitur fraus committi in alios filios familias, & sic occultè velle patrem, meliorari illum filium, cui venditio fit per interpositam personam. patet ex iis, quae diximus *cap. 13. num. 2. & cap. 14. num. 1. ad finem.* docet Menochius *consil.* 178. num. 3. & *consil.* 322. num. 29. & *de arbitrarijs casu 459. num. 2.* Reginald. *in praxi fori pauit. lib. 25. num. 260.* Farinacius *p. 4. decis. 140. num. 7.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 17. num. 8.* Mascard. *concl. 8. & 15. num. 43. & concl. 12. 16. num. 10. 1.*

12. Ex ratione, in qua fundatur lex ista Lusitana, non potest etiam inter patrem, & filium familias, contrahi mutuum; nec etiam pater poterit filio locare fructus rerum suarum; locatio enim habet vicem emptionis, & pro ea soluitur gabel'la, ut supra vidimus; in mutuo etiam ratio fraudis procedit, & reperiri potest, quae reperitur in venditione. ita additionator Barbosa *ad ordinationem Regiam, lib. 4. tit. 12. num. 4. pag. 24.* Ant. Gom. *l. 9. Tauri, num. 39.*

13. Imò non potest etiam venditionem contrahere filius familias prioris matrimonij, cum patre, & uxore secundi matrimonij, ut docet *ibid.* praedictus additionator *num. 5.* eo quòd non valet talis contractus pro dimidia uxoris parte: fraudatur enim maritus fructibus rei venditae, & filiis prioris matrimonij, praesudicium resultat.

14. Similiter, si pater filio familias praedium, vel agrum donet pro solutione alicuius pecuniae, quam ei debeat, non erit valida talis datio, quia datio in solutum, habent vicem venditionis, & in rei veritate, venditio est, non donatio, quae venditio directè, & propriè prohibetur in lege, & iure, de quo agimus: ita Viuius *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 26. num. 155.* Gama *decis. 295.* Gutierrez *pract. lib. 2. quest. 157.* Menochius *de arbitrarijs casu 171. num. 51.* Mexia *in tract. taxa panis, col. 1. à num. 173.* Mascardus *de probationibus, conclus. 142. num. 4. & alij.*

15. At tamen Rebellus *2. part. de obligat. iustitia, lib. 2. quest. finali. num. 16.* si venditio ipsa sit aequalis, facta à patre filio familias, palam, & sine fraude, sed bona fide; etiamsi non sit facta de facultate Regis, aut de consensu aliorum fratrum familias, & cohaerendum, esse validam in foro conscientiae, quia forum conscientiae, est tribunal veritatis, & fundatur in veritate, non in praesumptione fraudis, in qua fundatur dispositio, ac prohibitio dictae legis Lusitanae, quae opinio mihi probatur.

16. Illud verò animaduertendum est in principio praefatae, inductaeque legis Regiae *lib. 4. tit. 12.* ad illa verba illius: *Nec similiter faciat pater cum praedictis filiis, permutationem, qua inaequalis sit.* vetati in ista lege venditionem pro foro externo, etiam aequalem; non vetari verò permutationem aequalem tantum, quod latè prosequitur in simili Tirac. *de retract. lig. tit. 1. §. 30 glossa 1. num. 28.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 3. num. 24.* Addit tamen Caldas Pereira *ibi* (& non malè) in foro externo non prohiberi venditionem inter patrem, & filium familias factam pro aequali pretio, sine fraude, & bona fide, sicut non prohibetur permutatio, quod deducit ex verbis relatis huius legis, quia eadem est ratio de venditione, & permutatione, ut patet, & perinde esse, dicere legislatorem; *Nec similiter faciat pater cum filiis, permutationem, qua inaequalis sit;* ac dicere: *Nec similiter faciat venditionem, & permutationem, qua inaequalis sit.* quae illius ampliatio, & interpretatio, non mihi displicet; imò placet.

CAPVT XVI.

Quae res vendi possint, vel non possint. Homo liber, an vendi queat; an quis vendere suam industriam possit? Agitur de venditione chirographorum, seu schedularum librantiae. Quæritur, an ille, cui res vendenda traditur pro decem, possit sibi assumere id, pro quo plus vendidit?

- 1 Suam industriam potest quis vendere, & locare.
- 2 Homo liber, an vendi possit.
An ille, cui aliquid tradidisti, ut tibi venderet, possit aliquid sibi retinere, ex pretio. ibid.
- 3 Quid, si venditori dicas, si tibi dederint decem pro hac re, dabis illam, & illi duodecim fuerint data, an possit retinere sibi illa duo.
Refertur prima opinio, docens non posse. ibid.
- 4 Refertur secunda, asserens, posse non solum illa duo, sed etiam quidquid amplius datum fuerit, sibi retinere.
Prima opinio pravalet. ibid.
- 5 Quid, si ille rem pretio sibi à domino rei indicato emat, & postea pluri vendat; & quid, si famulus sit?
- 6 Quid, si ei nulla merces pro labore venditionis, data, vel promissa fuerit.
Et quid, si dixit se id gratis facturum.
- 7 Quid, si iussus fuit vendere rem in loco, & vendidit in alio pluri.
- 8 An famuli ementes euntes ad aliquam officinam, in qua eis res aequè bona venditur minoris, ut assuescant ibi emere, possunt sibi retinere maius, pro quo eandem rem in alia officina erant empturi.
- 9 Vivum chirographum continens debitum in tempore futurum in eo assignatum, soluendum, possit licitè nunc anticipatè minori pretio, quam contineat, emi.
- 10 Quid, si solutio in tempore futuro soluenda, sit ambigua, aut difficilis?

11 Quid,

huic legi. Decius *consil.* 160. col. 2. in princip. Iason *in l. osteria, §. sed si parauerit, num. 11. ff. de legat. 1.* Gozadinus *consil.* 87. num. 15. quem refert, & sequitur Flamin. *de resign. lib. 2. quest. 3. num. 40.* Surdus *de alim. tit. 9. quest. 32. num. 75.*

10. Habet tamen locum utrumque ius, commune, & Lusitanum, in patre executore testamenti alicuius: talis enim pater non potest filio suo vendere res defuncti, sicut nec eas sibi potest emere, quia pater, & filius familias unam constituunt personam: unde, si pater prohibetur ea bona emere, similiter prohibetur filius, cum sit eadem persona cum patre. ita Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 17. num. 8. in fine.* Additionator Barbosa *ad ordinationem Regiam, lib. 4. tit. 12. num. 3. pag. 24. col. 1.*

11. Unde etiam patet, nec per interpositam personam, posse patrem cum filio familias venditionem valide celebrare, quia ex personae interpositione praesumitur duplex fraus, maior quidem, quam si sine tali interpositione fieret ea venditio: praesumitur enim, imò datur expressè fraus in legem, quia ad illudendam legem, id fit, & insuper praesumitur fraus committi in alios filios familias, & sic occultè velle patrem, meliorari illum filium, cui venditio fit per interpositam personam. patet ex iis, quae diximus *cap. 13. num. 2. & cap. 14. num. 1. ad finem.* docet Menochius *consil.* 178. num. 3. & *consil.* 322. num. 29. & *de arbitrarijs casu 459. num. 2.* Reginald. *in praxi fori pauit. lib. 25. num. 260.* Farinacius *p. 4. decis. 140. num. 7.* Caldas Pereira *de empt. & vendit. cap. 17. num. 8.* Mascard. *concl. 8. & 15. num. 43. & concl. 12. 16. num. 10. 1.*

12. Ex ratione, in qua fundatur lex ista Lusitana, non potest etiam inter patrem, & filium familias, contrahi mutuum; nec etiam pater poterit filio locare fructus rerum suarum; locatio enim habet vicem emptionis, & pro ea soluitur gabel'la, ut supra vidimus; in mutuo etiam ratio fraudis procedit, & reperiri potest, quae reperitur in venditione. ita additionator Barbosa *ad ordinationem Regiam, lib. 4. tit. 12. num. 4. pag. 24.* Ant. Gom. *l. 9. Tauri, num. 39.*

13. Imò non potest etiam venditionem contrahere filius familias prioris matrimonij, cum patre, & uxore secundi matrimonij, ut docet *ibid.* praedictus additionator *num. 5.* eo quòd non valet talis contractus pro dimidia uxoris parte: fraudatur enim maritus fructibus rei venditae, & filiis prioris matrimonij, praedictum resultat.

14. Similiter, si pater filio familias praedium, vel agrum donet pro solutione alicuius pecuniae, quam ei debeat, non erit valida talis datio, quia datio in solutum, habent vicem venditionis, & in rei veritate, venditio est, non donatio, quae venditio directè, & propriè prohibetur in lege, & iure, de quo agimus: ita Viuius *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 26. num. 155.* Gama *decis. 295.* Gutierrez *pract. lib. 2. quest. 157.* Menochius *de arbitrarijs casu 171. num. 51.* Mexia *in tract. taxa panis, col. 1. à num. 173.* Mascardus *de probationibus, conclus. 142. num. 4. & alij.*

15. At tamen Rebellus *2. part. de obligat. iustitia, lib. 2. quest. finali. num. 16.* si venditio ipsa sit aequalis, facta à patre filio familias, palam, & sine fraude, sed bona fide; etiamsi non sit facta de facultate Regis, aut de consensu aliorum fratrum familias, & cohaerendum, esse validam in foro conscientiae, quia forum conscientiae, est tribunal veritatis, & fundatur in veritate, non in praesumptione fraudis, in qua fundatur dispositio, ac prohibitio dictae legis Lusitanae, quae opinio mihi probatur.

16. Illud verò animaduertendum est in principio praefatae, inductaeque legis Regiae *lib. 4. tit. 12.* ad illa verba illius: *Nec similiter faciat pater cum praedictis filiis, permutationem, qua inaequalis sit.* vetati in ista lege venditionem pro foro externo, etiam aequalem; non vetari verò permutationem aequalem tantum, quod latè prosequitur in simili Tirac. *de retract. lig. tit. 1. §. 30 glossa 1. num. 28.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 3. num. 24.* Addit tamen Caldas Pereira *ibi* (& non malè) in foro externo non prohiberi venditionem inter patrem, & filium familias factam pro aequali pretio, sine fraude, & bona fide, sicut non prohibetur permutatio, quod deducit ex verbis relatis huius legis, quia eadem est ratio de venditione, & permutatione, ut patet, & perinde esse, dicere legislatorem; *Nec similiter faciat pater cum filiis, permutationem, qua inaequalis sit;* ac dicere: *Nec similiter faciat venditionem, & permutationem, qua inaequalis sit.* quae illius ampliatio, & interpretatio, non mihi displicet; imò placet.

CAPVT XVI.

Quae res vendi possint, vel non possint. Homo liber, an vendi queat; an quis vendere suam industriam possit? Agitur de venditione chirographorum, seu schedularum librantiae. Quæritur, an ille, cui res vendenda traditur pro decem, possit sibi assumere id, pro quo plus vendidit?

- 1 Suam industriam potest quis vendere, & locare.
- 2 Homo liber, an vendi possit.
An ille, cui aliquid tradidisti, ut tibi venderet, possit aliquid sibi retinere, ex pretio. ibid.
- 3 Quid, si venditori dicas, si tibi dederint decem pro hac re, dabis illam, & illi duodecim fuerint data, an possit retinere sibi illa duo.
Refertur prima opinio, docens non posse. ibid.
- 4 Refertur secunda, asserens, posse non solum illa duo, sed etiam quidquid amplius datum fuerit, sibi retinere.
Prima opinio pravalet. ibid.
- 5 Quid, si ille rem pretio sibi à domino rei indicato emat, & postea plura vendat; & quid, si famulus sit?
- 6 Quid, si ei nulla merces pro labore venditionis, data, vel promissa fuerit.
Et quid, si dixit se id gratis facturum.
- 7 Quid, si iussus fuit vendere rem in loco, & vendidit in alio plura.
- 8 An famuli ementes euntes ad aliquam officinam, in qua eis res aequè bona venditur minoris, ut assuescant ibi emere, possunt sibi retinere maius, pro quo eandem rem in alia officina erant empturi.
- 9 Vivum chirographum continens debitum in tempore futurum in eo assignatum, soluendum, possit licitè nunc anticipatè minori pretio, quam contineat, emi.
- 10 Quid, si solutio in tempore futuro soluenda, sit ambigua, aut difficilis?

11 Quid,

- 11 *Quid, si non sit ambigua, nec difficultatem habeat in recuperatione, & solutione, & n. 12. Refertur prima sententia, asserens, adhuc posse minoris emi. ibid.*
 13 *Refertur secunda, negans.*
 14 *Iudicium Authoris.*
 15 *Soluntur argumenta secundæ opinionis, si prima magis placuerit, quæ tamen minus probabilis est, comparatione secundæ, & n. 16.*
 17 *An ille debitor, qui in die sancti Iohannis, illud est solutus, possit nunc anticipatè minori pretio, quam contineat emere, & n. 18.*

1. **M**VLTÆ sunt res, de quibus dubitari potest, an licitè vendi, & emi possint, quas in titulis capitum sequentium perstringemus, multaque dubia non inutilia resoluemus obiter, quorum cognitio necessariam postulabat explanationem. Illud in primis certum est, posse quemlibet vendere suam industriam, operamque, seu locare; locatio enim, venditio quædam est, licet impropria, & ad tempus: dico, improprie, quia venditio proprie est rei distinctæ à persona; locatio verò industriæ, est venditio alicuius actionis personalis; unde proprie definitur locatio, nuda conventio faciendi, fruendique aliquo pro certo pretio, seu mercede: ita Natta *conf. 49. num. 7.* Iulius Clarus *lib. 4. sent. §. emphyteusis. quest. 2. vers. Et aduerse.* Britto *de conducto, & locato. pag. 9. col. 4. num. 2.* In qua definitione primò ponitur *conventio faciendi*, postea, *fruendi*, quia propriissimè locatio personam, seu personæ industriam respicit; venditur verò, seu locatur hæc personalis industria, quia est pretio æstimabilis, & quidquid est pretio æstimabile, vendibile est.

2. Homo liber vendi non potest. Duobus tamen modis potest contingere, ut homo liber vendatur, vel ab eo, qui ignorabat, illum esse liberum, vel ab eo, qui sciebat, illum liberum, & tanquam seruum vendidit. Qui vendit hominem liberum, tanquam seruum, putans, & sciens, illum esse liberum, tenetur emptori de pretio, & de omni interesse lucri cessantis, & damni emergentis, & venditio est nulla ipso iure. Si autem bona fide vendidit, putans, illum esse seruum; venditio est nulla, ubi constiterit de veritate, & tenetur venditor rescindere contractum, & reddere emptori suum pretium, non tamen tenetur de interesse lucri cessantis, nec damni emergentis: ita Molina *tom. 2. de iust. disp. 340. §. Homo liber.* Antonius Gomez *tom. 2. variarum. cap. 2. de empr. & vend. num. 50.* & habetur §. ultimo, *Instit. de rerum diuisione.* docet etiam Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 13. n. 19.*

Sed iam emergit hic dubitatio valde ordinaria; ea autem est: An ille, cui aliquid tradidisti, ut tibi venderet, possit aliquid retinere ex pretio, v. c. Dediti Petro pallium tuum, ad vendendum illud, eique dixisti: Si tibi dederint decem aureos pro illo, dabis illud; Petrus vendidit pro duodecim, quaeritur, an possit sibi retinere illa duo: an teneatur illa restituere domino pallij? Et antè, quàm respondeam, aduerter, illum, cui pallium traditum fuit, vel posse esse famulum illius, qui ei pallium vendendum tradidit, vel posse esse personam certo pretio sibi promisso conductam ad eam venditionem faciendam; vel amicum, qui nullo pretio ad id fuit conductus, sperabat tamen pretium sui laboris; vel nullum præmium sperabat, imò se obrulit ad id faciendum gratis; vel cum se obrulit ad id faciendum, tacuit, quòd facturus erat id gratis, & animus illius erat, ut sibi inde de suo labore com-

Fagundez. de Iustitia, &c.

pensaret, ita ut crederet dominus pallij, illum, propter se, id facturum gratis, & animus vendentis erat, ita facere propter eum, ut sibi tamen, de suo labore, compensaret ex pretio. His animadu-

uerfis, respondeo primò, partitam esse opinionem, circa illum, cui pallium fuit traditum, ad illud vendendum, eique dictum fuit, si tibi dederint decem, dabis illud.

Prima docet, non posse illum in conscientia retinere duo illa, aut plus, si pro duodecim vendidit, vel plus illud dedit, sed teneri in conscientia, illa duo, vel illud plus, pro quo vendidit, restituere domino pallij. Ratio, & fundamentum huius opinionis, est, quia nullus apparet titulus, ob quem id retinere possit, quique hanc retentionem iustificet; non ratione rei venditæ, quia non erat sua; non ratione laboris, quia non tanto pretio labor ille æstimabatur, ut suppono. iam verò, si erat famulus, pretium laboris deducere non poterat. Idem, si non erat famulus, & certum quid ei promissum fuit pro labore, id enim tantum retinere poterit, si sibi non fuit solum, & non amplius; non, quia ei dictum fuerit à domino: si tibi dederint decem, dabis illud, quia dominus expressit minimum pretium, non spreuit maximum, si venderetur plus, nec res sic vendenda traditur pro decem, quasi dominus illius nolit habere duodecim, aut plus, si plus venderetur. ita docet Sylvester *verb. emprio. num. 25. quest. 24.* Molina *tom. 2. disp. 363.* Archidiaconus, Faber, & Iason *in §. actionum. Instit. de actionibus.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 18. num. 136.*

Secunda asserit, venditorem sibi acquirere totum illud plus, pro quo vendidit ultra pretium sibi à domino pallij, assignatum, deducto pretio respondente æstimationi laboris, quem posuit, si non erat famulus, & non obstante salario dato pro famulatu, si famulus erat. ita summa Angelica, quam citat Sylvester. Ratio summa, est, quia dominus determinauit pretium, & dedit rem illam, ut venderetur pro illo, & totum illud plus est fructus industriæ vendentis, quæ nihil pertinet ad dominum pallij; addit tamen Angelus, si dominus daret pallium, ut simpliciter venderetur, non designando pretium, nec dicendo, si tibi dederint decem, dabis illud, tunc non posse venditorem, illud plus, pro quo vendidit, retinere. Verum prima opinio præualet, & ista Angeli, non est Angelica, valde quippe infirma est, ac debilis. Quia, quando dominus determinauit pretium, v. c. decem, id quidem fecit, ne venderetur infra, non autem, ut reiceret plus, si plus pro illo daretur intra iustum pretium. Unde eo ipso, quòd plus fuit facta venditio, totum illud plus cessit dominio pallij.

Si tamen famulus, vel ille, cui pallium vendendum traditum fuit, statim illud sibi emeret pro decem, pretiove à domino iudicato, & pretium soluat, & postea plus vendat, poterit illud plus sibi retinere, quia iusto pretio emit, & iusto quoque vendidit, & res iam facta erat sua, cum illam vendidit: nisi tamen dominus ei mandasset, ut rem venderet, quanti intra latitudinem iusti pretij posset, quo casu tenetur prius diligentiam facere, ut quanti possit, venderet: facta autem ea diligentia, poterit eam sibi vindicare pro eo pretio, quod alij obrulerunt. ita Lessius citatus *num. 137.*

Colliges hinc primò, posse illum, cui nulla merces pro labore venditionis data est à domino rei, si illam vendiderit duodecim, vel ultra pretium decem sibi indicatum, aliquid sibi retinere pro illo

K k labore

labore (imò & id etiam poterit efficere, si minoris vendat,) quantum scilicet labor ille arbitrio prudentis estimabitur, præsertim, si motus verecundia, aut reuerentia, vel metu aliquo, pretium laboris sui à domino rei non petat. Tum, quia metus ille reuerentialis, & virtus verecundia, ei nocere non debet; deinde, quia Doctores *num. 3.* allegati solum id negant, quando æstimatio illius laboris, sibi aliunde per aliam viam compensatur; cum ergo non compensatur, poterit tantum accipere, quantum prudentis arbitrio, æstimatur valor laboris illius, quem posuit: idque, quamuis dominus rei putet, venditorem sibi id gratis facere; & quamuis ipse dicat, se gratis facturum, solum enim tunc peccabit mentiendo, non contra iustitiam, sibi de suo labore satisfaciendo, nisi sit alius, qui gratis id reuera faceret; Molina tamen *tom. 2. de iust. disp. 363.* asserit, nihil istum posse in conscientia sibi retinere, si dixit, se gratis facturum, aut si dominus rei putet, illum id sibi gratis facere; quia quamuis non tenebatur gratis facere, tamen, si dominus existimet, gratis, & tanquam beneficium, id sibi ab illo fieri, dicit, non posse istum aliquid accipere, quia, dum id secretè accipit, dominus existimat, se beneficium, & gratiam accepisse, quam ex gratitudine teneretur compensare, vel beneficio aliquo, vel aliis obsequiis, & æquitas non patitur, vt vendens vtrumque commodum accipiat. Verùm hoc non obstat, & quia incertum est, an aliunde de suo habere remuneretur, & quia dominus rei putans, id sibi fieri gratis, non manet obligatus de iustitia, ad eam remunerationem, sed tantum ex gratitudine; & venditor ex iustitia sibi poterat recompen- sare, & non est bona recompenratio, nec æqualis, ea, quæ sit de certo ad incertum, & quæ mutatur de obligatione iustitiæ, in obligationem gratitudinis.

7. Illud tamen obseruandum est; si mediator iustus esset vendere in hoc loco, & vrbe, & morali diligentia posita in ea non interuenerit, qui decem, vel pretium sibi à domino indicatum offerat, tunc, si rem ad alium locum, sine iussu domini, distantem deferat, ibique rem pluris vendat, posse illum licitè, & tuta conscientia, illud plus sibi retinere, quia est fructus suæ industriæ: ita Molina *dict. tom. 2. de iustitia, disput. 363.* Nauarrus *in summa Latin. cap. 23. num. 97.* Gabriel *in 4. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 4.*

8. Solent tamen famuli, & tertie personæ, quæ mittuntur (& hic casus est frequentissimus) aliquid emere, ire in officinam mercatorum, & mercatores eis affirmare, se propter illos; eis remittere de pretio consueto, & ordinario tantum; quod ipsi mercatores faciunt, vt eos pelliciant, & attrahant ad emendum in simili casu in sua officina, vt sic plures merces vendant, & plus lucentur, ob frequentationem emptorum. v. c. valet cubitus panni æqualis coloris, & bonitatis, communiter pretio currenti in aliis officinis, viginti, mercator illum eis vendit pro decem, & nouem, eisque affirmat, se propter emptorem, illud vnum ei minuerè: quæro, an possit iste famulus, vel persona misera, illud vnum sibi retinere, affirmando domino, cubitum panni ei sterisse viginti?

Respondeo affirmatiuè. *Primo*, quia dominus, si personaliter emeret, pretio viginti emeret, imò & ipse famulus, si alibi emeret, pro viginti emeret, vnde videtur mercator vendens, de suo id ei donare, vt assuescat apud se emere, & citius suas merces expendat, plusque lucretur. *Secundo*, quia in nullo dominus damnificatur, cum merces æquè

bona sit, ac alia, quàm pro pretio viginti, in alia officina emeret, vt semper suppono; vnde non video rationem efficacem, ob quam famulos, & personas istas ad talem restitutionem adstringamus.

9. Maius dubium est, verùm debitum, seu chirographum continens debitum in tempus futurum, soluendum, possit licitè minori pretio, quàm contineat, anticipatè, id est, hodie tempore præsentis emi? Planè res hæc valde controuersa est. Et antequam illam decidam, aduerto, in primis, viuram esse, propter solam dilationem solutionis, cessante ratione lucri cessantis, vel damni emergentis huiusmodi credita minoris emere: sicut enim venditor, concessa dilatione solutionis pretij, deficiente eadem ratione lucri cessantis, & damni emergentis, nihil potest, absque vsura, accipere pro ipsa præcisa dilatione, vt est communis Doctorum opinio, quam tenet Nauarrus *in summa. Latin. cap. 17. a num. 230.* Caietanus *in summa. verb. vsura, notabili 2.* Gabriel, & D. Antoninus, quos citat Nauarrus; ita emptor horum chirographorum, deficiente ambiguitate, difficultate, & labore in recuperatione debitorum, quæ continent, tempore, quo sunt soluenda, deficienteque ratione lucri cessantis, & damni emergentis, nihil potest accipere, absque vsura, ab iis, qui illa vendunt pro ipsa præcisa solutione anticipata.

10. Hoc posito, & animaduerso, sic statuo *primò*. Si solutio debitorum, vel chirographorum, difficilis est, vel ambigua, vel cum labore, & molestiis obtinenda, licitè, & iustè poteris, ob solas has difficultates, absque alia ratione lucri cessantis, & damni emergentis, minori pretio emere, quàm contineant, tanti, quanti ex difficultates arbitrio prudentis, æstimantur; & quò maiores fuerint difficultates, eo minori pretio emi possunt. Ratione etiam lucri cessantis, & damni emergentis, minori quoque emere poteris prædicta chirographa. ita Lessius *tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 21. dubit. 18. num. 65.* Nauarrus *cap. 17. num. 231.* Caietanus *in summa. verb. vsura, notabili 2.* Gabriel *in 4. sentent. dist. 15. quest. 11. art. 3. dub. 4.* D. Antoninus *2. p. tit. 1. cap. 8. §. 3. & 4.* Medina *C. de rest. quest. 38. in fine,* & communiter Doctores. Ratio est, quia illa molestia, ambiguitas, & difficultas, & labor minuant pretium debiti, quod contineat; cur enim tantum valebit cum difficultate comparanda, quàm sine illa? Deinde, lucretum cessans, & damnum emergens, recompenari potest per diminutionem pretij rei emptæ, vt omnes fatentur, & nemo negat.

11. Totum negotium, & cardo rei, est, quando nihil horum subest; id est, quando cessat ratio lucri cessantis, & damni emergentis, & non datur difficultas aliqua, aut labor in recuperatione debiti contenti in prædictis chirographis, nec vlla ambiguitas in debitis illis contentis. An tunc possit licitè illa credita, & chirographa emi minori pretio, quàm contineant? Et hac de re, partita est opinio.

Prima asserit, si nihil horum subest, posse talia iura, & credita minoris emi (non quidem præcise pro dilatione solutionis, quia id tunc vsura erit palliata, perinde enim tunc esset, ac pro accommodatione præsentis pecuniæ, seu præsentis pretij dati, accipere illud lucretum maius, quod chirographa continent;) sed propter has rationes.

Prima, quia talia iura, & debita contenta in prædictis librantibus, seu chirographis, dum proponuntur

solent huiusmodi chirographa, & credita ad recipiendas pecunias, iam ex aliqua obligatione contracta.

16. Ad tertium respondeo in primis, negando sequelam, quia centum aurei presentes, quos modo vendit, contentos in illo chirographo, postea sibi soluendos, non excedunt iustum pretium rigorosum ipsius chirographi; unde, si quis velit eos dare pro illo, iuste poterit venditor chirographi, eos accipere. Respondeo deinde, venditorem non teneri quidquam remittere de pretio, sed posse totum debitum contentum in chirographo, exigere pro pretio ipsius chirographi, & totum accipere; unde, cum nihil teneatur remittere, nihil tenetur restituere. Hinc

17. Primò inferitur, posse ipsum debitorem, qui in die Sancti Ioannis, v. c. solutus est debitum, contentum in chirographo, vel scriptura, illud nunc anticipatè emere, soluendo illud anticipatè pro minori pretio, quam contineat, si creditor illud exponat venale, aut ab eo petat, ut illud à se emat, ut optimè docet Nauarrus inductus dict. cap. 17. num. 232. non enim ipse debet esse peioris conditionis, quam alter tertius; unde, si tertius potest, potest etiam & ipse, & hoc animadvertant Confessarij, ut sciant, quomodo se regere debeant in casibus similibus.

18. Inferitur secundò, ea iura, seu credita, vel debita contenta in his chirographis, quo plus distant à tempore solutionis, eo minùs valere, & quò maiores difficultates habent tempore recuperationis, eo etiam minùs estimari, sicut fructus terræ, qui, quò plus à perceptionis tempore distant, minùs valent iuxta estimationem omnium, unde tot, tantæque difficultates habere possunt in recuperatione, & tam difficilis poterit esse illorum solutio, ut interdum possint emi anticipatè dimidio pretio, quam contineant. Imò fieri potest, ut interdum possint emi viginti, aut triginta, si contineant centum, quod arbitrabitur prudens, prout difficultas, & ambiguitas debiti, maior, vel minor fuerit, modò ea difficultas, & incertitudo non proueniat malitiosè ex parte euentis: ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 9. num. 74. Caietanus verb. usura, ad finem in summa, & alij.

Nec obstat, quòd licet absolutè hæc credita, & chirographa recuperationem, & solutionem habeant difficillimam, respectu tamen euentis, ob favorem Principum, ministrorumque illius nullam difficultatem habeant, primò, quia id felicitas est emptoris, & illius felicitas non debet esse ei dampnosa. Secundò, quia ille favor pretio est estimabilis. Tertio, quia pretium iustum rei emptæ, pendet ex communi iudicio, & estimatione hominum absoluta, non respectu ipsius euentis, sed respectu omnium, ut iam dictum manet: ita Lessius inductus num. 76. Molina Theolog. tom. 2. disp. 361. §. illud etiam obserua. Poterunt tamen illi, qui huiusmodi chirographa habent, & vendunt, non estimare difficultatem solutionis illorum, aut incertitudinem debitorum, sed accipere totam pecuniam, quam continent, pro pretio,

si inueniant emptorem, ut dictum manet, modò emptor id non ignoret; ut patet.

patet. Quidò quòd non inueniant emptorem, tunc debent restituere, si non teneatur remittere, nihil tenetur restituere.

CAPVT XVII.

An Thesaurarij, & ministri Principum, qui huiusmodi chirographa soluere ex officio tenentur, possint illa emere minori pretio, quam contineant, & anticipatè soluere; & quid de tensis, an etiam anticipatè illas minoris emere possint?

1. Thesaurarij, & officiales Principum, an possint per se, vel per alios, emere à partibus debita, qua illis nomine Principum, tenentur soluere, pro minori pretio anticipatè soluto, quam contineant.

Non possunt illa emere à partibus, si ex dolo, & malitia, reddant solutionem difficilem. ibid.

2. Quid, si ob munera, anticipatè soluant, aliter non soluturi.

Quid si munera accipiant post decursum tempus, ne retardent solutionem. ibid.

3. Cubicularij, secretarij, & familiares Principum, quatenus possint aliquid licitè à partibus accipere, pro sollicitandis illarum negotijs, & admitteendis illis ad colloquium cum suis dominis, & num. 4. & 5.

6. Thesaurarij, & questores, si non habeant pecunias, ut omnibus partibus satisfaciunt, non possunt vendere præferentiam solutionis.

7. An possint pacisci pro aliqua pecunia cum quodam tertio, ut iste tertius emat à partibus hanc præferentiam, vel solutionem anticipatam.

8. An, & in quo, & quare peccent huiusmodi officiales, & teneantur ad restitutionem, ita paciscendo cum isto tertio.

QUESTIO contenta in titulo, est valdè ordinaria, & frequentissima, & malo consilio nonnullorum, paulatim irrepsit, sed nondum vires assequuta est; sunt enim nonnulli officiales timoratae conscientia, qui in hac re desiderant veritatem sequi. Dicam breuissimè, quod sentio in re tam difficili, de qua, & circa quam, vidi sæpiùs dubitare, an officiales Regis, & Principum, quibus, ratione officij, incumbit soluere hæc debita, possint illa anticipatè emere per se, vel per alios, minori pretio, sed tamen iusto, quam contineant. Et in hac re, statuo primò, eos, nec per se, nec per alios, posse emere minoris, debita, & credita, quæ Regis loco, ratione officij, tenentur soluere certo, statutoque tempore, quam contineant credita, vel debita soluenda, si ipsi ex malitia, & dolo suo, præbeant difficultatem in soluendo, & illa in se non habeant difficilem solutionem. ita docet Molina tom. 2. de iust. disp. 361. §. disp. 313. Nauarrus in manuali Lat. cap. 17. num. 232. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 9. Ratio est, quia ipsi, ratione officij, tenentur difficultates tollere, non ponere, ac proinde, si illas ponant, peccant contra iustitiam; quamuis enim penes ipsos sit, soluere vni potius, quam alteri parti, si debita sint æquè antiqua, & in vno tempore soluenda, tamen nullum pretium possunt accipere nec per se, nec per alios, ut hunc potius, quam illum eligant.

Animaduertes autem, interdum euenire, ut officiales

etiales Regis aliquid ex pacto, & conuentione, à partibus accipiant, non munuscula ordinaria, quæ mittuntur, vt illorum voluntatem concilient, sed ex pacto de pecunia soluenda, vt anticipatam eis faciant solutionem, quod est vfura palliata, & tenentur ad restitutionem, siue id, quod accipiunt, sit remissio alicuius partis debiti, siue quidpiam aliud; vt docet Nauarrus *in summa Lat. cap. 17. n. 245.* & Molina *tom. 2. de iust. disp. 313.* Et ratio est, quia illa anticipata solutio est mutuum virtute, & pro eo accipiunt lucrum, quapropter accipere aliquid, ob eam causam, pretio æstimabile, vfura est, cum onere restituendi danti.

Interdum verò, ne retardent solutionem iam victam, ac debitam, & ne in soluendo alios præferant, pars debiti eis remittitur, quod creditores, seu partes solent libenter offerre, vt solutio eis non retardetur; & in vtroque iniustitiam committunt huiusmodi officiales, cum onere restituendi id, quod accipiunt, vt docet Molina allegatus. Et ratio est, quia ipsi non possunt solutionem retardare, si habent bona Regis, vnde soluant, aut per ipsos stat, quominus illa habeant; imò ratione officij, tenentur in conscientia, statim debita soluere; quam ob rem contra iustitiam, & obligationem sui officij, faciunt, si prædictam debitorum solutionem retardent, ad id enim conducuntur à Rege pro stipendio, & salario eis assignato, vt bonam partibus solutionem efficiant; quam ob rem iniustitiam committunt, illam malitiosè retardantes, lucrum inde sperantes, & tenentur ad restitutionem: ita Nauarrus *in commentarijs de datis, & promissis, pro gratia, & iustitia obtinendis. n. 53.* & Molina allegatus.

3. Hinc inferitur, Cubicularios, secretarios, & alios familiares Principum, & iudicum, & Senatorum, qui ex officio tenentur, mediocri modo copiam partibus efficere, ad alloquendos dominos suos, & eisdem dominis petitiones offerre, & decreta, ac responsa reddere, nihil ab illis posse accipere, tanquam de iustitia sibi debitum, quia id tenentur gratis facere, ex officio, ad quod à dominis suis exponuntur, assignata mercede, & ad id aluntur, & vestiuntur; non est tamen negandum, posse illos aliquid accipere, si maiori, & meliori modo, arte, & industria, quam ex officio teneantur, id præstent, & frequentiora colloquia certis temporibus, partibus, cum dominis procurent, & obtineant; quod multi faciunt, instruendo, docendo, commonendoque partes, quomodo se gerere debeant, vt id, quod cupiunt, assequantur, & rogant, & instant pro breui expeditione illarum, vltra quam illorum officium postulat; & pro hoc labore, & industria, pretium, & præmium accipere possunt; est enim hoc, pretio æstimabile, vt docet Nauar. *in Comm. de datis, & promissis, allegatus n. 52.*

4. Contra verò illi, qui nolunt facere, & expedire, mediocri saltem modo, ea, ad quæ ratione officij sui tenentur, nisi eis aliquid pro labore doneatur, aut mittatur, & qui gratias à Principe factas, aut sententias, à iudice, vel iudicibus latis, nolunt expedire, publicate, aut partibus dare, donec eis ab illis aliquid doneatur, & ob id, partes, cum multa impensa demorantur, tenentur ad restitutionem, non solum impensarum, sed etiam eorum, quæ acceperunt; quia, qui causa efficax damni est, & causam damni dat, damnum dedisse videtur. Sic ipse Nauarrus inductus, & *in summa Latina, cap. 17. n. 33.* & 34. patetque ex *cap. finali. de iniurijs, & damno dato;* & in foro externo possunt hæc repeti, tanquam datum ob turpem causam.

Fagundes de iustitia, & c.

Licitum tamen illis est, donatum aliquid gratis, & liberaliter, propter bona officia, & diligentiam iam præstitam, aut præstandam, accipere ab illis, etiam, propter illam, quam ex officio præstare tenentur, non quidem tanquam debitum ex lege iustitiæ, sed tanquam remunerationem, & gratiam antidoralem eorum, quæ præstiterunt, & tanquam alleclinum voluntatis, quia iura naturalia, humana, & diuina dicunt, beneficienti benefaciendum esse, & hi officiales, beneficientes dicuntur. Enimverò etiam illi, qui debita de iustitia alteri solunt, benefacere dicuntur, si debito tempore & cum bona gratia soluant, & non solum, qui solunt, sed etiam, qui donant, benefacere similiter dicuntur; quia non solum, qui dat sua propria, sed etiam, qui dat, & diuidit bona publica, opus bonum efficit. ita Nauar. *in comment. de datis, & promissis, n. 52.* per multa iura, quæ allegat.

Redeundo ergo ad Thesaurarios, Quæstores, & publicos officiales: si ipsi non habeant pecunias, vnde omnibus statim soluant, contra iustitiam faciunt, & tenentur ad restitutionem, si vendant prælationem, & præferentiam, vel aliquid præcisè pro illa accipiant. *Primo*, quia id cedit in grauamen, & præiudicium aliorum creditorum æqualium, qui postponuntur alijs. *Secundo*, quia nec Princeps, aut Rex potest in hoc casu, absque iniustitia, cum præiudicio aliorum creditorum tempore æqualium, vnum præferre alteri; vnde, quando pecunie non sufficiunt ad soluendum omnibus sua debita, ij creditores præferendi sunt, qui tempore antiquiores sunt, aut ius prælationis habent; qui enim prior est tempore, potior est iure: quod si omnes sint æquales tempore, & nullus ius prælationis habet, diuidenda sunt pecunie æqualiter inter omnes, & facienda est solutio per partes, vt nullus grauetur, & detrimentum, aut præiudicium patiatur. ita Molina *tom. 2. de iust. disp. 313.* & bene, & communiter Doctores.

Iam verò nullo modo fieri potest, absque grauissima iniustitia, & obligatione restitutionis, vt ministri, & officiales Regum, cum quodam tertio paciscantur, vt iste tertius emat à partibus, & creditoribus, minori pretio anticipatè soluto, vt postea diuidant inter se luctum, iuxta illorum pactum, & conuentionem. *Primo*, quia manifesta fraude hoc fit: nam ipsi officiales nullum ius habent ad faciendum hoc pactum cum illo tertio. *Secundo*, quia ratione officij, tenentur tollere omnes difficultates retardantes has solutiones, & non illas augere: vt bene animaduertit Molina inductus.

Dices, videri id licitè fieri posse, ex parte creditorum, quia, cum credita illorum sint difficillimæ recuperationis, minus valent, si anticipatè ab illis vendantur: & ex parte etiam emptorum; iuxta ea, quæ supra diximus; ex parte verò officialium, videtur etiam, id licitè, & iustè fieri posse, quia se iusto negotio immiscant. Respondeo, ex parte officialium, committi iniustitiam, conueniendo, & paciscendo cum tertio, vt ea credita emant anticipatè minoris, vt postea luctum diuidant, quia illi, ita se gerendo, tacitum impedimentum ponunt partibus, in solutione suorum debitorum, cum tamen ratione officij, & salarij, quoad talem solutionem, simplicem, & sine fraude, & bona fide faciendam partibus, à Rege conducantur; vnde, cum ipsi sint iniqua, & fraudulenta causa difficilis solutionis, non possunt ius aliquod habere; ad ineundos tam iniquos, & iniustos contractus. ita Molina *dicta disput. 313. tom. 2. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21.*

Kk 3 dub 88.

dub. 8. num. 70. & dub. 9. num. 78. & ita intelligendus est Nauarrus in summ. Lat. cap. 17. num. 132. Nam quando ille ibi dixit, posse huiusmodi officiales, hæc credita à se soluenda minori pretio, anticipatè emere ab ipsis creditoribus, quia non sunt peioris conditionis, quam alij emptores, intelligendus est Nauarrus, modò illi bona fide procedant, & causæ non sint alicuius difficultatis, nec per illos detur mora aliqua in solutione, his enim cessantibus, illis ea etiam emptio permittitur, iuxta opinionem Nauarri, & Lessij relati; quamuis Molina dicit tom. 2. de iustitia, disp. 361. 6. sententia hac Nauarri, existimet, opinionem hanc Nauarri, esse omnino improbabilem, & singularem. Sed intelligendus est Molina, quando illi in causa sunt prædictarum difficultatum, non verò, quando simpliciter, & sine fraude, procedunt, vt consideranti patebit.

CAPVT XVIII.

Utrum opera, ad quæ tenemur ex iustitia, vel charitate, & ex præcepto alicuius virtutis, licitè, & validè vendi possint?

1. Status questionis tractanda.
2. Opera ad quæ ex iustitia, vel ex officio, tenemur, nec licitè, nec validè vendi possunt.
Iudex peccat contra iustitiam, aliquid accipiendo, pro ferenda iusta sententia, & tenetur ad restitutionem. *ibid.*
Non tamen tenetur restituere parti, id, quod ab illa accepit, pro ferenda iniqua, & iniusta sententia. *ibid.*
Idem, quod dictum est de iudice, dicendum est de testibus. *ibid.*
3. Quid, si iudex, vel testes corrupti fuerint, non à parte litiganti, sed à quodam tercio.
4. Virum, quando dantur duæ opiniones probabiles, possit iudex vendere, vel accipere, pro electione illius, quam sequutus fuerit; & quid, si una sit probabilis, & altera probabilior.
Refertur prima sententia, negans. *ibid.*
5. Refertur affirmans. Prima tamen est probabilior, & tenenda.
6. Doctrina tradita procedit, stando in solo iure natura.
7. An dominus directus possit ex duobus emphyteusis eiusdem gradus, pro pretio, unum eligere, & alterum relinquere; & quid de testamentario, cui à defuncto iunctum est in testamento, vt sibi in Ecclesia, quam ille voluerit eligere, capellam ædificet, an pro ista electione aliquid possint accipere, electionemque vendere.
Et quid de testamentario, cui commissa est electio capellani alicuius capelle, ad dicendas illius Missas. *ibid.*
8. Pœna imposita per leges civiles, iudicibus, & testibus, qui iniquè à partibus accipiunt; & id, quod ab illis accipiunt, restituendum est fisco post latam sententiam.
9. Sacerdos aliquid accipiens pro sacramentis ritè, & debite administrandis, tenetur in conscientia, ante ullam sententiam, illud restituere ei, qui illud sibi dedit.
10. Quatenus licitum, vel illicitum sit dare, & acci-

pere aliquid infideli, vt recipiat fidem, vel baptismum, & num. 11.

12. An sit simonia, aliquem pretio inducere ad ingressum Religionis.

13. Donare aliquid affectuè de presenti proximo, petendo ab illo, vt aliquid spirituale faciat in bonum sua anima, siue vitando peccata, siue implendo præcepta, v. c. vt cesset à peccato, vt sacramenta recipiat, aut ritè, & debite administret, non est malum, sed meritorium, & licitum.

Quid, quando Turca damnato ad mortem, offertur Baptismus: si vult vitam, an hoc sit licitum. *ibid.*

Quid, quando Christiano ad irremediabilem damnationem, offertur libertas, si Religionem ingrediatur. *ibid.*

14. Promittere aliquid alicui sub expresso pacto, & conditione, si fidem suscipiat, vel fiat Religiosus, & se obligare ad implendam hanc promissionem, relinquendo id voluntati promissarii, ita vt ille non maneat obligatus; an sit licitum.

Et quid de pacto, quod dominus facit cum seruo, de libertate ei donanda, si Religiosus fiat. *ibid.*

15. Dare, vel promittere aliquid temporale alicui, sub pacto, & conditione, vt obligatus ille maneat ad suscipiendam fidem, vel faciendam aliquid spirituale, est illicitum, & simoniacum, & num. seqq. vsque ad 18.

19. Opera, ad quæ tenemur ex voto, an vendi possint.

20. Quid de operibus, ad quæ tenemur ex obedientia Regis.

21. Quid de operibus, ad quæ tenemur ex præcepto.

AD facienda aliqua opera, multis modis, ac titulis possumus obligari, nimirum, vel ex iustitia, vel ex charitate, vel ex obedientia, vel ex præcepto alicuius virtutis, vel ex iussu, & dispositione legis; & an tunc ea opera vendibilia sint inquirimus. Incipiamus à iustitia.

Opera iustitie.

Opera, ad quæ ex iustitia tenemur, aut ex officio, nec licitè, nec validè vendere possumus: sic iudex peccat lethiferè contra iustitiam, aliquid accipiendo, pro ferenda iusta sententia, & tenetur restituere ea, quæ sic accepit. Idem dicendum est de teste, si quid accepit pro ferendo iusto testimonio. Non tamen iudex tenetur restituere parti id, quod ab illa accepit, pro ferenda iniqua sententia; nec testis, pro ferendo iniquo testimonio, quamuis grauius quidem peccent, tenetur tamen, tam iudex, quam testis, restituere ei parti, contra quam, iniquam sententiam, aut testimonium protulerunt, illud damnum, quod ei per iniquam sententiam, aut falsum testimonium, dederunt: ita communiter Doctores. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 89. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 8. num. 55. Aragonius 2. 2. quest. 75. art. 4. Petrus Nauarra lib. 4. de rest. cap. 2. num. 34. Rebellus lib. 18. quest. 10. num. 8. Toletus lib. 1. summa, cap. 21. Nauar. in summa Latin. cap. 17. num. 34. & 96. & in repet. cap. inter verb. 11. quest. 3. conclus. 6. Soares in Enchiridio casuum conscientie, lib. 5. §. cui restituendum, verb. quod accepisti, & lib. 10. §. iudicium, verb. iudex potest. Archiepiscopus Brachatenis, Hispaniarum Primas, 1. part. Decreti, disp. 45. cap. 10. num. 3. fol. 355. vbi citat multos. Azor. 3. part. lib. 4. cap. 21. quest. 6.

dub. 8. num. 70. & dub. 9. num. 78. & ita intelligendus est Nauarrus in summ. Lat. cap. 17. num. 132. Nam quando ille ibi dixit, posse huiusmodi officiales, hæc credita à se soluenda minori pretio, anticipatè emere ab ipsis creditoribus, quia non sunt peioris conditionis, quam alij emptores, intelligendus est Nauarrus, modò illi bona fide procedant, & causæ non sint alicuius difficultatis, nec per illos detur mora aliqua in solutione, his enim cessantibus, illis ea etiam emptio permissitur, iuxta opinionem Nauarri, & Lessij relati; quamuis Molina dicit tom. 2. de iustitia, disp. 361. 6. sententia hac Nauarri, existimet, opinionem hanc Nauarri, esse omnino improbabilem, & singularem. Sed intelligendus est Molina, quando illi in causa sunt prædictarum difficultatum, non verò, quando simpliciter, & sine fraude, procedunt, vt consideranti patebit.

CAPVT XVIII.

Utrum opera, ad quæ tenemur ex iustitia, vel charitate, & ex præcepto alicuius virtutis, licitè, & validè vendi possint?

1. Status questionis tractanda.
2. Opera ad quæ ex iustitia, vel ex officio, tenemur, nec licitè, nec validè vendi possunt.
Iudex peccat contra iustitiam, aliquid accipiendo, pro ferenda iusta sententia, & tenetur ad restitutionem, ibid.
Non tamen tenetur restituere parti, id, quod ab illa accepit, pro ferenda iniqua, & iniusta sententia, ibid.
Idem, quod dictum est de iudice, dicendum est de testibus, ibid.
3. Quid, si iudex, vel testes corrupti fuerint, non à parte litiganti, sed à quodam tercio.
4. Virum, quando dantur duæ opiniones probabiles, possit iudex vendere, vel accipere, pro electione illius, quam sequutus fuerit; & quid, si una sit probabilis, & altera probabilior.
Refertur prima sententia, negans, ibid.
5. Refertur affirmans. Prima tamen est probabilior, & tenenda.
6. Doctrina tradita procedit, stando in solo iure natura.
7. An dominus directus possit ex duobus emphyteusis eiusdem gradus, pro pretio, unum eligere, & alterum relinquere; & quid de testamentario, cui à defuncto iunctum est in testamento, vt sibi in Ecclesia, quam ille voluerit eligere, capellam edificet, an pro ista electione aliquid possint accipere, electionemque vendere.
Et quid de testamentario, cui commissæ est electio capellani alicuius capelle, ad dicendas illius Missas, ibid.
8. Pœna imposita per leges civiles, iudicibus, & testibus, qui iniquè à partibus accipiunt; & id, quod ab illis accipiunt, restituendum est fisco post latam sententiam.
9. Sacerdos aliquid accipiens pro sacramentis ritè, & debitè administrandis, tenetur in conscientia, ante ullam sententiam, illud restituere ei, qui illud sibi dedit.
10. Quatenus licitum, vel illicitum sit dare, & acci-

pere aliquid infideli, vt recipiat fidem, vel baptismum, & num. 11.

12. An sit simonia, aliquem pretio inducere ad ingressum Religionis.

13. Donare aliquid affectuè de presenti proximo, petendo ab illo, vt aliquid spirituale faciat in bonum sua anima, siue vitando peccata, siue implendo præcepta, v. c. vt cesset à peccato, vt sacramenta recipiat, aut ritè, & debitè administret, non est malum, sed meritorium, & licitum.

Quid, quando Turca damnato ad mortem, offertur Baptismus: si vult vitam, an hoc sit licitum, ibid.

Quid, quando Christiano ad trivemes damnato, offertur libertas, si Religionem ingrediatur, ibid.

14. Promittere aliquid alicui sub expresso pacto, & conditione, si fidem suscipiat, vel fiat Religiosus, & se obligare ad implendam hanc promissionem, relinquendo id voluntati promissarij, ita vt ille non maneat obligatus; an sit licitum.

Et quid de pacto, quod dominus facit cum seruo, de libertate ei donanda, si Religiosus fiat, ibid.

15. Dare, vel promittere aliquid temporale alicui, sub pacto, & conditione, vt obligatus ille maneat ad suscipiendam fidem, vel faciendam aliquid spirituale, est illicitum, & simoniacum, & num. seqq. usque ad 18.

19. Opera, ad quæ tenemur ex voto, an vendi possint.

20. Quid de operibus, ad quæ tenemur ex obedientia Regis.

21. Quid de operibus, ad quæ tenemur ex præcepto.

AD facienda aliqua opera, multis modis, ac titulis possumus obligari, nimirum, vel ex iustitia, vel ex charitate, vel ex obedientia, vel ex præcepto alicuius virtutis, vel ex iussu, & dispositione legis; & an tunc ea opera vendibilia sint inquirimus. Incipiamus à iustitia.

Opera iustitiæ.

Opera, ad quæ ex iustitia tenemur, aut ex officio, nec licitè, nec validè vendere possumus: sic iudex peccat lethiferè contra iustitiam, aliquid accipiendo, pro ferenda iusta sententia, & tenetur restituere ea, quæ sic accepit. Idem dicendum est de teste, si quid accepit pro ferendo iusto testimonio. Non tamen iudex tenetur restituere parti id, quod ab illa accepit, pro ferenda iniqua sententia; nec testis, pro ferendo iniquo testimonio, quamuis grauius quidem peccent, tenetur tamen, tam iudex, quam testis, restituere ei parti, contra quam, iniquam sententiam, aut testimonium protulerunt, illud damnum, quod ei per iniquam sententiam, aut falsum testimonium, dederunt: ita communiter Doctores. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 89. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 8. num. 55. Aragonius 2. 2. quest. 75. art. 4. Petrus Nauarra lib. 4. de rest. cap. 2. num. 34. Rebellus lib. 18. quest. 10. num. 8. Toletus lib. 1. summa, cap. 21. Nauar. in summa Latin. cap. 17. num. 34. & 96. & in repet. cap. inter verb. 11. quest. 3. conclus. 6. Soares in Enchiridio casuum conscientie, lib. 5. §. cui restituendum, verb. quod accepisti, & lib. 10. §. iudicium, verb. iudex potest. Archiepiscopus Brachatenis, Hispaniarum Primas, 1. part. Decreti, disp. 45. cap. 10. num. 3. fol. 355. vbi citat multos. Azor. 3. part. lib. 4. cap. 21. quest. 6.

quæst. 6. Sotus lib. 4. de iustitia, quæst. 7. art. 1. ad 2. Fundamentum est, quia tam iudex, quam testis, ex iustitia, ratione officij, tenentur hæc facere; quamvis enim testificari sit actus charitatis, tamen eo ipso, quod testis ad testificandum accedit, tenetur ex iustitia, manifestare veritatem; sicut venditor, eo ipso, quod rem venditioni exponit, ex iustitia tenetur non fallere, sed manifestare vitium rei, & bona fide vendere. *Secundo*, quia tam iudex, quam testes tenentur restituere damnum parti, cuius erat iustitia, tantum, quantum ei sua iniqua sententia, & testimonio dederunt; unde solum, & præcisè ad restitutionem huius damni tenentur.

Dices: tenentur restituere huiusmodi damnum huic parti, & insuper tenentur reddere, & restituere parti aduersæ pretium, quo corrupti sunt, quia iniquè illud acceperunt. Respondeo, non teneri; *primò*, quia censetur datum gratis, & liberaliter, ad alliciendum animum iudicis, & testium, ad eam iniustitiam iniquitatemque committendam. *Secundo*, quia meretur pars, quæ iudices, & testes corrumpit, ut non solum in amissione pretij, sed etiam, ut grauissimis aliis pœnis puniatur. *Tertiò*, & principaliter, quia, si solum ius naturæ attendamus, in quo restitutio in foro conscientie facienda fundatur, acceptum ob turpem, & iniustam causam, seu propter opus, quod est peccatum, siue sit peccatum contra iustitiam, siue contra charitatem; opere completo, non est necessariò restituendum, ut colligitur ex D. Thoma 2. 2. quæst. 32. art. 7. in corpore, & quæst. 62. art. 5. ad 2. ubi ait, posse in conscientia retineri id, quod, propter opus malum, est acceptum, opere completo. Nec distinguit inter opus malum contra iustitiam, nec contra charitatem; quod idem docet Caietanus *ibidem*, & Coartuuias ad reg. peccatum, part. 2. §. 2. quia, si iure naturæ esset restituendum, deberet restitui ei, qui dedit; huic autem non est restituendum: tum, quia in accipiendo, nulla ei facta fuit iniuria; libenter enim, & liberè dedit, pro opere, quod accipiens facere non tenebatur: tum, quia, etsi opus malum, pro quo dedit, quæ malum est, non sit pretio æstimabile; tamen, quæ delectabile, vel vtile parti danti, & qua detrimentosum, & laboriosum facienti, & accipienti, inter homines, pretio est valdè æstimabile; ergo quod hac ratione, pro eo opere faciendò, est acceptum, non est restituendum post factum opus; ante factum verò est restituendum, quia non tenetur accipiens, etiam post receptum pretium, illud facere, sed tenetur non efficere.

3. Existimant tamen Sotus, & Azor relati; si iudex, & testes corrupti fuerint contra iustitiam, pro pretio, non à parte litigante, sed à quodam tertio amico, aut affine illius, non teneri illud pretium, nec ante, nec post patratum opus, hoc est, nec ante, nec post sententiam, aut iniquum testimonium latum, restituere; quia, licet iudices, & testes teneantur ex iustitia contrarium facere, non tamen illi id faciunt, quando faciunt propter ipsam partem, sed propter illum tertium amicum, vel affinem. In quo falsi sunt. Nam, quod quisque non potest facere per se, non potest facere per alium; & quod quisque non potest facere propter vnam personam, non potest etiam efficere propter alteram; & gratia ista non tam facta est amico, & affini patris, quam ipsi parti interessenti; ad quem enim spectat interesse rei, spectat etiam gratia facta propter tale interesse, ut communiter asserunt Doctores. Et quia, quando omissio alicuius operis, secundum se est inuendibilis, etiam est inuendibilis gratia, & obsequium, propter quod fit, aut non fit, alioquin vsurarius posset

aliquid exigere, quod in gratiam Petri, det mutuum Paulo, & collator beneficij poterit à te aliquid petere, propter collationem beneficij, quod propter te alteri contulit; quod non est dicendum, ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 9. num. 67.

4. Possunt iudices, (ut suppono, & est probabilis Doctorum opinio) iudicare secundum opinionem probabilem, relicta probabiliori, & possunt etiam eligere probabiliorem, ad iudicandum secundum illam, relicta probabili. Item, stantibus duabus opinionibus æquè probabilibus, liberum est iudici, utramlibet partem in iudicando, sequi, & eligere; ut latè hæc omnia probat Sancius tom. 1. Decalogi, lib. 1. cap. 9. à num. 45. vsque ad 48. Sayrus in Clauis Reg. lib. 1. cap. 11. à num. 4. Salas 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. unica, sect. 12. num. 115. Aragonius 2. 2. quæst. 63. art. 4. & multi, quos ibi allegat Sancius. Inquiri modò, utrum iudex possit vendere hanc electionem, seu aliquid accipere pro electione opinionis, iuxta quam iudicet, sententiamve ferat? Et verò circa hoc punctum, duplicem inuenio opinionem.

Prima negat, & ait, teneri iudicem restituere id, quod accepit pro ea electione, & determinatione. ita Tannerus 2. 2. disp. 4. quæst. 6. dub. 2. num. 290. Anton. Diana tract. 5. miscellan. resolut. 55. §. sed nec istud. Vbi hanc putat probabilem; quamvis probabilem putet etiam contrariam. Ratio est, quia quamvis liberum ei sit, eligere hanc, vel illam opinionem, iuxta quam iudicat; tamen hanc electionem ille non potest vendere, quia ex iustitia, & ratione officij, tenetur se determinare, & vnam opinionem eligere, quam sequatur, tenetur enim actu proferre sententiam, quam non potest actu proferre, nisi prius eligat opinionem, iuxta quam, illam proferat.

5. Secunda opinio affirmat, posse iudicem in conscientia, illam electionem vendere, & pro ea aliquid accipere, absque ratione restitutionis; peccare tamen, ratione scandali, si id sciatur, aut publicè efficiat. hanc tenent Rodriguez 2. part. summa, cap. 10. concl. 9. Ludonicus Lopez 2. part. instruct. cap. 29. & 1. part. cap. 106. Banhes 2. 2. quæst. 62. art. 5. dub. 4. Quia potest utramlibet partem sequi, & non tenetur ad alteram se determinare; unde potest aliquid accipere, ut hanc sequatur potius, quam illam. Sed ex his opinionibus, primam multò probabiliorem iudico, propter illius fundamentum, quod te vera præualet fundamentum istius secundæ.

6. Sed hoc procedit, stando in solo iure naturæ, & in foro conscientie; nam in foro fori vetatur iudicibus, aliquid accipere pro ferendis iustis sententiis, testibus, pro iustis dicendis testimoniis; quia hoc eis, tam de iure communi, quam Lusitano, Gallico, & Regni Castellæ, grauissimis pœnis prohibitum est, ad quas non tenentur, nisi post latam sententiam, ut alibi diximus, & est commune in omnibus pœnis.

7. Quod dictum manet de iudice, idem est dicendum de domino directo, respectu emphyteusis, & de testamentario, cui commissæ est electio Capellani alicuius capellæ, & cui ex iussu defuncti, præscriptum est in illius testamento, ut in Ecclesia, vel monasterio, quod ipse testamentarius voluerit, ipsi defuncto capellam ex bonis ipsius ædificet, cum tali, vel tali obligatione Missarum; neque enim tunc, tam dominus directus, quam prædictus testamentarius pro electione emphyteutæ, si duo ascendentes, vel descendentes, aut consanguinei collaterales fuerint in eodem gradu cum ultimo

emphyteuta, & pro electione loci, in quo capella ædificanda est, aliquid pretio æstimabile possunt accipere, aut talem electionem vendere, ob eandem rationem, quia scilicet ex obligatione officij, & ex quasi contractu, eo ipso, quod vnus officium testamentarij accepit, & alter directus dominus est, tenentur se determinare, & eligere locum ad ædificandam capellam, & personam, cui renouetur emphyteusis. De testamentario patet: de domino directo, siue sit Ecclesia, siue non sit; & siue emphyteusis sit Ecclesiastica, siue sæcularis, deducitur ex Caldas Peteira *de renouat. emphyt. quest. 18 n. 22. Maranta d 8. 1. num. 31. Iulio Claro lib 4. sent. 5. emphyteusis. quest. 43. num. 2. Decius consil. 131 col. finali, vers. & quamuis, & consil. 78. vbi addit, ita sæpè fuisse iudicatum; & idem repetit consil. 47. & 49. Vallasco tom. 1. consultationum, consil. 101. num. 2. & de emphyt. quest. 43. num. 2. qui omnes asserunt, teneri directum dominum eligere, & ad id posse obligari. Ex quo consequenter sequitur, teneri quoque ex eodem officio, & virtute primi contractus, quo res fuit emphyteutata, se ad hanc renouationem, atque aded ad hanc electionem personæ, cui renouatio fiat, determinare ex iustitia, vt ex dictis patet.*

8. Quando verò prohibitum est iudicibus, & testibus, per leges humanas, sub pœna pecuniaria, vel bonorum amissionum, aliquid accipere pro ferenda sententia, aut testimonio post latam, & prolatam sententiam, coguntur eam restitutionem facere fisco Regio, non solum pœnarum, sed etiam pretij accepti, & sententia, atque testimonium ipsorum est nullum, & sic declaratur, quia ita leges disponunt; quæ pœnales cum sint, non obligant, vt dixi, in foro conscientia, ante latam sententiam; cum enim id sit turpiter, & contra leges acceptum, fisco Regio applicatur, vt docet Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 89 & alij, quos allegat; patetque ex l. penales, C. quando pronocare non est necesse, & constat ex ordinationibus nostris Lusitania, in veteribus, tit. 56. §. 5. Imò satis est, si præcesserit promissio aliqua acceptata à iudicibus, vel testibus, vt ipso iure testimonium, & sententia sint nulla, & illi ad pœnas damnentur. ita Bartolus ad finem legis vltima, C. de pœna iudicis.

9. Hinc patet ex dictis, teneri sacerdotem Parochum, in conscientia, ante latam sententiam, restituere ea, quæ accepit pro sacramentis ritè, & rectè administrandis, atque sine peccato; quia de iustitia, ratione officij, tenetur non solum administrare sacramenta, sed etiam ex quasi iustitia, ea sanctè, & sine peccato administrare, hoc est, ex Religione, quæ est quasi iustitia quædam ad Deum; & eadem ratio militat in quolibet sacerdote, etiam non Parocho, eadem sacramenta ministrante; hi enim actus non sunt de se vendibiles, nec laboriosi; nec aliquam rationem vendibilitatis, & pretij habent, cum vterque sacerdos, Parochus, & non Parochus, ex iustitia ad Deum, & ex officio sacerdotis, & Parochi, teneantur ritè, & sanctè, & sine peccato, hæc eadem diuina sacramenta administrare. ita Doctores statim allegandi.

10. Contra verò licitè quis poterit & absque vlla labe simoniae ad redimentam irreuerentiam, & vexationem Deo exhibendam, dare aliquid sacerdoti, vt hæc ritè, & rectè diuina sacramenta, & sine peccato, administret, quando Sacerdos non vult, nisi cum peccato, administrare; imò & vt sibi ea administret in hoc tempore, in quo illis eget, si aliter nolit administrare, idque non tanquam pretium sacramenti, id enim manifesta erit simonia; sed

tanquam allecium quoddam voluntatis ipsius Sacerdotis, vt sacramenta eo tempore, quo eget, administret; sicut licitum etiam est, præstare pecuniam vitioso, vt non peccet: ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 7. num. 39. Molina tom. 1. de iust. disp. 93. §. 4. conclusio, & duabus sequentibus. Altiſiodorensis 3. part. summa, quest. 3. Soares tom. 1. de Religione lib. 4. de simonia, cap. 12. n. 13. pag. 743. col. 2. in fine. Vbi cum multis ait, licitum esse dare Sacerdoti pretium in necessitate, pro administratione sacramenti, quando illud non vult sine pretio administrare; ob rationes relatas. Vnde, si pecunia detur, vel promittatur alicui, ad remouendum obstaculum, vt fiat Christianus, vel Religiosus, vel vt diuina sacramenta frequentet, licitè datur, vel promittitur, & absque vlla labe simoniae: si verò detur, vt sit motuum operandi, & veniendi ad fidem, tanquam pretium huius actus, id non licebit; licebit tamen, si ea pecunia etiam detur ad alliciendam voluntatem infidelis. Declaro, & pono exemplum. Si infidelis non suscipit Baptismum, quia timet paupertatem, vel quia est Iudæus, oneratus vsuris, & timet restitutionem, licitum est offerre, promittere, & dare illi necessaria ad vitam, & vsuras illi remittere; quia obiectum huius actionis, non est emptio rei spiritualis, vel sacramenti Baptismi, sed est quid temporale, nempe remotio impedimenti temporalis, & subleuatio paupertatis, & in reliquo est opus magnæ charitatis: ita Abbas in cap. cum Ecclesia, de simonia, num. 7. Felinus, Archidiaconus, Turrecremata in cap. quam pio. eod. tit. Angel. verb. simonia, num. 26. Syluester ibi quest. 8. num. 3. Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 16. initio. & est communis Doctorum.

Sunt tamen aliqui Doctores, & non pauci, nec contemnendi, qui negant, licere hanc promissionem, donationem, & remissionem vsurarum, si fiat per modum pacti taciti, vel expressi, do, vt facias: ita vt qui recipit, promittat, & se obliget ex vi pacti, ad recipiendum Baptismum: & qui promittit, & offert, teneatur ex vi eiusdem pacti implere promissionem, & hi sunt, D. Thomas 2. 2. q. 189. art. 9. Panormitanus, cum alijs, quos refert, in cap. dilectus 2. de simonia, num. 7. vbi idem sentit Felinus num. 2. Ancharranus, & alij ibi. Archidiaconus, & Turrecremata in cap. quam pio. D. Antoninus 2. part. tit. 1. cap. 5. §. 18. & tit. 12. cap. 2. §. 1. Angel. verb. simonia, 3. num. 26. Syluester eodem verb. q. 8. dist. 3. & verb. religio 2. quest. 2. Tabiena verb. simonia, num. 28. & 61. Armilla ibi, num. 30. & 50. & hanc partem, tanquam certam, & indubitatam, amplexus est Bartolus in l. Titia, ff. de verb. obligationibus, num. 12. Medina verò C. de rest. quest. 27. in fine, non audeat contra hoc asserere. Mouentur his rationibus; prima, quia tale pactum nunquam licere, tradit Bonifacius Papa in cap. quam pio, de vsuris, vbi prius posita simili questione, dubium se, anxiumque ostendit, & non videtur loqui per ironiam, vt glossa ibi ostendit, sed serid; patetque ex illis illius verbis: Deum testificor, &c. hoc enim iuramenti genus non cadit super ironiam: tandemque huiusmodi pacta improbat, dicitque, se nunquam legisse, Apostolos hoc modo ad finem inuitasse homines, aut mundum conuertisse. Secunda, quia omnia pacta, & omnes conventiones in materia simoniae, improbantur, cap. vltim. de pactis, cap. questum, de rerum permutat. Constat autem, hanc materiam esse spiritualem, & ad simoniam pertinere. Et eadem est ratio de cæteris operibus virtutum, si ea solum considerentur, quatenus spiritualia sunt. Tertia, quia actus conuersionis ad fidem

fidem orthodoxam, susceptionis Baptismi, ingressus Religionis, est donum Dei spirituale, descendens à Patre luminum; ergo, qui pro illo pretium temporale dat, illum emit; qui verò accipit, illum vendit. patet, quia ex vna parte, est promissio onerosa; ex altera, est largitio etiam onerosa, sub conditione saltem tacita, *Dabo, si feceris, vel, Do, ut facias.*

12. Sunt verò alij, qui affirmant: ita glossa in dicto cap. quàm pio, de simonia, verb. internens. 1. quest. 2. & in cap. debet. 23. quest. 4. vbi ita concludit: *Licitè sit pactum, vbi agitur de conuersione alienius ad fidem.* idem sentit glossa 1. in cap. dilectus 2. de simonia. loquendo etiam de ingressu Religionis, docet Adrianus quodlibeto 9. art. 3. ad 2. principale. Cardinalis in dicto cap. dilectus. 2. num. 3. Syluester verb. gabella 5. q. 2. vbi pro conuersione ad fidem, admittit fieri posse pactionem. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 93. conclus. 4. Sanchez lib. 1. de matrimonio. disp. 39. vbi hanc sententiam latè, vt solet, & sine distinctione vlla, doctè defendit Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 1. n. 12. vbi tractans specialiter de ingressu Religionis, expressè dicit, non esse simoniam, aliquem inducere pecuniis ad ingressum Religionis, etiamsi intendat obligare illum; dicit tamen esse illicitum, quia scandalosum. Probant primò, quia ipsemet Deus paciscitur cum hominibus, se illis daturum temporalia bona, si seruaerint præcepta sua. Secundò, quia in huiusmodi pactis, & conuentionibus, non est malitia simoniae, nec aliqua alia malitia cum fundamento assignari potest; ergo id licitum est: nam intentio promittentis est bona; medium, hoc est, donatio pecuniae, non est malum, quia ex obiecto, saltem est indifferens; nec ex parte dantis, vel promittentis, datur aliqua emptio, quia ille nihil accipit ab alio, & nemo emit, nisi, qui recipit aliquid à vendente; nec ex parte accipientis, datur aliqua venditio, quia nihil tradit danti, sed ipse sibi operatur, & bonum facit: non ergo hæc apparet vlla ratio simoniae, cum non appareat ratio venditionis, maximè, quia intentio dantis est bona, & est opus charitatis, finis bonus, quia est salus accipientis; accipiens etiam non peccat, nec intendit vendere suam conuersionem, sed subleuare temporalem suam necessitatem. Deinde etiam, quia promissio, vel donatio facta alteri, sub conditione, quæ in solam utilitatem, & fauorem recipientis cedit, non est illi onerosa, sed merè gratuita, & liberalis, & consequenter non potest esse simonia; hæc enim sine contractu oneroso, non committitur; ergo intentum. Maior patet; & quia ita affirmant Doctores communiter. Tiraquellus, & quos ipse refert in l. si vnquam. in glossa donatione largitus. num. 145. Menochius conf. 154. num. 7. & quia, quando conditio tota fit in utilitatem illius, cui fit promissio, promissor nihil recipit, & recipientis sibi tantum proficit; ergo non potest dici, ex parte recipientis, onerosa: nec ex parte dantis, & promittentis, quia gratis, & liberaliter facit in gratiam recipientis, & quod quis gratis, & liberaliter facit in gratiam alterius, & non gratia sui, liberaliter facit. Et ita est in præsentis, licet promissio fiat sub conditione, quia conditio ipsa apponitur in gratiam alterius, ad alliciendam eius voluntatem, non sui; ergo intentum.

13. Vtraque opinio est probabilis. Prima tamen est probabilior, & tutior, & in eam inclinat Soares tom. 1. de Religione. lib. 4. de simon. c. 16. n. 11. fol. 771. col. 1. imò non audet ab ea recedere; quia in eam magis inclinant Theologi, & Canonistæ.

Colligendo tamen ex dictis, id, quod sentio, sic Statuo primò: Donare aliquid effectiuè, & de præsentis proximo, petendo ab illo, vt aliquid spirituale faciat in bonum animæ suæ, siue vitando peccata, siue implendo præcepta, v. c. petendo à Sacerdote, vt cesset à peccato, vt Sacramenta ritè, & sanctè, sine peccato, atque ceremoniis illicitis, ministret, ex parte dantis non est malum, sed est licitum, & honestum, quando donatio sit absolute, ita quòd, licet recipiens, statim pecuniam acquirat, non statim maneat ipse simpliciter obligatus ad id faciendum, & donatio erit valida, etiamsi illi apponatur conditio, quia tunc ea conditio non est propriè conditio, sed modus, & talis modus, vt non inducat obligationem, etiamsi non impleatur: & in hoc sensu, approbo secundam sententiam. ita Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 16. num. 12. pag. 771. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 93. in fine. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dubio 7. quos iam induximus num. 11. Sic solent matres, & parentes pij dare filiis pecunias, & vestes, petendo ab illis, vt confiteantur, & sacramenta frequentent, vt Missam, & concionem audiant; & licet addant, se id illis dare sub ea conditione, non intendunt apponere propriam, & rigorosam conditionem, sed potiùs modum, quo finem suum, & rationem, ob quam dant, explicant. Probat, quia licitum est alere pauperem adolescentem, in studio, ad hunc finem, vt Sacerdos fiat, & vt Religionem ingrediatur, etiam declarando illi conditionem, non tamen illi imponendo absolutam, & rigorosam obligationem. Et quia licitum tibi erit pacisci cum paupere adolescente te illum sustentaturum in studio, ea conditione, & sub hac disiunctiua, vt ipse ingrediatur Religionem, vel tibi restituat expensas cum illo factas; quarens enim Medina C. de rest. quest. 27. ad finem, videatur de hoc dubitare; Soario tamen num. 13. ad finem, non videtur hoc habere dubium, quia ibi nulla est simonia, neque coactio, sed liberalitas quædam limitata, pro arbitrio donantis; limitata, inquam, non iniuste, neque iniquè, sed cautè, ex bono fine. Confirmatur ex cap. 2. de conditionibus apposis. Vbi manumissio serui facta sub hac expressa conditione, *Do tibi libertatem, dummodo Monachus fias, & in monasterio perseueres, & non aliter;* valida esse declaratur, & seruari præcipitur: & tamen libertas, res temporalis est, & pretio æstimabilis; igitur licita erit similis pactio, & promissio sub ea disiunctiua conditione; ibi enim non datur simonia, nec coactio, aut obligatio simpliciter, ingrediendi Religionem, sed datur quædam optio, quæ homini gratis, & liberaliter offertur, vt hoc, vel illud eligat pro suo arbitrio: sic quando Turcæ damnato ad mortem, conceditur vita, si Christianus fiat; & Christiano ad eandem mortem, vel tritremes condemnato, conceditur vita, vel liberatio, si velit Religionem ingredi; non coguntur ad Religionem, aut Baptismum, sed eis datur optio, vt ex illis duobus vnum eligant, in quo illis sit gratia non exigua, quia minus malum illis offertur, quàm mors; nec emittur Baptismus, aut conuersio, vel ingressus Religionis, pro pretio vitæ temporalis, eis donatæ, vt omnes fatentur. Item licitum est pacisci cum infideli, de contrahendo matrimonio cum illo, si ad fidem conuertatur, vel baptizetur, si non est baptizatus; quia hoc perinde est, ac postulari ab eo, vt se disponat ad actum matrimonij, ad quod ille habet ius, si voluerit; sicut etiam, si iuuenis inruditus Religionem petat, rectè potest ab eo postulari, vt se disponat, & studeat. Sic denique licitum est

est domino, intra limites iustitiæ affligere seruum infidelem, laboribus, vt mentem sanam accipiat suscipiendi Baptismi; quia tunc dominus vtitur iure suo, & quasi optionem illi tribuit, vt, si vult fauorem sentiro, suscipiat fidem, non emendo illam, sed eligendo id, quod sibi commodius est.

14.

Statuo secundò. Promittere aliquid alicui sub expresso pacto, & conditione, si fidem susceperit, si fuerit Religionem ingressus, vel si quid aliud simile egerit intendendo bonum spirituale illius; & se obligare ad implendam promissionem, si ille cui fit promissio, impleat conditionem, & non aliter, nec alio modo; licitum est, & nullam habet simoniæ labem, modò ille, cui fit promissio, non maneat obligatus, ad suscipiendam fidem, ingrediendam Religionem, vel quid simile spirituali peragendum; & in hoc sensu procedit secunda sententia *num. 12.* explicata: ita expressè Soares *tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 16. num. 14. pag. 772.* & hoc confirmatur ex omnibus authoribus citatis pro secunda opinione, & ex omnibus fundamentis illius. Ratio tamen, & fundamentum principale huius rei, est, quia ex parte promittentis, tota hæc promissio sic facta non excedit limites cuiusdam donationis liberalis ordinatæ ad inclinandam voluntatem alterius, ad faciendum tale opus virtutis, si impleta fuerit conditio ex parte promissarij: ex parte verò ipsius promissarij, seu illius, cui fit promissio, nulla oritur obligatio ad id faciendum, sed poterit id efficere, si voluerit præmium consequi; vnde totum hoc negotium, voluntati, & electioni illius, relinquitur; non enim illi vis, metus, aut iniuria infertur; vt patet. Roboratur, & firmatur magis hæc conclusio, ex omnibus ferè rationibus, quas numero præcedenti attulimus, quas hinc applicabis: & præcipue ex *cap. 2. de condit. appositis.* vbi approbatur hoc pactum inicum inter dominum, & seruum, seu mancipium: *Do tibi libertatem, si Monachus fias, & in monasterio persueres.* Libertas enim, manuque missio, est quid temporale, & illi datur pro spirituali, nempe pro ingressu Religionis, & perseuerantia in illa, vsque ad professionem. Et tamen summus Pontifex approbavit tale pactum, & validum esse declaravit, seruatiq; præcipit, si seruus voluerit libertatem consequi, quia in eo nulla fit vis, nulla iniuria seruo, sed totum id libertæ electioni voluntatis illius relinquitur. Sic iustè, & licitè, & absque vlla simoniæ labe, Mauro, propter delicta, ad mortem damnato, promittitur vita sub pacto expresso, & conditione, si fidem & Baptismum susceperit: & hoc licitum esse, & minimè simoniacum, nemo negat.

15.

Statuo terciò. Dare, vel promittere alicui temporale pretium, sub expresso pacto, & conditione, vt obligatus maneat determinatè ad fidem, vel Religionem, vel sacramentum aliquod suscipiendum, vel quid simile spirituale faciendum, non est licitum; nec caret vitio simoniæ; & in hoc sensu, vera est, & procedit prima sententia *num. 11.* exposita: ita Soares *tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 16. num. 17. pag. 773.* & videtur satis declarati argumentis præta factis. Et ratio, ac fundamentum præcipuum, est, quia aliud est dare, & promittere absolutè aliquid temporale alicui, sub expresso pacto, & conditione, pro aliquo spirituali opere faciundo, v. g. pro Baptismo suscipiendo, pro Religione ingredienda, pro administrandis sacramentis ritè, & rectè, & absque peccato: aliud, dare, & promittere sub expresso pacto, & conditione, vt accipiens maneat obligatus, & adstrictus ad tale opus spirituale

faciendum, Religionem ingrediendam, vel fidem, & Baptismum, suscipiendum; quia in primo, totum relinquitur electioni, arbitrio, & voluntati illius; & sic nullo modo, nec formaliter, & expressè, nec tacitè, & virtualiter manet obligatus ad id faciendum; sed poterit id facere, vel non facere, prout voluerit; in secundo, formaliter, & expressè manet obligatus; sub expresso enim pacto, & conditione, hoc ei datur, vt maneat ad id obligatus. Et idè est diuersa ratio in vtroque casu, cum in primo possit facere, vel non facere: in secundo, reneatur facere.

Et magis patebit hoc ex solutione argumentorum secundæ opinionis *num. 12.* posita, quatenus contra nos aliquid videntur facere.

Ad primum enim fundatum in promissionibus Dei, quibus promittit bona temporalia hominibus, sub pacto, & conditione, si seruauerint præcepta sua, & spiritualia curauerint; respondemus, nullam vim habere: tum, quia, vt ait D. Tom. 2. 2. *quæst. 122. art. 5. ad 4.* promissiones Dei temporales, semper habent intrinsecam aliquam conditionem spirituales adiunctam, id est, si hæc temporalia, quæ à me vobis promittuntur, ad vestram salutem inseruierint; tum, quia Deus non imponit obligationem aliquam hominibus, ad facienda spiritualia, propter illas promissiones temporales, sed illis eos allicit ad hæc facienda, totumque negotium electioni, voluntatiq; illorum, relinquit, in quo Deus officium patris exercet; nihil enim magis, bonis parentibus studiosum, magisque ordinarium est, quàm filios, & filias ad virtutem inducere promissionibus similibus, & etiam subtractionibus victus, & vestitus aliquando; vt patet.

Ad secundum respondeo, ad emptionem simoniacam, non esse opus, vt emptor aliquid recipiat ab alio, hoc est, à venditore; satis enim est, quòd emat ab illo voluntatem eius ad faciendum aliquod opus spirituale; seu obligationem voluntatis illius, vt faciat illud opus, quod emens vult, siue illud maneat in ipso agente, & vendente, siue transeat in ementem: quia possum ego emere Baptismum tertio, & eto verè simoniacus, licet in me nihil spirituale recipiam. Et in venditionibus temporalibus, possum meis pecuniis emere aliquid, & erit vera venditio, & emptio, licet in me nihil recipiam. Ita ergo possum emere Baptismum, seu obligationem voluntatis ad Baptismum suscipiendum ipsimet recipienti, manendo ipsum Baptisma in illo, quia ego ab illo aliquid accipiam, vel ille in me transferat; nam quòd ego intendam meam utilitatem, vel alterius, vel ipsius vendentis, extrinsecum est ad rationem emptionis, & venditionis: & eadem met ratione, qui recipit Baptismum propter pretium temporale, vendere potest suum consensum, & obligationem suscipiendi illum; quod est quid spirituale. Adde, quòd sicut est simonia, vendere spirituale, pro temporali; ita est simonia, emere temporale, pro spirituali: ille autem, qui recipit pretium temporale, pro susceptione Baptismatis, vel pro suo ingressu in Religionem; quasi emit temporale pretium, pro re spirituali, id est, pro suo ingressu, vel pro susceptione Baptismatis, commutando scilicet, vel permutando pro illo pretio, ingressum Religionis, susceptionemque prædictam Baptismatis: alter autem vendit temporale pretium, quod dat pro re spirituali, licet id faciat in alterius gratiam, & commoditatem.

Ad tertium, quatenus ait, promissionem factam alteri, in gratiam ipsius, non excedere terminos liberalitatis,

16.

17.

beralitatē, nec esse illi onerosam; respondeo, hoc esse verum, quando ille non manet ex sua parte, obligatus ad faciendum aliquid, & quando illius arbitrio, voluntati, & electioni libera optio relinquitur, faciendi, vel non faciendi id, quod ab eo petitur, & pro quo ei pretium datur; secus, quando ille se obligat ad id faciendum, nam, si illa promissio, vel donatio inducat absolutam, & determinatam obligationem ad aliquid difficile, & arduum faciendum, etiam si soli facienti sit utile, & proficuum, nihilominus contractus erit onerosus, ex utraque parte, & poterit esse simoniacus, si accipiens aliquid temporale, maneat obligatus ad faciendum aliquid spirituale, & ad id ita se expressē obliget pro pretio temporali, ut contrarium efficere non possit, & si postea contrarium efficiat, iam contractus celebratus fuit, & simonia commissa.

18. Obiicit, tunc non dari pretium pro re spirituali, sed pro obligatione faciendi actum aliquem spirituales, qualis esset susceptio Baptismatis, aut ingressio Religionis. Respondeo, hunc actum non esse separabilem ab hac obligatione, nec hanc obligationem ab hoc actu, quia illa obligatio ad nihil aliud tendit, nisi, ut hic actus fiat; nec alia ratione est pretio æstimabilis, nisi respectu huius actus difficultis. Deinde, si hoc liceret, quia non emittitur actus, sed obligatio ad illum faciendum, etiam posset emens in propriam utilitatem id emere, & Religio posset emere Religiosum, & Prælatum sibi utilem, quia diceret, se non emere actum illius, sed obligationem ad illum. Consequens autem est expressē contra caput, quā pio, de simonia, & aliā aperitur ianua, & magnum ostium ad omnem simoniam; quare inconsultus, & inanis erit hic prætextus.

Opera, ad quæ tenemur ex voto.

19. Pro operatione virtutis, ad quam quis tenetur ex Religione ad Deum, & quasi ex iustitia, non potest aliquid accipere, nec licitè, nec validè; & ideo opera, quæ debentur ex voto, inuendibilia sunt, & nec licitè, nec validè potest quis, pro impletionem illorum, pretium aliquod, vel aliquid pretio æstimabile accipere, & peccatum simoniæ committitur. Ratio huius rei est, quia ad huiusmodi opera tenetur vouens, quasi ex iustitia ad Deum. Dico, quasi ex iustitia, quia in ordine ad Deum, non est iustitia rigorosa, sed altior quædam virtus, quæ appellatur Religio, ex qua non secus vouentes, sua vota implere erga Deum, quā, si ex iustitia tenerentur erga homines; unde, qui vouet peregrinationem Deo, non potest aliquid accipere pro impletionem voti, & peccat lethaliter, & tenetur ad restitutionem ei faciendam, à quo illud accepit; nec pro labore tali voto adnexo, quia hic labor est intrinsecè adnexus, & accessorius voto, operæ Deo promissio; & qui vouet peregrinationem, consequenter etiam vouet laborem corporalem, & expensas, quibus illa est facienda. Sicut præceptum audiendi sacrum, consequenter etiam obligat ad laborem, querendi illud, illique assistendi, ita docet Molina tom. 1. de iust. disp. 93. Ex dictis inferes, pro implenda promissione acceptata, in opinione, quæ docet, obligate ex iustitia, nihil posse accipi, in conscientia, absque obligatione restitutionis, cum ex iustitia promissum debeat.

Opera, ad quæ, ex obedientia, tenemur.

Ponamus exemplum, ut res clarior euadat. v. g. tenentur vasalli obedire Principi, subditi Prælati suis; quæro, an præcisè pro præstatione obedientiæ, possint aliquid pretio æstimabile accipere, eamque præstationem vendere? Respondeo negativè. Ratio est, quia ipsa præcisè præstatio obedientiæ, si obedientia exhibeatur illi, cui est debita, cum illi aliunde debeat, ex aliis titulis, inuendibilis omninò manet, & peccat lethaliter, qui secus facit, & tenetur ad restitutionem. Pro ipso tamen opere, quod ex obedientia præstatur, aliquid potest interdum accipi; quando subditus non tenetur illud facere gratis. v. c. Præcipit Rex subditis, ut proficiantur in bellum, aut Prælati iubet suis subditis, ut in talem, vel talem missionem abeant, aut in talem domum, mutationis causa; tenentur illi obedire, & pro præcisa præstatione huius obedientiæ, nihil possunt accipere, tanquam pretium huius impletionis, & si accipiant, tenentur illud restituere: non tamen tenentur Religiosi proficisci sine expensis necessariis, solitisque in ea Religione dari pro itinere; nec vasalli tenentur ire gratis in bellum, sine stipendio, si sint bona aliqua communia, unde illis possit solui: nam pro labore, ac periculis militiæ, rectè possunt accipere suum stipendium, vel à Rege, vel à Republica, constitutum; Quis enim, ut ait D. Paulus, militat suis stipendijs? 1. Corinth. 9. & Christus Dominus, Luca 3. ad milites vasallos, qui sub signis Regum, ac Principum suorum militabant, stipendiumque merebantur, Milites, neminem concuatis, contenti estote stipendijs vestris. Sic etiam, quamuis testes teneantur ferre verum testimonium gratis, tamen tenentur partes eis soluere itinerum expensas, & dies laboris, quia suis expensis, ad testificandum, longè ire non tenentur, nec etiam tenentur amittere pretium laboris, quem per eos dies amittunt, causa testimonij ferendi: ita Molina tom. 1. de iust. disp. 93. concl. 2.

Opera præcepti.

Qui ex præcepto Ecclesiæ, tenentur sacrum audire, ieiunare, confiteri, decimas soluere, abstinere à laboribus; & ex præcepto diuino, non furari, non iurare, non peccare, non possunt vendere huiusmodi opera, aut pretium aliquod accipere pro illis, & ad restitutionem tenentur, si accipiant; nec excusantur, si dicant, se illud accipere, non pro opere præcepto, sed pro labore, & molestia, quam sentiunt, quia id ipsum in præcepto præcipitur, tenenturque id facere ea molestia, & labore, tanquam quid intrinsecè adnexum ipsi operi. ita Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 93. §. iuxta priorem. Meretrices verò, licet pretium accipiant validè, & iustè, & sine obligatione restituendi illud, pro suo turpi quæstu, ratione laboris, quem patiuntur, non tamen licitè illud accipiunt; quare peccant, non contra iustitiam, sed contra sextum præceptum non fornicandi. Pro cessatione autem meretricatus, & ut ab eo desistant, nihil accipere, nec validè, nec iustè, & tenentur ad restitutionem, si accipiant, quia ex vi sexti præcepti Decalogi diuini, & naturalis, tenentur ab eo cessare, ac desistere; licitum tamen tibi erit, & valdè meritorium, illis pretium, vel

vel aliquid pretio aestimabile dare, ut cessent, & non peccent; & idem ex parte tua, erit actus licitus, & meritorius; ex parte illarum, iniustus, & illicitus. & ad restitutionem adstringens: ita communiter Doctores, & Molina tom. 1. de iustit. disput. 93. §. allegatio.

S V M M A R I V M.

Opera charitatis, & misericordiae, an vendi possint?

- 21 Omnia opera misericordiae, sunt etiam opera charitatis; & vice versa.
- 22 Doctrina, & usus scientiae, licet, & valide vendi potest.
- 23 Non peccat contra iustitiam ille, qui auget pretium sua doctrina, intra condignum pretium illius.
- 24 Quid, si illa scientia, & doctrina sit à Deo infusa, & sine pretio, & labore comparata.
- 25 Vendere licentiam docendi, alicui magistro, an sit, & quatenus sit illicitum.
- 26 Dare morale consilium pro pretio, siue pro foro animae, siue pro foro externo, an sit illicitum, & an haec consilia vendi possint.
- 27 Opera misericordiae, an vendi possint?
- 28 An opera misericordiae, & charitatis, extremè illis egenti vendi possint.
- 29 Refertur prima opinio. ibid.
- 30 Refertur secunda opinio.
- An succurrens extremè egenti, possit cum illo pacisci, ut sibi restituat id, cum quo illi succurrit, si venerit in meliorem fortunam. ibid.
- Refertur prima opinio, num. 29.
- Refertur secunda, negans, d. num. 30.
- Quid sit iustitia subsidiaria, & an ex illa resultet obligatio restitutionis rigorosa. ibid.
- 31 An in prima rerum diuisione diuisa fuerint res inter homines, cum pacto, ut in extrema necessitate, aut quasi extrema, redirent ad suum primum principium fierentque, quoad usum, & proprietatem, communes, ut antea erat.
- In quo fundatur iustitia rigorosa, & commutativa, & in quo iustitia subsidiaria; & an omnes effectus iustitiae commutativae, tribuendi sint iustitiae subsidiariae. ibid.
- Iustitia subsidiaria nihil aliud est, quam ipsa charitas, quae obligat subsidium ferre extremè indigenti & laboranti. ibid.
- Iustitia commutativa versatur circa refectionem, & recompensationem damni dati. Iustitia subsidiaria non versatur circa refectionem huius damni, sed circa subsidium proximo extremè laboranti dandum. ibid.

22. **C**um operibus charitatis, inuoluimus opera misericordiae. Quare, quod de illis dicendum est, de his etiam dictum censeatur: nam docere, predicare, legere Theologiam, dare consilia egentibus, dare elemosynam, tam extreme, & grauius, quam non extreme, nec grauius egenti, opera sunt charitatis, & simul misericordiae; sicut sunt etiam seruire infirmis, spiritualemque doctrinam egentibus impendere. De his omnibus operibus, inquirimus, an vendibilia sint, & an licet, & valide pro illis, pretium, vel aliquid pretio aestimabile accipi possit: Quoad omnia, id declarabimus exemplis.

23. Statuo ergo primò. Doctrina, seu usus scientiae, licet, & valide vendi potest, & nullo modo in tali venditione, datur materia aliqua simoniae, etiam si vendens intendat directè vendere veritatem naturalem in ea contentam; nec etiam peccat, qui auget pretium suae doctrinae, intra condignum; vel propter eximiam peritiam personae, vel propter doctrinae excellentiam, & nobilitatem, etiam si labor corporalis in ea docenda, maior non sit, imò etiam si sit minor: ita docet Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 8. num. 11. pag. 716. & num. 13. pag. 717. colligitur ex D. Thom. 2. 2. quaest. 71. art. 4. ad 2. & quaest. 100. art. 3. ad 3. docet Caietanus in summa verb. simonia. Ratio est, quia licet doctrina sit spiritualis, seu intellectualis, quatenus perficit intellectum, qui est potentia spiritualis in homine, non omnis tamen res spiritualis est materia simoniae, sed illa tantum, quae denominatur spiritualis ab Spiritu sancto increato, & dirigit hominem ad salutem supernaturalem, non quae dirigit hominem, perficiendo illius intellectum ad honestatem mortalem, ad naturalem cultum, & religionem Dei, prout naturaliter cognosci potest, & coli. Neque obstat D. Thomas allegatus art. 3. quatenus ibi ait, vendere doctrinam, quae intellectum perficit naturaliter, cognitionemque veritatis naturalis, auget, esse graue peccatum; & in quodlibetis, ubi passim asserit, venditionem cognitionis doctrinae, & veritatis naturalis, esse simoniam, quia est res spiritualis, seu intellectualis, quatenus perficit intellectum, quia, ut notat Soares citatus, num. 11. in fine, D. Thom. in dict. 2. 2. quaest. 100. art. 3. mutauit sententiam, & modum loquendi, quem sequutus fuerat in quodlibetis; & solum dicit, grauius peccare, qui vendit veritatem naturalem, atque aded doctrinam, in qua veritas naturalis continetur. Ait autem, grauius peccare, ut explicat Soares citatus num. 12. in fine, quando scilicet ultra condignum pretium sui laboris, & operis, quod in docendo ponit, aliquod speciale pretium exigit, pro veritate docenda, in quo manifestam iniustitiam committit, non, quia pro pretio docet, sed quia ultra rigorosum pretium docet.

24. Intra condignum autem pretium, non peccat contra iustitiam, qui auget pretium suae doctrinae, propter aliquam illius excellentiam, licet in ea docenda minus labore, imò etiam si nullum, aut perexiguam laborem subeat; quod constat ex communi usu Academicarum totius orbis: nam, ceteris paribus, maiori stipendio, ac pretio conducuntur magistri nobiliorum scientiarum, & excellentiores, ac famosiores in qualibet arte, carius solent vendere suam doctrinam, quam inferiores. Fundamentum huius rei, est, quia doctrina ex obiecto redditur dignior, & consequenter etiam, quatenus vendibilis est, redditur maioris aestimationis; similiter verò ex parte personae docentis, plurimum augetur illius aestimatio: nam primus discendi ardor, nobilitas est magistri: vnde male omnino dixerunt nonnulli, teneri Doctorem gratis consilium dare, quando sine studio, & labore illud dat: est enim hoc falsum, quia illa actio non solum ex labore corporali, sed etiam ex se, & ex aliis circumstantiis habet suum valorem, & aestimationem, maxime, quia in compensatione talis consilij, non tam est consideranda praesens facilitas, quam labor praeteritus, & expensae, quibus illa fuit acquisita, quae adhuc influunt in hoc opus, redduntque illud maioris valoris, maiorisque aestimationis.

Imò addit Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 8. num. 14. pag. 718. & benè, licet illa scientia

rali reficiendi damnum culpabiliter datum; huic tamen iustitiæ subsidiariæ attribuunt omnes effectus iustitiæ commutatiuæ, & omnes obligationes illius, & dicunt, teneri quemquam ex hac subsidiaria iustitia, succurrere pauperi extremè egenti, etiam ex bonis, quæ ei necessaria sunt ad conseruationem status, quem habet; non teneri tamen, si in pari, aut quasi pari necessitate uerfetur: si uerò proximus non labore extremè, aut quasi extremè, dicunt, teneri solum illi succurrere de superfluis ad suum statum. Hæc illi dicunt. Vnde, cum huic iustitiæ subsidiariæ applicent omnes effectus, & obligationes iustitiæ commutatiuæ, sequitur in hac opinione, non posse succurrentem egenti extremè, pretium aliquod à tertio quodam accipere, ut illi succurrat, & teneri ad restitutionem, si illud accipiat, nec posse pacisci cum extremè egente, ut ueniens ad meliorem statum, seu fortunam, sibi rem, qua illi succurrit, restituat. Potest etiam hæc illorum opinio ex hoc fundamento roborari, quia in prima rerum diuisione, ut plurimi, & non pœnitendi Doctores asserunt, res, sub eo pacto, & conditione fuerunt diuisæ, ut in extrema necessitate, aut quasi extrema, ad suum principium communitatis redirent, & essent primi occupantis, sicuti antea erant; unde, cum hoc pacto redibilitatis diuisæ sint, contra hoc pactum adeò antiquum, non potest præualere pactum nouum celebratum inter succurrentem, & extremè egentem, ut ad meliorem fortunam ueniens, ei ad restitutionem valoris rei teneatur, qua illi succurrit.

31. Verum de hoc pacto reddibilitatis, non constat, & res est adeò antiqua, ut de illo minimè constare possit; & idè opinio Molina, cum sit communior, sequenda est, nec effectus omnes iustitiæ commutatiuæ, iure tribuuntur iustitiæ subsidiariæ, quia iustitia subsidiaria fundatur in necessitate, quam proximus patitur, & in commiseratione naturæ humanæ, qua adstringimur extremam necessitatem patientem iuuare; & nihil aliud proinde est, quam charitas, qua naturaliter obligamur subsidium ferre extrema patienti; iustitia uerò commutatiua fundatur in obligatione naturali reficiendi damnum, quod alteri iniuste, & per iniuriam, dedimus. Et idè immeritè tribuuntur omnes effectus huius iustitiæ, iustitiæ subsidiariæ: nam iustitia subsidiaria ponit in proximo id, quod ab eo non abstulit, nec in causa iniuriosè fuit auferendi, & idè non excedit limites charitatis. Iustitia uerò commutatiua reficit damnum, per iniuriam, & iniquitatem, alteri datum; ut de se patet. Ad rationem uerò pacti reddibilitatis, initi inter homines, tēpore, quo fuit inter illos facta prima rerum diuisio, qua confirmabatur secunda opinio, respondemus, non constare de tali pacto; & hanc rationem, meram imaginationem esse, & subterfugium, non ueram, & solidam rationem.

CAPVT XIX.

Res sacræ, ut Sacerdotium, ingressus Religionis, Ecclesiæ, Beneficia, Præstimoniam, ius patronatus, uasa, & vestes sacræ, sepulturæ, & ius ad sepulturam, an emi, & vendi absque simonia possint?

1. Res sacræ & religiose, an licitè, & ualidè vendi possint.

2. *Venditio Sacerdotij in lege natura, an effect simoniacus, & num. 3.*
4. *Venditio Religionis ingressus, an simonia sit, & num. 5.*
6. *An Religiosus per simoniam ingressus, vel professus, sit uerè Religiosus, & professio illius ualida.*
7. *Non est ex natura sua, malum, aut simonia, accipere aliquem in Religiosum pro pretio, præcisè pro sustentatione illius. An sit prohibitum de iure Ecclesiastico. ibidem uers. Quod uerò.*
8. *Quid, quando monasterium est locuplex, ut possit commodè sustentare personas, quæ recipiuntur. Refertur opinio affirmans, id esse tunc illicitum, & simoniacum. ibid.*
9. *Refertur opinio negans.*
10. *Iudicium Authoris.*
11. *Concilium Tridentinum quid statuatur circa numerum personarum recipiendarum in monasterijs, tam uirorum, quam Monialium. An sit peccatum, non obstante decreto Concilij, recipere plures personas, quam monasterium alere possit? ibid.*
12. *An sepultura, & ius sepultura, seu ius ad sepeliendum in aliqua sepultura, uendi, & emi possit; & quatenus, & num. 13. An possint legari, donari, & testamento relinqui. ibid. uers. quamuis.*
14. *Quæ sit ratio iustificans uenditionem sepultura.*
15. *Ius sepeliendi in loco digniori, & nobiliori Ecclesia, an maiori pretio uendibile sit.*
16. *Res sacræ, Ecclesia, & ius patronatus, an, & quatenus uendi licitè, & ualidè queant.*
17. *An uendens expressè ius patronatus, perdat illud.*
18. *Ius patronatus potest deuolutè uendi cum oppido, & castro, cui est annexum. Quid, si oppidum, & castrum ratione iuris patronatus, pluri uendatur. ibid.*
19. *Vasa, & uelimenta sacræ, quatenus licitè, & ualidè uendi possint, siue retineant, siue non retineant formam uasorum, & uelimentorum sacrorum.*
20. *Quid ius Lusitanum circa aurum, & argentum uasorum sacrorum, quoad uenditionem, statuatur, quando monasteria, vel Ecclesia illud uendant; & quid statuatur de uelimentis, & ornamentis sacris.*
21. *Quæ dicantur uasa sacræ, & quæ non dicantur? Uasa sacræ, an tangi possint licitè à laicis; & quid de uasis reliquiarum. ibid.*
22. *Quid sit beneficium Ecclesiasticum?*
23. *Beneficia Ecclesiastica, præbende, & Præstimoniam, an, & quatenus uendi queant.*
24. *An ius percipiendi fructus, redditus, & emolumenta adnexa beneficijs Ecclesiasticis, emi, & uendi licitè, & ualidè possit à summo Pontifice. Refertur opinio affirmans. ibid.*
25. *Refertur opinio negans, docensque, id esse simoniam.*
26. *Iudicium Authoris.*
27. *Explicatur, quæ sententia tenenda sit.*
28. *Episcopi, Archiepiscopi, & ceteri Prælati inferiores Papa, an ita possint separare fructus, redditus, & emolumenta à beneficijs, ut maneat huiusmodi fructus uendibiles.*
29. *Quid sint præstimoniam, an n omine beneficiorum ueniant, & an uendi possint.*

rali reficiendi damnum culpabiliter datum; huic tamen iustitiæ subsidiariæ attribuunt omnes effectus iustitiæ commutatiuæ, & omnes obligationes illius, & dicunt, teneri quemquam ex hac subsidiaria iustitia, succurrere pauperi extremè egenti, etiam ex bonis, quæ ei necessaria sunt ad conseruationem status, quem habet; non teneri tamen, si in pari, aut quasi pari necessitate uerfetur: si uerò proximus non labore extremè, aut quasi extremè, dicunt, teneri solum illi succurrere de superfluis ad suum statum. Hæc illi dicunt. Vnde, cum huic iustitiæ subsidiariæ applicent omnes effectus, & obligationes iustitiæ commutatiuæ, sequitur in hac opinione, non posse succurrentem egenti extremè, pretium aliquod à tertio quodam accipere, ut illi succurrat, & teneri ad restitutionem, si illud accipiat, nec posse pacisci cum extremè egente, ut ueniens ad meliorem statum, seu fortunam, sibi rem, qua illi succurrit, restituat. Potest etiam hæc illorum opinio ex hoc fundamento roborari, quia in prima rerum diuisione, ut plurimi, & non pœnitendi Doctores asserunt, res, sub eo pacto, & conditione fuerunt diuisæ, ut in extrema necessitate, aut quasi extrema, ad suum principium communitatis redirent, & essent primi occupantis, sicuti antea erant; unde, cum hoc pacto redibilitatis diuisæ sint, contra hoc pactum adeò antiquum, non potest præualere pactum nouum celebratum inter succurrentem, & extremè egentem, ut ad meliorem fortunam ueniens, ei ad restitutionem valoris rei teneatur, qua illi succurrit.

31. Verum de hoc pacto reddibilitatis, non constat, & res est adeò antiqua, ut de illo minimè constare possit; & ideo opinio Molinæ, cum sit communior, sequenda est, nec effectus omnes iustitiæ commutatiuæ, iure tribuuntur iustitiæ subsidiariæ, quia iustitia subsidiaria fundatur in necessitate, quam proximus patitur, & in commiseratione naturæ humanæ, qua adstringimur extremam necessitatem patientem iuuare; & nihil aliud proinde est, quam charitas, qua naturaliter obligamur subsidium ferre extrema patienti; iustitia uerò commutatiua fundatur in obligatione naturali reficiendi damnum, quod alteri iniuste, & per iniuriam, dedimus. Et ideo immeritè tribuuntur omnes effectus huius iustitiæ, iustitiæ subsidiariæ: nam iustitia subsidiaria ponit in proximo id, quod ab eo non abstulit, nec in causa iniuriosè fuit auferendi, & ideo non excedit limites charitatis. Iustitia uerò commutatiua reficit damnum, per iniuriam, & iniquitatem, alteri datum; ut de se patet. Ad rationem uerò pacti reddibilitatis, iniri inter homines, tempore, quo fuit inter illos facta prima rerum diuisio, qua confirmabatur secunda opinio, respondemus, non constare de tali pacto; & hanc rationem, meram imaginationem esse, & subterfugium, non ueram, & solidam rationem.

CAPVT XIX.

Res sacræ, ut Sacerdotium, ingressus Religionis, Ecclesiæ, Beneficia, Præstimoniam, ius patronatus, uasa, & vestes sacræ, sepulturæ, & ius ad sepulturam, an emi, & vendi absque simonia possint?

1. Res sacræ & religiose, an licitè, & ualidè vendi possint.

2. *Venditio Sacerdotij in lege natura, an effect simoniacus, & num. 3.*
4. *Venditio Religionis ingressus, an simonia sit, & num. 5.*
6. *An Religiosus per simoniam ingressus, vel professus, sit uerè Religiosus, & professio illius ualida.*
7. *Non est ex natura sua, malum, aut simonia, accipere aliquem in Religiosum pro pretio, præcisè pro sustentatione illius. An sit prohibitum de iure Ecclesiastico. ibidem uers. Quod uerò.*
8. *Quid, quando monasterium est locuplex, ut possit commodè sustentare personas, quæ recipiuntur. Refertur opinio affirmans, id esse tunc illicitum, & simoniacum. ibid.*
9. *Refertur opinio negans.*
10. *Iudicium Authoris.*
11. *Concilium Tridentinum quid statuatur circa numerum personarum recipiendarum in monasterijs, tam uirorum, quam Monialium. An sit peccatum, non obstante decreto Concilij, recipere plures personas, quam monasterium alere possit? ibid.*
12. *An sepultura, & ius sepultura, seu ius ad sepeliendum in aliqua sepultura, uendi, & emi possit; & quatenus, & num. 13. An possint legari, donari, & testamento relinqui. ibid. uers. quamuis.*
14. *Quæ sit ratio iustificans uenditionem sepultura.*
15. *Ius sepeliendi in loco digniori, & nobiliori Ecclesia, an maiori pretio uendibile sit.*
16. *Res sacræ, Ecclesia, & ius patronatus, an, & quatenus uendi licitè, & ualidè queant.*
17. *An uendens expressè ius patronatus, perdat illud.*
18. *Ius patronatus potest deuolutè uendi cum oppido, & castro, cui est annexum. Quid, si oppidum, & castrum ratione iuris patronatus, pluri uendatur. ibid.*
19. *Vasa, & uelimenta sacræ, quatenus licitè, & ualidè uendi possint, siue retineant, siue non retineant formam uasorum, & uelimentorum sacrorum.*
20. *Quid ius Lusitanum circa aurum, & argentum uasorum sacrorum, quoad uenditionem, statuatur, quando monasteria, uel Ecclesia illud uendant; & quid statuatur de uelimentis, & ornamentis sacræ.*
21. *Quæ dicantur uasa sacræ, & quæ non dicantur? Uasa sacræ, an tangi possint licitè à laicis; & quid de uasis reliquiarum. ibid.*
22. *Quid sit beneficium Ecclesiasticum?*
23. *Beneficia Ecclesiastica, præbende, & Præstimoniam, an, & quatenus uendi queant.*
24. *An ius percipiendi fructus, redditus, & emolumenta annexa beneficijs Ecclesiasticis, emi, & uendi licitè, & ualidè possit à summo Pontifice. Refertur opinio affirmans. ibid.*
25. *Refertur opinio negans, docensque, id esse simoniam.*
26. *Iudicium Authoris.*
27. *Explicatur, quæ sententia tenenda sit.*
28. *Episcopi, Archiepiscopi, & ceteri Prælati inferiores Papa, an ita possint separare fructus, redditus, & emolumenta à beneficijs, ut maneat huiusmodi fructus uendibiles.*
29. *Quid sint præstimoniam, an n omine beneficiorum ueniant, & an uendi possint.*

1. **S**TATVO primò, Res sacra, & religio-
se, quæ sacra, & religiose sunt, neque licite
neque valide vendi possunt, & venditio
est nulla; si autem venditor ignorabat, res esse sa-
cras, & tanquam profanas, bona fide vendidit, &
emptor factas esse sciebat, solum potest ipse emptor
suum pretium repetere, non verò interesse lucrifac-
ientis, & dampni emergentis; ita habetur *Instit.*
de empt. & vend. §. ultimo. Si verò venditor
mala fide vendidit, sciens, esse sacras, & tanquam
profanas vendidit, & emptor bona fide emit, cogi-
tando, esse profanas, tunc tenetur venditor tam
ad pretium rei, quam ad interesse illius lucrifac-
ientis, & dampni emergentis, in conscientia, & an-
te ullam sententiam; & utrumque poterit emptor
in iudicio repetere; ita Molina *tom. 2. de iustitia,*
diff. 340. §. item rei sacra. Antonius Gomez *tom. 2.*
variarum. cap. 2. de empt. & vend. num. 40. patet ex
Instit. citat. Ratio est, quia nulla ratio dicitur, ut
quis reportet commodum ex sua fraude, & mala
fide; fraus enim, & dolus, nemini debet partici-
pant; *cap. sedes Apostolica, de rescriptis, cap. ex te-
nere, eodem tit. ad finem. cap. ex literis, de dolo, &
coniumacia, l. quoties, §. qui dolo. ff. de probat.* Re-
portaret venditor malæ fidei, non exiguum com-
modum, ex dolo, & fraude sua, si ad hoc interesse,
ultra pretium, non teneretur.

2. Statuo secundò, Vendere sacerdotium, etiam in
lege naturæ, intrinsecè, & de se, est malum, & est
simonia; quia sacerdotium de se est res sacra, & non
habet aliquam temporalem functionem, idcirco-
que deformitas, quæ consideratur in venditione
sacerdotij, etiam naturalis, tota est deformitas rei
factæ, & in ipsamet materia rei sacra, habet intrin-
secum fundamentum, & in respectu intrinsecò ad
Deum, siue in Deo ipso, ad cuius cultum proprie,
& immediatè officium sacerdotale ordinatur; &
ided valde probabile est, illam venditionem, etiam
in lege naturæ, fuisse intrinsecè malam; hodie verò
in lege gratiæ, & in lege scripta, extra dubium est,
esse intrinsecè malam, & horrendam simoniam: est
communis ista opinio, & illam late, & doctè pro-
bat, & defendit Soares *tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 8.*
num. 29.

3. Oppone: Venditio officiorum Reipublicæ, non
est intrinsecè mala, sed est tantum mala extrinsecè,
quia scilicet per leges est prohibita; & ided est
prohibita, quia occasio est multorum malorum, &
malè sonat, ut docet D. Thomas ad *Ducissam Bar-
bantia, opusc. 21.* Caietanus in *summa verb. venali-
tas.* Sotus *lib. 3. de iust. quest. 6. art. 4.* Conaruias
lib. 3. variarum. cap. 19. in fine. Iulius Clarus *lib. 1.*
§. simonia. num. 4. & Iurista in *l. Barbarius. ff. de
offic. Prætor. & in l. unica. ff. ad leg. Iulian. de amb.*
sed propterea non est intrinsecè mala, quia
officia sunt merè temporalia, & non habent fun-
ctiones spirituales; ergo etiam venditio sacerdotij,
in lege naturali, non fuisset intrinsecè mala, quia
ordinabatur ad cognitionem naturalem, & ad cul-
tum naturalem Dei, & non ad cultum supernatu-
ralem, ac proinde functiones illius, omnes essent
naturales.

Respondeo, venditionem aliorum officiorum
Reipublicæ, ut Magistratum, Iudicium, &c. non
esse intrinsecè malam, & simoniam, sed esse con-
tra iustitiam, vel commutativam, vel saltem contra
iustitiam legalem; quia materia illorum, cum sit
merè temporalis, & humana, non est materia simo-
niæ, ut omnes docent cum glossa in *cap. saluator. 1.*
quest. 3. verb. iudicem. & idem est de officiis tem-
poralibus Ecclesiæ. At verò sacerdotium, etiam na-

Fagundes de Iustitia, &c.

turale, est res sacra, & ided potest esse mater-
simoniæ naturalis, distinctæ specie ab ea, quæ nun-
committitur, quæ etiam inter sacerdotes Genti-
lium, & Paganorum, dari potest, quatenus ration-
merè naturali vruntur, & in cultum Dei dueuntur
ut ait Soarius inductus *num. 27.* Victoria in *relect.*
num. 20. & 21. & supponunt Adrianus *quodlib. 9.*
art. 2. & Paludanus in *4. diff. 25. quest. 4. num. 25.*
& Durandus *ibi*; quatenus asserunt, Ieroboam
commisisse simoniam, saltem ex intentione, & con-
scientia erronea, quia vendebat falsa sacerdotia
idolorum, esseque illam simoniam, distinctam spe-
cie ab ea, quæ nunc committitur, patet, quia quan-
tum differt Religio infusa, & divina, à Religione
naturalis, & acquisita, tantum distat simonia, quæ
nunc committitur, ab illa, quæ tunc committeretur.
Et ideo Anthores, qui negant, in lege naturæ, posse
esse, & dari simoniam in venditione sa-
cerdotij, intelligi possunt de simonia commissa in
venditione sacerdotij, & donorum supernatura-
lium, qualis nunc est: ait tamen Soares *ditto tom. 2.*
de Relig. lib. 4. de simonia. cap. 6. num. 10. & 11.
pag. 795. cum iis, quos citat *ibi*, probabilius esse,
in factò Esau, non fuisse simoniam, quia licet sa-
cerdotium, in illa lege naturæ, fuerit coniunctum
cum primogenitura, & ius sacerdotale cum iure
primogenituræ; illa tamen aduexio, & coniunctio
sacerdotij, cum primogenitura, non erat sufficiens,
ut vendita primogenitura, quam ille voluit vende-
re, venderetur sacerdotium illi coniunctum; & ided
ait Soares, D. Chrylstonum dixisse, Esau vendi-
disse dignitatem, quam à natura habebat, hoc est,
primogenituram, non sacerdotium, seu dignita-
tem sacerdotalem, quia primogenitura erat na-
turalis, & quid à natura; at verò sacerdotium
non erat à natura, sed à gratia, & de se spiri-
tuale.

Inquires tamen, an ex natura rei, & ex vi iuris
diuini, in iustum sit, & simoniacum, recipere ali-
quem in Religiosum, vendendo illi religiosum statum,
& ingressum? Dico, *statum, & ingressum*, quia ista duo
habent se ad innicem, sicut via, & terminus, & sicut
presentatio, & collatio ad beneficium, unde iura in
hac materia, de utroque indifferenter loquuntur, &
quod de vno dicunt, de alio etiam dicendum censent,
ut rectè notauit Navarr. *conf. 86. de simonia*, & patet
ex *cap. nullus. 1. quest. 2. & cap. non sari. & cap. de
regularibus. cap. veniens. & cap. quoniam. & cap.
audintus. de simonia. & ex antiquitate. de simonia
inter communes.* Et verò in ingressu Religionis,
consideranda sunt duo; unum est beneficium spi-
rituale, quod in Religioso, dum consecratur Deo,
per professionem, ad quam recipitur, aliu. est onus,
quod Monasterium suscipit alendi, & sustentandi
Religiosum.

Statuo igitur tertio, Ex natura rei, & ex vi iuris
diuini, illicitum, & simoniacum est, recipere ali-
quem in Religiosum, exigendo ab illo pretium ali-
quod præcise pro ipso Religionis ingressu, vel sta-
tu, quod est indubitatum, & ferè per se notum
apud omnes: nam res illa maxime spiritualis est;
tam ex parte principij, quod fuit Spiritus sanctus,
(est enim Spiritus sanctus absque dubio Author su-
pernaturalis Religionum) quam ex parte finis pro-
ximi, qui est cultus Dei perfectus, & Deo perfecte
inseruire, spiritualisque profectus ingredientis, &
profitemis; & de hoc nemo dubitat, ut ait Soares
tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia. cap. 17. fol. 777.
num. 5.

Solum dubium esse potest hic, utrum Religiosus
per simoniam ingressus, vel profectus, sit verè Reli-
giosus,

L 1 2 giosus,

giosus, & professio illius, sit valida? Et videbitur alicui, non esse validam, quia monachus, quatenus est ius recipiendi victum, vestitum, & portionem certam, est quoddam beneficium; sed acquisitio beneficij per simoniam, est nulla: ergo & professio. Respondeo tamen, per professionem Religionis, duo acquirere Religiosum; alterum, mutationem status, de seculari in Regularem; & hanc mutationem non impediri per simoniam, nec per excommunicationem, patet ex cap. cum illorum, de sententia excommunicat. quatenus habet, quod professio ab excommunicato facta valet; cum tamen collatio beneficij illi facta non valeat. Patet etiam ex cap. quoniam, & cap. de regularibus, de simonia, quatenus habet, simoniace professum non debere manere in monasterio, in quo per simoniam professus est, sed in aliud monasterium, eiusdem Ordinis, ad agendam poenitentiam, transferendum, mittendumque esse. Alterum, est ius habendi communem portionem, victum, & vestitum communem cum aliis Monachis, & Religiosis, & hoc ius impeditur per simoniam, & excommunicationem, donec absoluat, vel dispensetur cum illo. Ratio huius diuersitatis, est, quia acquisitio status religiosi, est quasi acquisitio characteris, qui perpetuo durat, & est beneficium quoddam spirituale, quod sit Religioso, dum consecratur Deo per professionem, ad quam recipitur; de intrinseca autem ratione consecrationis, est, ut res semel Deo consecrata, amplius profana non sit, iuxta regulam iuris; Semel Deo consecratum, amplius profanum esse non potest; siue ad profanos vsus redire non potest; unde, cum persona Religiosi per professionem semel sit Deo oblata, tradita, & consecrata, secularis amplius esse non poterit, & proinde valebit professio per simoniam facta. Ius autem recipiendi victum, & vestitum, & portionem communem cum aliis Religiosis, est veluti quoddam beneficium temporale, cuius acquisitio impeditur per simoniam, & excommunicationem illi adnexam: ita docet Nauarrus in cap. statum, de regularibus, num. 25. per multa iura, quae ibi citat, & inducit.

7. Statuo quartò. Ad sustinenda onera temporalia alimenti, victus, & vestitus, quae Religio in se suscipit, cum aliquis Religionem ingreditur, vel in ea proficitur, non est ex sua natura, intrinsece malum, aut simoniacum, aliquem in Religiosum recipere pro pretio temporali, vel pro pecunia, non quidem accipiendo illam pro ipso praesens ingressu, vel professione, sed pro onere sustentationis ipsius Religiosi; nec vllò etiam iure canonico id prohibuitur: quando monasterium ea inopia laborat, ut non possit plures sustentare: ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dubitat. 12. num. 71. & communiter Doctores. Soares tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 17. num. 5. & 7. pag. 777. vbi dist. num. 7. probat, nullo iure canonico id inueniri prohibitum. D. Thom. expressè in 4. dist. 25. quest. 3. art. 3. quest. i. Paludanus ibi, quest. 5. num. 10. Caietanus in simonia verb. excommunicatio, cap. 73. D. Anton. 2. part. tit. 18. §. 18. cap. 5. Syluester verb. simonia 4. per totum. Tabiena verb. simonia, num. 63. Sotus lib. 6. de iust. quest. 6. art. 2. glossa in cap. non satis, & in cap. quoniam, de simonia; quos ibi Abbas, & alij frequenter sequuntur. Tutrectemata 1. q. 2. in princip. Ananias in rubr. de simonia. Nauarrus in tract. de redditibus Ecclesiasticis, quest. 1. monit. vlt. num. 2. in hanc tandem partem inclinatur: citatur pro hac parte Bartolus in l. Tizio centum, §. 1. ff. de condition. & demonstrat. Sed ille ibi videtur po-

tius sentire contrarium, & in quodam scholio inibi varia illius loca inter se contraria referuntur; & Author scholij in hanc partem inclinatur, quod nimirum hoc liceat, quando monasterium indiget.

Probat, id non esse, ex natura sua, intrinsece malum, vel simoniacum: primo, quia hic non datur pretium aliquod temporale pro re spirituali, sed pro temporali, nempe, pro sustentatione temporali ipsius Religiosi. Secundo, probatur à simili, de matrimonio carnali; sicut enim matrimonium carnale, simul est sacramentum, & contractus humanus, & quatenus est contractus, habet adnexa onera temporalia, quae non possunt sine dote temporalis, sustentari, & ideo pacisci potest inter virum, & uxorem, de dote praesens, propter hanc oneratem temporalia matrimonij: ita professio Religionis, est traditio quaedam spiritualis, & consecratio quaedam talis personae ad cultum Dei, & est contractus humanus inter Religiosum, & Religionem: nam Religiosus se totum in illam transfert, & Religio se obligat ad illius sustentationem corporalem; & ratione oneris, quod in se, & super se suscipit, potest pacisci de subsidio, & pretio aliquo, ad illum sustentandum. Tertio, quia, ut patet ex Concilio Tridentino sess. 21. cap. 2. de reformatione; nemo admittitur ad sacros Ordines, qui non habeat patrimonium temporale ab Ecclesia taxatum, vel beneficium Ecclesiasticum, unde sustentari possit; licet susceptio sacri Ordinis vendi non possit. Sic igitur, licet status religiosus vendi non possit, requirere tamen congruam sustentationem à persona religiosa, non est per se malum.

Quod verò hoc non sit prohibitum iure Ecclesiastico canonico, inde probatur, ut ait Soares dist. tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 17. num. 8. fol. 778. quia nullum est decretum, ex quo id sufficienter colligatur, vel si est, contraria consuetudine est abrogatum; cum enim fuerit prohibitio humana, potuit contraria consuetudine abrogari: constat autem, de facto esse abrogata, praesertim in Monialibus. Addi haec coniectura potest, quia Ecclesia nemini vult praeccludere viam ad statum perfectionis religiosae; praeccluderetur autem sine dubio multis, si ipsae Religiones non possint ab eis petere temporale aliquod pretium, unde ipsi sustentarentur. Et hanc conditionem supponit aperte D. Thomas in 4. dist. 25. quest. 3. art. 2. & 3. dum ita ait: Licet recipere aliquid pro sustentatione personae, quae recipitur, si ad hoc non sufficiant monasterij opes.

8. Sed tota difficultas est, an quando monasterium, vel Religio adeo locuples est, ut possit commodè personas, quae recipiuntur, alere, & sustentare, illicitum sit, & simoniacum, pretium exigere, quando ingrediuntur, & profitentur, pro illarum sustentatione, & cum illis, hac de re, pactum finire? Et hac de re, partita opinio est.

Prima affirmat, id esse illicitum, & simoniam, saltem iure canonico introductam: hanc tenent communiter iuris canonici interpretes, quam deducunt ex variis iuribus, quae infra citabimus *nam sequenti vers.* Et haec ratio; & ex cap. tua nos, de simonia, ex illis verbis illius: Si Clerici, qui illum in fratrem admittant, non essent eum, nisi commodè temporalia perciperent, admissuri. Exponunt enim communiter canonici iuris interpretes istam decretalem, veluti Raymundus, Cardinalis, & alij ibi, quando Ecclesia, seu monasterium abundat bonis, & redditibus ad sustentationem necessariis, & tunc cum illa, dicunt, committi simoniam, si aliquem

aliquem in socium, beneficium, vel Religiosum, pro pretio temporali, ratione sustentationis, admittunt: docet etiam hanc opinionem Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 12. num. 68.* & videtur docere D. Thomas in verbis citatis, & in illis verbis dicti articuli 2. ad 7. *Si sine graamine monasterij, possit recipi nouitius, simoniacum est, aliquid exigere.* Citat etiam pro hac opinione Lessius Adrianum quodlibeto 9. lit. V. *Victoriam in Relect. de simonia, part. 2. num. 12.* vbi ait, omnes Doctores sentire, esse simoniam.

Probat rationibus; primo, quia, cum illa exactio, & pactio pretij, nullo modo iustificari possit, nisi propter congruum alimentum, sequitur, vbi illud in Religione suppetit, pretium pro præcisa professione, & loco sacro, exigi, quod simonia est. Secundo, quia ius viuendi ex bonis monasterij, sic est adnexum professioni, & ingressui Religionis, sicut est adnexa præbenda officio Ecclesiastico; ergo, sicuti pro præbenda non potest quidquam exigi, ita neque pro iure sustentationis, potest Religio, aut monasterium aliquid ex pacto exigere; & idem simonia erit, saltem iuris Ecclesiastici, exigere aliquid pro sustentatione ingredientis, vel profitentis.

9. Secunda opinio ait, hinc nullam esse simoniam, quando pretium, & pecuniam solum, & præcise pro sustentatione temporali Religiosi, exigitur, vel in pactum deducitur; opulentiamque monasterij, nihil facere, vt id, quod in paupere monasterio non est simonia, sit in diuite: eam tenet Sotus *lib. 9. de iust. quest. 6. art. 2. vers. Circa secundam.* Syluester *verb. simonia. quest. 15.* Toletus *in summa, lib. 5. cap. 89.* Soarius *tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 17. num. 10.* & multi alij recentiores. Et ratio est patentissima; nam, simonia ex obiecto speciem accipit, quia, scilicet, spirituale, veluti professio, vel locus sacer, pro temporali pretio datur: si autem istud caueatur, & pecunia saltem ex intentione non pro loco sacro, sed pro victu, & vestitu, & pro temporali sustentatione, detur, & exigatur, etiam si monasterium subsidio hoc temporali egeat, erit quidem, aut poterit esse peccatum scandali, aut auaritiæ, non simoniæ, nam quamuis re vera, in foro externo præsumatur simonia, tamen in rei veritate, & in foro conscientie non est; quia intentio Religiosorum recipientium, non fuit illam accipere pro ingressu, & loco sacro, sed pro alimento. Deinde, quia id, quod petitur, & in pactum deducitur, non exigitur tanquam pretium temporale rei sacre, sed tanquam conditio, ne monasterium accessu aliorum nimis grauetur; cum enim redditus monasterij sint communes, & singulis professis non sint certi, ac determinati proventus attributi, sit, vt opes communitatis, aliorum ingressu, valde minuantur, respectu singulorum, sit etiam, vt pauperes, qui idonei sunt, & necessarii ad augmentum, & gubernationem Religionis, auctoritatemque illius tam commodè ingredi non possint; ad hoc igitur incommodum vitandum, pactum incunt cum iis, qui locupletiores sunt, vt secum afferant alimenta; quæ ratio non habet locum in beneficiis, vt patet; & ideo hoc non tam iure alimentorum, proprie loquendo, quam damni vitandi causa, permittitur.

Et hæc ratio benè probat, non esse simoniam iuris diuini: aliunde tamen modo aliquo esse simoniam iure canonico introductam, probari potest ex sacris Canonibus, ex *cap. veniens ad nos, & cap. dilectus 2. de simonia;* quatenus habet, vt accipientes, ab executione Ordinum suspendantur, &

Fagundez de Iustitia, &c.

sic profitentes ad alia monasteria eiusdem Ordinis transferantur; & *Extrauaganti 1. de simonia,* in qua suspenduntur Conuentus, & Capitula, quæ pitantias, pastus, & prædicia, vel similia in Religionis ingressu, & professione, etiam ex consuetudine (quam corruptelam esse ait) exigunt, & hi, qui hæc dant, excommunicantur. Sed ad hos Canones, & extrauagantem respondendum est, eos, & illam non fuisse receptos in tota Lusitania, & (vt audio) in tota Hispania, vigereque posse in locis tantum, vbi fuerint recepti, & ideo illam simoniam, cum iure humano fuerit introducta, desuisse in tota Hispania, & Lusitania. Præterea, præsumendum est, illas pitantias, prædicia, & pastus, pro die ingressionis, vel professionis, non exigi pro statu spirituali, sacroque, quem eo die suscipiunt, sed veluti conditionem quandam, vt recreetur conuentus in illis veluti nuptiis spiritualibus, vt benè notat Lessius *tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 35. dub. 11. num. 69. & 70.*

Ita se habent huiusmodi opiniones; vtraque est probabilis; sequere, quam maior; mihi ista secunda magis placet. Argumenta primæ, ex dictis in secunda, manent soluta. Illud addo, raro inueniri posse monasteria, tam Monialium, quam Monachorum, quæ perfecta iam sint, & non habeant multa opera facienda, vt perficiantur, & quæ tam amplos redditus habeant, vt commodè sufficiant omnibus personis Religiosis; quare in iis locum habere non poterit prima opinio.

10. Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 3. de Reformatione Regularium,* hæc statuit; *vt in monasterijs, & domibus, tam virorum, quam feminarum, is tantum numerus constituatur, & conseruetur, qui ex proprijs redditibus monasteriorum, vel consuetis elemosynis commodè possit sustentari.* Et præcipit, vt superiores, & Ordinarij hunc numerum præscribant in singulis monasterijs, & non permittant, vt plures admittantur. Hoc tamen decreto Concilij non obstante, non videtur peccatum, saltem mortale, plures, quam sustentari queant, admitti, vel de dote pacisci, vbi numerus nondum est constitutus, quando monasterium est tenue, vt docet Lessius *tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 35. dub. 12. num. 71.* Tam, quia non videtur hoc decretum, receptum, & vsus contrarius non est contra rectam rationem, nec contra bonam monasteriorum gubernationem; tum, quia sacra Congregatio Purpuratorum Patrum, non ausa est, hæc de re, quidquam definire; sed censuit ad summum Pontificem remittendum. Neque obstat *cap. periculoso. de statu Regular. in 6. §. sanè.* quatenus ibi ait summus Pontifex: *Districte prohibemus, ne in monasterijs Ordinum non mendicantium, aliquæ recipiantur in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, sine præuentibus, absque penuria, sustentari; si secus actum fuerit, irritum decernentes;* quia non videtur vsu receptum hoc caput, quia passim contrarium sit, & non ignoratur dispositio huius capituli, vt benè animaduertit Lessius *allegatus vers. Nec obstat;* vel si à principio fuit receptum, nunc abiit in disuetudinem.

11. Circa sepulturam, & ius sepulture, aut sepulchrorum, an res sit sacra, & emi, & vendi possit; notandum est, olim quemlibet potuisse in loco proprio sepulturam, & sepulchrum ædificare, & eo ipso, quod mortuus aliquis in illud inferebatur, de iure ciuili, res sacra manebat, & locus sepulchri religiosus erat, vt latè probat Molina *de primog.*

L. 3. lib. 1.

lib. 1. cap. 24. num. 38. patetque ex l. cum similibus, C. de relig. domibus; & emi, & vendi non poterat, quia res sacra erat. Hodie tamen de iure canonico, non ita est: non enim sepultura aliqua, sepulchrum-ve, aut locus, in quo est edificatum, est locus sacer, & religiosus, quamuis inibi mortui iam sint sepulti, nisi de auctoritate Episcopi, ad huiusmodi usum deputatus fuerit: patet ex textu in cap. ad hac, de relig. domibus. glossa in cap. in Ecclesiastico. verb. si terram, l. 3. q. 2. Innocentius, & communiter scribentes in cap. abolenda, de sepultur. Decius, qui plures refert in cap. quanto, de iud. num. 5. post Felinum ibid. num. 4. Et ideo tale sepulchrum, aut sepultura facta non interueniente auctoritate Episcopi, emi, vendi, & alienari potest, quamuis iure civili considerato, non possit: facta autem auctoritate Episcopi, nec ipsa sepultura, aut locus illius, in se, nec ius ferendi mortuos in illam, vendi, emi, alienari, aut oppignerari potest, absque simonia, quia est iam res sacra, & inuendibilis, & extra ciuile hominum commercium. ita docet Molina de primog. citatus num. 40. & id probat ex textu in cap. postquam, l. 3. quest. 2. & Gregor. Lopez in l. 1. tit. 13. part. 1. in glossa verb. vendere. vbi ait, simoniacas esse pactiones, quæ fieri solent cum Clericis, & Religiosis, vt pro capella, aliquod pretium, vel aliquid annuum præstetur, idque verum, & iuridicum esse; quamuis frequenter malè obseruetur, & palliari solitum sit.

13. Nihilominus Molina Theologus tom. 1. de iust. disp. 138. & tom. 2. disp. 268. in fine, optimè distinguit inter ius sepulturæ, & sepulturam ipsam, seu inter ius ad sepeliendum in aliquo loco, vel capella, in Ecclesia, aut cæmeterio, ædificia, vel auctoritate Episcopi, in eremitorio extructa, & inter ipsam sepulturam; & ait, venditionem sepulturæ, alienationem, oppignationem, legatumque illius, atque promissionem, & donationem, inuvalidam esse, & simoniacam, quia ipsa sepultura in se considerata, est res sacra, & à laico, tanquam domino, possideri non potest: quod idem docet Syluester verb. sepultura, num. 1. At verò legatum iuris sepulturæ, seu iuris ad sepeliendum in tali loco, & sepultura, auctoritate Episcopi ædificatis, promissionem, donationemque illius, validam esse, & licitam, quia tale ius, licet sacrum sit, possideri tamen potest à laico, quia in se non est sacrum, sed dicitur sacrum, in ordine ad sepulturam, & respectu illius. Non enim illud ius in se, consecratur, quemadmodum consecratur locus sepulturæ, & sepultura ipsa. Quamuis tamen ius sepulturæ possideri possit à laico, & gratis possit legari, promitti, & donari; non tamen potest validè vendi, emi, aut oppignerari, propter vitium simoniæ; sufficit enim, vt vendi, & oppignerari non possit, quod respectu ad sepulturam, & in ordine ad illam, dicatur sacrum, & sit sacrum: ita Molina Theolog. allegatus; deducitur ex cap. postquam, l. 3. quest. 2. & ex cap. quest. consentit etiam Molina de primogenijs, inductus num. 40. Syluester verb. sepultura, num. 2. in initio. Innocentius in cap. abolenda. l. 7. quest. 4. vbi dicit Syluester, quod licet in vno cæmeterio, multæ parochiæ, vel Ecclesiæ habere possint ius sepeliendi suos mortuos, non posse tamen vnâ vendere alteri suum ius, licet in necessitate possit vna alteri vendere suum cæmeterium. Sed de cæmeterio ego dubito, quia est eadem ratio. Videtur tamen posse; sicut in necessitate potest vna Ecclesia vendere alteri sacra vasa, iuxta omnes.

14. Nec obstat, aliquos Religiosos, & domos misericordiz, moderatam aliquando pecuniam accipe-

re pro sepulturis ordinariis, quia non accipiunt illam pro pretio sepulturæ, & rei factæ, sed pro damno, quod infertur Ecclesiis, & soli lapidibus, & pro incommodis temporalibus inde Ecclesiis resultantibus; negari enim non potest, sepulturas illas magna ex parte Ecclesias damnificare, malè pulchras reddere, & pro isto damno, pretium aliquod moderatum petere, & accipere possunt, cum hoc potius sit quædam restitutio damnificationis temporalis, quam venditio rei sacræ.

15. Similiter ius sepeliendi se, & suos hæredes, in digniori, & nobiliori parte, & loco ipsius Ecclesiæ, vel cæmeterij, licite, & validè vendi potest, & absque simonia: hæc enim dignitas, & nobilitas loci, in se considerata secularis est, & merè temporalis, & non est adnexa sepulturæ ipsi, & ideo vendi potest; sicut etiam pro eo, quod est, maiori pompa sepeliri, maior solito elemosyna, & pretium, accipi potest; nam quamuis sepelire mortuos officium sit spirituale; tamen maiori, vel minori pompa funerali sepelire, temporale est, & per accidens adnexum officio huiusmodi: ita Sotus lib. 9. de iust. quest. 7. ad finem articuli primi. Aragon. 2. 2. quest. 100. de simonia, art. 8. fol. 300. col. 2. Rodrig. 2. part. summe, cap. 58. conclus. 2. fol. 218. & praxis quotidiana id probat.

16. Statuo quondò. Res sacræ, vt Ecclesiæ, & ius patronatus illis adnexum, per se vendi non possunt, absque vitio simoniæ, per accidens tamen, & coniunctim cum aliis rebus temporalibus, vt cum oppido, seu castro, cui ius patronatus, & Ecclesia iuris patronatus, sunt adnexa, vendi possunt, vt, cum venditur oppidum, cui ius patronatus, est annexum, cum suis pertinentiis; tunc enim deuolutè vendito principali temporali, censetur etiam vendi ius patronatus illi adnexum: ita communiter Doctores. Molina tom. 2. de iust. disput. 340. & item res sacra. Nauarrus tom. 2. consil. tit. de simonia, consil. 87. fol. mibi 307. & consil. 66. Gregorius Lopez l. quinta, tit. 5. parista 5. Couarruias lib. 1. variar. cap. 3. num. 3. Menochius de presumpt. lib. 3. presumpt. 90. num. 25. Garcia de benef. part. 5. cap. 9. num. 10. Soares tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 28. n. 13. Rodriguez tom. 2. quest. regular. quest. 122. Paulus Citadinus de iure patronatus, part. 2. num. 11. habetur in quinto volumine tractatum iuris; vbi sic ait: Licet ius patronatus per se vendi non possit, & venditio sit nulla, tamen potest vendi, vendendo castrum cum omnibus suis pertinentiis. Et addit: Si aliquis per se vendat ius patronatus, vel vendat castrum cum omnibus suis pertinentiis; si tamen exprimat, & illius ius patronatus, venditio est nulla, & simoniacæ. Et citat pro se Geminianum, & cap. questum, de rerum permut. & cap. præterea, de transactio. Geminianus tamen, quem ille citat, ait, non esse simoniam, & valere venditionem, si ita dicatur: Vendo tibi castrum cum omnibus suis pertinentiis, iuribus, & cum honore, & iure patronatus. Secus, si ita dicatur: Vendo tibi castrum cum iure patronatus. Contra verò Baldus in l. finali, C. de edict. D. Adriani, tenet, quod expressio iuris patronatus, facta per copulam, non nocet, veluti, si dicatur: Vendo tibi castrum, & ius patronatus; quia venit ampliatiuè: sed hoc non placet Paulo de Citadinis allegato.

17. An autem vendens expressè ius patronatus, perdat illud? Archidiaconus in cap. qui studet, l. 9. t. existimat, non perdere, iuxta notata in cap. quia Clerici, de iure patronat. vbi glossa docet, solum ementem debere puniri, non verò vendentem; sed hoc fallit, (ait Paulus de Citadinis allegatus) quando

quando Ecclesia emerit, tunc enim ipsum ius patronatus transfertur in ipsam Ecclesiam, non quod ex venditione transferatur, sed quia est libera, & venditor spoliari debet illo iure, quod voluit vendere, & non poterat, & aliunde Ecclesia remanet libera.

18. Probatur ergo, ius patronatus posse deuolūtē vendi cum castro, cui est annexum; quia vendito principali, censetur etiam vendi accessorium, quia accessorium sequitur principale, quando illi ita est adnexum, vt ab eo separari non possit. *cap. inter dilectos, de fide instrument. versus finem. cap. post appellationem. 2. quest. 6. §. si quis ex pluribus, cap. si super gratia, de officio delegati, in sexto.*

Imò ait Molina *tom. 3. de iust. disp. 620. ad finem, num. 6.* & Garcia *de beneficijs. parr. 5. cap. 9. num. 35.* quòd si castrum, propter ius patronatus, pluris vendatur, quàm aliàs venderetur sine illo, adhuc valere, & licitam esse talem venditionem; quia hoc non tollit, quòd castrum illud, propter illam adnexionem, pluris valeat, & maiori pretio aestimetur, quàm sine illa aestimaretur; & adhuc non venditur illud ius patronatus, per se, sed deuolūtē cum suo principali, cui est accessorium, & annexum. Quod tamen non placet Soario *dicto tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 28. num. 13.* & hoc intendit refellere; quia, si pluris valeretur castrum, aestimareturque pluris, ratione iuris patronatus, illud incrementum, & illud plus, responderet præcisè aestimationi iuris patronatus; ergo iam ius patronatus haberet aestimationem, & esset vendibile, contra id, quod communis, & vera doctrina tradit: cum Soario consentit Toletus *in summa, lib. 5. cap. 90. num. 3.* vbi ita ait: *Vendere ius patronatus, simonia est, nam hoc ius spirituale est; & sic est prohibitum per Concilium Trident. sess. 25. cap. 9. tanquam contra Canones; cum tamen tale ius est adnexum villa, aut castro, aut rei temporali, potest vendi cum illa re, dummodo nihil accipiatur plus ratione talis iuris, sicut dictum est de vestibus, & vasis sacris.* Hæc ille. Quidquid tamen Toletus, & Soarius, dicant, mihi opinio Garciae, & Molinae placet; quia illud plus non responderet præcisè iuri patronatus, quòd nullo modo venditur, nec illius venditio per se intenditur, sed quòd intenditur per se, est venditio rei temporalis, quæ per accidens habet illam adnexionem iuris patronatus, coniunctam. Nec est simile de vasis sacris, quia si venderentur pluris, quàm materia aestimaretur; illud plus responderet consecrationi, quæ est quid distinctum ab ipsa materia. At in iure patronatus, non datur aliqua consecratio distincta ab ipso iure patronatus, cui possit illud plus respondere, vt de se patet; & sic felicitas est castri, & rei temporalis, habere illam adnexionem iuris patronatus; quæ quidem felicitas in se temporalis est, non spiritualis; licet illi resultet ex re spirituali.

19. Statuo sextò. Vasa, & vestimenta sacra, si adhuc integra sint, & formam retineant vasorum, vestimentorumque factorum, vendi non possunt, nisi urgente necessitate, ad soluenda debita Ecclesie, vel ad alendos pauperes, & tunc vendi debent ad seruitium alterius Ecclesie, vel vt fiant alia pulchriora ad ornatum Ecclesie capellæ, vel altaris, vendi debent; aliter est graue sacrilegium: si verò iam contracta, & diruta sint, & formam perdant, v. c. si calix in massam argenteam refundatur, & formam calicis amittat, tunc potest vendi, etiam ad profanos vsus, ita vt ex eadem massa, profanum vas fiat. Idem de vestimentis, si formam vestimentorum factorum amittant: si autem vendantur va-

sa, & vestimenta sacra integra, vel retinentia adhuc formam sacrorum vestimentorum, & vasorum, absque vlla necessitate, etiam ad inseruendum alteri Ecclesie, aut altari, non quæ sacra, sed ratione materiae, ex qua constat, id quidem nulla simonia est; est tamen graue peccatum sacrilegij. Et ratio, cur simonia non sit, est, quia non venditur res sacra pro pretio temporali, sed tantum venditur materia, ex qua constat res sacra. Ratio verò, cur sacrilegium sit, est, quia fit irreuerentia grauis rei sacre, dum sine urgente necessitate, venalis fit, venditionique exponitur. Iam verò, si ad profanos vsus vendatur, maxima irreuerentia, & sacrilegium erit: quia id, quod semel Deo, & diuino cultui dicatum, & consecratum est, ad profanos vsus redire non potest. Notabis tamen, res profanas posse fieri sacras, Deoque ad sacra vestimenta dicari, quo pacto videmus nobiliores faminas, vestes suas pretiosiores Ecclesiis relinquere, vt sacra vestimenta ex eis fiant; non tamen vestes sacras posse ad profanos, & mundanos vsus redire. ita docent communiter Doctores. Soares *tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 29. num. 18.* Sotus *lib. 9. de iust. quest. 7. art. 1. concl. 2. §. ad questionem.* Syluester *verb. emptio. num. 5.* Molina *tom. 2. de iustitia, disp. 390. §. item res sacra; & habetur in l. sanctimus 1. C. de sacros. Eccles.*

De iure Lusitano, argentum, aurum, ornamenta, Ecclesiarum, aut monasteriorum, etiam si antiquam formam non retineant, neque vendi ab illis validè possunt personis secularibus, neque à secularibus emi ad vsus profanos, aut in pignus accipi possunt; etiam si à iure communi, id sit permissum, nisi de licentia Regis, (melius diceret, nisi de licentia Episcopi) alioqui accipientes in pignus, vel ementes coguntur restituere ea gratis suis Ecclesiis, & insuper soluunt nouies valorem illorum, partim accusanti, partim in redemptionem captiuorum: alijs Ecclesijs vendi possunt, personis verò secularibus vendi non possunt; ita disponitur *in nouis Ordinationibus, lib. 2. tit. 24.*

Vasa sacra propriè solum dicuntur illa, quæ ad vsus sacros consecrantur, vt calices, & patenæ, quia hæc solum consecrantur, & ided sola dicuntur, propriè loquendo, sacra altaris vasa, vt optimè docet illustrissimus Archiepiscopus Brachatenis, Hispaniarum Primas *in prima parte Decreti, dist. 23. in cap. non liceat. num. 4. pag. 179.* Sancius *in summa, lib. 2. cap. 43. num. 26.* Turrecremata *in dicto cap. non liceat, num. unico.* Graphis *2. part. decision. aurear. lib. 2. cap. 14. n. 8.* Cætera vasa, vt vasa sacrarum Reliquiarum, custodiae, seu pyxides, in quibus Eucharistia continetur, in sacrarioque asseruatur, disci argentei, & alia vasa, quæ inseruiunt altari ad abluendas sacerdotis manus inter Missarum solennia, & ad continendos odores, aut olea sacra Chrsimatis non consecrantur, & ided propriè non sunt sacra, & tangi possunt reuerenter à personis laicis; quam ob rem vendete calices, & patenas consecratas, non solum sacrilegium, sed etiam simonia erit: at verò vendere omnia alia vasa, iam ministerio, & seruitio Ecclesie consecrata, seu dicata, sacrilegium tantum erit, non simonia: ita deducitur ex authoribus citatis, & ex illis, quos induximus *num. 19.* Olim nefas erat, & illicitum laicis, tangere, & portare in processionibus publicis à personis laicis, vasa sacrarum Reliquiarum, & solis Acolytis licitum erat ea tangere, & portare, hodie iam id nulla est culpa, si laici reuerenter ea portent, vel contingant. ita authores modò citati.

onere datur (vt aiunt) aliquando Auditoratus Camera Apostolicae, nec in tali casu datur venditio vera, sed datur beneficium sub tali onere, & non est simonia. Sicut non est usura, si tibi dem pecunias mutuas, si mihi etiam de presenti iusto pretio vendas tot modios tritici, & non aliter; & ita docet Soares tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia, cap. 23. a num. 14. & colligitur ex plurimis authoribus, quos allegat, & sequitur Hieronymus Gonzalez ad reg. de mensuris, §. 1. proamiali a n. 31.

27.

Secunda sententia est tenenda, si nulla fiat separatio, aut diuisio à Papa, vel realis, vel formalis, qua velit vel totos fructus, vel partem illorum, separate à beneficio, seu titulo spirituali, sed velit vendere totum illud vnitum (ius nempe spirituale præstandi officia Ecclesiastica, & spiritualia, & ius percipiendi fructus temporales, illi adnexum,) ex quo diximus, constari beneficium, quia ita vendens venderet rem spiritualem, & consequenter esset simoniacus; quod aperte sumitur ex cap. si quis obiecerit. 1. quæst. 3. vbi illa traditur regula, quam omnes vtriusque iuris interpretes sequuntur, *Quando aliquis vnum vendit, cui aliud est vnitum, vtrumque vendit.* Quod si dicas, non esse simoniam, vendere calicem consecratum; ratione materiz, & tamen consecratio illi est adnexa; quo argumento vititur, post alios, Garcia num. 24. Respondemus, magnum esse discrimen inter duo vnita, quando vnum supponitur, tanquam materia ad aliud, & quando vnum fundatur in alio: materiam autem calicis supponi ad consecrationem, ius autem temporale ad percipiendos fructus temporales beneficii, fundari in iure spirituali; & verò, quando materia supponitur ad aliud, non amitti valorem, quem antea habebat, ex spiritualitate, & consecratione superueniente, sed semper illum retinere, & ideo, si amittatur forma calicis, qui consecratur, permanet illa materia iterum profana, & non consecrata, vt antea erat; & potest vendi, quia est veluti venditio causæ, sine effectu: quando verò vnum fundatur in alio, si spirituale præcedat, & in eo fundatur temporale, eique adnectatur, vendito temporali, censetur vendi spirituale, solum, vt medium necessarium ad percipiendos fructus temporales; & ita testatur Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 23. num. 8. Itaque, quando duo sunt vnita, & connexa, duobus modis possunt esse vnita, aut antecedenter, aut consequenter: si antecedenter temporale aliquid fuerit vnitum spirituali, vt cernitur in materia calicis, potest vendi per se, dummodo non vendatur, ratione spiritualitatis, seu consecrationis: si vniti sunt consequenter, vt sunt vniti fructus temporales titulo spirituali beneficii, non potest vnum vendi sine alio: & hæc est doctrina D. Thomæ, & omnium Thomistarum, 2. 2. quæst. 100. art. 4. ad 1. vt testatur Soares allegatus dicto n. 8. initio.

28.

Cæteri Prælati, velut Episcopi, aut Archiepiscopi, & omnes inferiores Papa, cum non sint domini beneficiorum, nec summi, & supremi dispensatores illorum, non possunt ita separare fructus à beneficio, & ideo nec illos vendere, sine simonia: colligitur ex cap. prohibemus, de censuris, docet Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 24. num. 35. Quod idem dicendum est de personis particulatibus possidentibus beneficia; non enim illa possunt vendere, quia sunt sua, cum hac limitatione, quæ est intrinseca rebus spiritualibus, vt vendi non possint sine simonia; & hanc simoniam esse iuris diuini, est satis probabile, vt ait idem Soares num. 38. planè esse iuris positui, constat ex cap. ultimo, de

partis, cap. super eo, de transact. c. de simoniaco, & ex aliis iuris capitibus, de simonia. Et ex dictis sequitur, simoniam esse, pretium dare, vel accipere, pro præsentatione, electione, resignatione, collatione, vel inuestitura beneficii, vt est communis.

29.

Ad beneficia reducuntur etiam præstimoniam; sunt autem præstimoniam, portiones quadam abstractæ à redditibus beneficiorum, & designatæ, vt per modum sustentationis, vel adiutorij conferantur iuuenibus ad studia peragenda, vt eo modo possint commodè erudiri, vt postea inseruiant Ecclesie. Sic ea describit Soares lib. 4. de Hæresis canonicis, cap. 12. num. 7. Est autem contouersa inter Doctores, an præstimoniam sint cum beneficiis computanda, vt videre poteris in multis, quos allegat Hieronymus Gonzalez reg. 8. glossa 2. §. 2. & Garcia de benefico, part. 1. cap. 2. num. 117. & melior opinio ait, cum beneficiis esse computanda præstimoniam, & saltem de Hispanis hoc est tenendum, quia communiter dantur in titulum perpetuum beneficii, habentque onus spirituale adnexum, vt notant Mandosius in regula de abnati. quæst. 12. num. 3. Sotus lib. 10. de inst. quæst. 5. art. 3. conclus. 2. Gondifalvus supra, num. 15. Id verò onus est, quod teneantur ij, quibus dantur, recitare diuinum officium, vt cum aliis, ostendit Garcia inductus; ac proinde est concludendum, præstimoniam esse materiam simoniæ, & consequenter non posse vendi, vt non possunt beneficia, vt cum Hostiensi tenet Sotus lib. 9. de inst. quæst. 7. art. 1. & Soares late dicto tom. 1. de Relig. cap. 25. num. 4. vbi ait, ita planè declaratum fuisse à summo Pontifice Pio quinto in quodam motu proprio: vide Malderum de simonia, dub. 12. & 13. Reginaldum lib. 23. cap. ultimo, q. 5. Filiacium tract. 45. cap. 8.

Sequebatur, vt de pensionibus, & Commendis militanibus ageremus, sed quia hoc caput latius, quam putauimus, excurrit, ideo hoc in caput sequens vigesimum reseruauimus.

CAPVT XX.

Utrum pensiones, & Commendæ, tam beneficiorum, quam militares, licite emi, & vendi possint, absque simonia; & an possimus pretio redimere nostram vexationem, si ad Prælaturam, vel beneficia non presentemur?

1. Quid sit pensio, & qui de illa agant.
2. Pensiones, an requirant Clericatum, & onus recitandi saltem officium Beata Maria. An vendi possint? ibid. An pensionarius habens licentiam transferendi suam pensionem in alium post mortem, possit illam, absque simonia transferre pro pretio? ibid. An illam pro vita sua potuerit alteri donare? ibid.
3. An ille, qui habet simplicem licentiam transferendi suam pensionem in alium, quin in ea licentia exprimat, vt per testamentum id etiam possit facere, illam per illud transferre possit.
4. Pensiones clericales, an vendi, aut dari queant pro

onere datur (vt aiunt) aliquando Auditoratus Camera Apostolicae, nec in tali casu datur venditio vera, sed datur beneficium sub tali onere, & non est simonia. Sicut non est vsura, si tibi dem pecunias mutuas, si mihi etiam de presenti iusto pretio vendas tot modios tritici, & non aliter; & ita docet Soares tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia, cap. 23. a num. 14. & colligitur ex plurimis authoribus, quos allegat, & sequitur Hieronymus Gonzalez ad reg. de mensuris, §. 1. proamiali a n. 31.

27.

Secunda sententia est tenenda, si nulla fiat separatio, aut diuisio à Papa, vel realis, vel formalis, qua velit vel totos fructus, vel partem illorum, separate à beneficio, seu titulo spirituali, sed velit vendere totum illud vnitum (ius nempe spirituale præstandi officia Ecclesiastica, & spiritualia, & ius percipiendi fructus temporales, illi adnexum,) ex quo diximus, constari beneficium, quia ita vendens venderet rem spiritualement, & consequenter esset simoniacus; quod aperte sumitur ex cap. si quis obiecerit. 1. quæst. 3. vbi illa traditur regula, quam omnes vtriusque iuris interpretes sequuntur, *Quando aliquis vnum vendit, cui aliud est vnitum, vtrumque vendit.* Quod si dicas, non esse simoniam, vendere calicem consecratum; ratione materiz, & tamen consecratio illi est adnexa; quo argumento vititur, post alios, Garcia num. 24. Respondemus, magnum esse discrimen inter duo vnita, quando vnum supponitur, tanquam materia ad aliud, & quando vnum fundatur in alio: materiam autem calicis supponi ad consecrationem, ius autem temporale ad percipiendos fructus temporales beneficii, fundari in iure spirituali; & verò, quando materia supponitur ad aliud, non amitti valorem, quem antea habebat, ex spiritualitate, & consecratione superueniente, sed semper illum retinere, & ideo, si amittatur forma calicis, qui consecratur, permanet illa materia iterum profana, & non consecrata, vt antea erat; & potest vendi, quia est veluti venditio causæ, sine effectu: quando verò vnum fundatur in alio, si spirituale præcedat, & in eo fundatur temporale, eique adnectatur, vendito temporali, censetur vendi spirituale, solum, vt medium necessarium ad percipiendos fructus temporales; & ita testatur Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 23. num. 8. Itaque, quando duo sunt vnita, & connexa, duobus modis possunt esse vnita, aut antecedenter, aut consequenter: si antecedenter temporale aliquid fuerit vnitum spirituali, vt cernitur in materia calicis, potest vendi per se, dummodo non vendatur, ratione spiritualitatis, seu consecrationis: si vniti sunt consequenter, vt sunt vniti fructus temporales titulo spirituali beneficii, non potest vnum vendi sine alio: & hæc est doctrina D. Thomæ, & omnium Thomistarum, 2. 2. quæst. 100. art. 4. ad 1. vt testatur Soares allegatus dicto n. 8. initio.

28.

Cæteri Prælati, velut Episcopi, aut Archiepiscopi, & omnes inferiores Papa, cum non sint domini beneficiorum, nec summi, & supremi dispensatores illorum, non possunt ita separare fructus à beneficio, & ideo nec illos vendere, sine simonia: colligitur ex cap. prohibemus, de censuris, docet Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 24. num. 35. Quod idem dicendum est de personis particulatibus possidentibus beneficia; non enim illa possunt vendere, quia sunt sua, cum hac limitatione, quæ est intrinseca rebus spiritualibus, vt vendi non possint sine simonia; & hanc simoniam esse iuris diuini, est satis probabile, vt ait idem Soares num. 38. planè esse iuris positui, constat ex cap. ultimo, de

partis, cap. super eo, de transact. c. de simoniaco, & ex aliis iuris capitibus, de simonia. Et ex dictis sequitur, simoniam esse, pretium dare, vel accipere, pro præsentatione, electione, resignatione, collatione, vel inuestitura beneficii, vt est communis.

29.

Ad beneficia reducuntur etiam præstimoniam; sunt autem præstimoniam, portiones quadam abstractæ à redditibus beneficiorum, & designatæ, vt per modum sustentationis, vel adiutorij conferantur iuuenibus ad studia peragenda, vt eo modo possint commodè erudiri, vt postea inseruiant Ecclesie. Sic ea describit Soares lib. 4. de Horis canonicis, cap. 12. num. 7. Est autem contouersia inter Doctores, an præstimoniam sint cum beneficiis computanda, vt videre poteris in multis, quos allegat Hieronymus Gonzalez reg. 8. glossa 2. §. 2. & Garcia de benefico, part. 1. cap. 2. num. 117. & melior opinio ait, cum beneficiis esse computanda præstimoniam, & saltem de Hispanis hoc est tenendum, quia communiter dantur in titulum perpetuum beneficii, habentque onus spirituale adnexum, vt notant Mandosius in regula de abnati. quæst. 12. num. 3. Sotus lib. 10. de inst. quæst. 5. art. 3. conclus. 2. Gondifaluis supra, num. 15. Id verò onus est, quod teneantur ij, quibus dantur, recitare diuinum officium, vt cum aliis, ostendit Garcia inductus; ac proinde est concludendum, præstimoniam esse materiam simoniæ, & consequenter non posse vendi, vt non possunt beneficia, vt cum Hostiensi tenet Sotus lib. 9. de inst. quæst. 7. art. 1. & Soares late dicto tom. 1. de Relig. cap. 25. num. 4. vbi ait, ita planè declaratum fuisse à summo Pontifice Pio quinto in quodam motu proprio: vide Malderum de simonia, dub. 12. & 13. Reginaldum lib. 23. cap. ultimo, q. 5. Filiacium tract. 45. cap. 8.

Sequebatur, vt de pensionibus, & Commendis militanibus ageremus, sed quia hoc caput latius, quam putauimus, excurrit, ideo hoc in caput sequens vigesimum reseruauimus.

CAPVT XX.

Vtrum pensiones, & Commendæ, tam beneficiorum, quam militares, licite emi, & vendi possint, absque simonia; & an possimus pretio redimere nostram vexationem, si ad Prælaturam, vel beneficia non presentemur?

1. Quid sit pensio, & qui de illa agant.
2. Pensiones, an requirant Clericatum, & onus recitandi saltem officium Beata Maria. An vendi possint ibid. An pensionarius habens licentiam transferendi suam pensionem in alium post mortem, possit illam, absque simonia transferre pro pretio? ibid. An illam pro vita sua potuerit alteri donare? ibid.
3. An ille, qui habet simplicem licentiam transferendi suam pensionem in alium, quin in ea licentia exprimat, vt per testamentum id etiam possit facere, illam per illud transferre possit.
4. Pensiones clericales, an vendi, aut dari queant pro

- pro pretio, absque licentia Papa.
- 5 Potest pensionarius locare, seu vendere fructus sua pensionis pro toto tempore vite sue, pro pretio absque simonia, & num. 6.
- 7 An Commendatores D. Iacobi, Christi, Alcantara, & D. Benedicti de Auis, sint veri Religiosi, & num. 8.
- Quid de Maltenibus. *ibid.*
- 9 Vtrum tibi liceat pretium dare alicui tertio, ut se faciat adscribere inter Commendatores, seu Milites horum Ordinum, supposito quod sis habilis ad illos.
- An huiusmodi Commenda emi, & vendi possint, absque simonia. *ibid.* *vers.* loquendo autem.
- Refertur opinio negans. *ibid.*
- 10 Praefertur affirmans.
- Respondetur ad argumenta prima.
- 11 Commenda Maltenium, seu Rhodiensium, emi, & vendi non possunt, absque simonia.
- Olim, antequam dispensaretur in votis cum his Commendatoribus, D. Iacobi, Christi, &c. & antequam illorum commenda converterentur in subsidia militaria, idem de illis dicendum erat, atque de Rhodiensibus. *ibid.* *vers.* olim.
- 12 Quis possit vendere huiusmodi commendas licite, & absque simonia.
- An Commendatores. *ibid.*
- An Principes. *ibid.*
- An Equitum magni Magistri. *ibid.*
- 13 Quid de summo Pontifice, & num. 14.
- 15 An possint Reges Lusitania, donare aliquam ex huiusmodi commenda, is, qui titulo donatus aliquam pecuniam summam obtulerit, ad apparandum classis contra hostes ad Regni defensionem, & terras, ac status ultramarinos, ab illis rucendus, & num. seqq. usque ad 24.

1. **O**rum agimus in presenti capite, vtrum vendi possint permutationes, & collationes beneficiorum, absque simonia; clarum est enim, id absque illa fieri non posse neque agimus de iisdem permutationibus, & collationibus beneficiorum, cum reservatione pensionem; sed agimus de ipsis pensionibus in se consideratis, & inquirimus, vtrum scilicet possint emi, & vendi, & permutari licite, & honeste, sine vitio simoniae. De pensione autem videri possunt Garcia de benef. 1. part. cap. 5. Gonzalvius reg. 3. glossa 5. §. 5. Soares tom. 1. de Religione, cap. 26. Reginald. lib. 23. cap. ult. quae 5. Malderus de simonia, dub. 12. & 13. Filiucius tract. 45. cap. 8. Est autem pensio, iuxta Toletum lib. 5. summa, cap. 82. num. 1. Animaduertes tamen, interdum pensiones concedi indiscriminatim Clericis, & laicis; interdum vero Clericis, ut Clerici sunt, Et de prioribus, dicendum est, nec esse beneficia, nec materiam simoniae, ac proinde licite, & sine illius vitio, emi, & vendi posse: & ita Sotus lib. 9. de iust. quest. 7. art. 2. Victoria in relect. de simonia, num. 54. Toletus lib. 5. summa, cap. 92. & cum multis Soares citatis num. 5. Reginald. Malderus, ac Filiucius inducti: cuiusmodi sunt pensiones, seu portiones, quae ex fructibus Ecclesiasticis dantur sacerdotibus, & pulsatoribus campanarum, ducibus, militibusque, qui pro Ecclesia militiam exercent, & quidem similes tunc fructus, dum sic dantur, sumuntur, ut aulli a beneficiis, ex quibus accipiuntur; nec est sequendus Rebuffus de pacifica possessione, num. 134. vbi oppositum videtur sustinere cum Nauarro in Enchirid. cap. 3. num. 3.

2. Agendo autem de pensionibus spiritualibus, quae

dantur Clericis, ut Clerici sunt, haec requirunt clericatum, ut docet Nauarrus consil. 63. de simonia, num. 5. & cum alijs Garcia de beneficijs part. 1. cap. 1. num. 10. Imò requirunt etiam habitum, & consuetudinem, ut ex constitutione Xisti V. probat Garcia num. 12. & post motum Pij V. 138. ut explicat idem Nauarrus de oratione, cap. 7. à num. 31. & in summa Lat. cap. 25. num. 122. & Soares de horis canonicis, cap. 22. num. 5. important enim onus recitandi officium B. Virginis, alijs pensionarij non faciunt fructus suos, obliganturque ad illos restituendos, ut praeter authores citatos, docet Azor lib. 10. cap. 4. quae 3. & lib. 14. quae 12. & cum plotimis alijs, Gonzalvius reg. 8. num. 13. & Garcia dicta 1. part. cap. 5. num. 67. & consequenter iam illi fructus sunt adnexi oneri spirituali praedicti officij recitandi, & etiam consequenter talis pensio iam est materia simoniae, & emi, & vendi non potest, ut recte observat Toletus in summa lib. 5. cap. 92. & Soares de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 26. num. 8. vbi adnotat, talem simoniam esse contra ius diuinum, unde infert, num. 9. & illum sequens Filiucius tract. 45. cap. 8. num. 71. Si pensionarius, (de quo agimus) habet facultatem à Papa, transferendi in alium suam pensionem, non posse illam in alium pro pretio transfere sine bona simonia, posse tamen praedictam pensionem in alium pro vita sua transfere fructus omnes ipsius pensionis, retinendo in se titulum, & onus recitandi, vbi indicat ibi idem Soares. Imò, si haberet licentiam transferendi totam suam pensionem, satis probabile est, posse transfere solum partem illius, v. c. diuidium, & tunc uterque tenebitur pro sua parte, ad totum onus pensionis, quia uterque est pensionarius, videlicet, tam ipse, qui transfert, quam ipse, in quem transfertur. Non poterit tamen ipse, qui habet facultatem transferendi praedictam pensionem, eam transfere cum reservatione, seu pacto eam exigendi, seu comedendi, quando vixerit, alijs translatione etiam nulla, ut cum Nauarro, Petro de Ledema, & alijs, tradunt Rodrig. tom. 2. summa, cap. 21. num. 7. Veiga in summa 2. part. cap. 63. casu 7. Garcia citatus num. 54. qui num. 55. probat, invalidam esse translationem, quam quis ita conditionate transfert, Si ex presenti morbo obiero, in te transfero talem pensionem; & citat pro se additionem quandam ad consilium vndecimum Nauarti, tit. de usuris; & ratio, quam reddit, est, quia per has translationes extinguitur antiqua pensio, & noua per electionem auctoritate Apostolica constituitur, & ideo videtur, quod dicta facultas, & licentia transferendi, non possit locum habere, nisi in absoluta translatione, non in conditionata, qualis est. Si ex presenti morbo obiero, in te transfero talem pensionem. Nauarrus tamen allegatus dict. consil. 11. de usuris, existimat, validam esse praedictam translationem conditionalem, quia licentia transferendi resoluitur in quandam licentiam nominandi alium, qui succedat in pensionem.

Vnde infert Garcia dict. prima parte de benef. cap. 5. num. 56. non posse etiam fieri, nec licite, nec valide, eam, de qua agimus, translationem, in testamento, seu per testamentum, nisi de licentia speciali summi Pontificis: non obstante quadam decisione Rotae in causa cuiusdam pensionis Placentinae 17. Iulij anno 1602. coram domino Corduba; in qua fuit decisum, facta translatione in testamento, attendendum esse ad tempus mortis, ad effectum validitatis illius; quia id intelligendum est, supposito, quod de licentia summi Pontificis, posset fieri per testamentum; ut ait idem Garcia.

3.

Garcia. Verum opinio Nauarri mihi est satis probabilis, quod scilicet ille, qui habet simplicem licentiam transferendi pensionem in alium, possit illam transferre per testamentum; quia ea licentia resoluitur in facultatem nominandi alium, qui succedat in talem pensionem, quæ nominatio, siue fiat per testamentum, siue sub conditione, *si ex hoc morbo obiero*, valida est. Iuuat prædicta decisio Placentina, quæ simpliciter, & absolute asserit, facta translatione in testamento, attendendum esse ad tempus mortis, ad effectum validitatis illius, & non dicit; supposito, quod habeat specialem licentiam transferendi illam per testamentum, vel in testamento; quare videtur sufficere, si habeat simplicem licentiam transferendi illam, imò potestas illa transferendi, semper intelligenda videtur, per mortem, vel in vita, prout is, qui illam habet, voluerit, quia ea gratia tota est collata in arbitrium illius, quantum ad tempus translationis. Et ideo pro sententia Nauarri magis iuuat decisio Placentina relata, quam obest: faciet etiam illi Ripa *in l. serui optione. ff. de optione legata*; vbi dicitur, optionem, quæ præcessit tempus mortis, esse validam.

4. Pensiones tamen Clericales non possunt emi, vendi, dari, vel in totum, vel in partem, pro certa summa pecuniarum, sine autoritate Papæ; & talis venditio erit nulla, & simoniaca, quia prædictæ pensiones redduntur spirituales per adnexationem spiritualis muneris, cui adnectuntur, vt bene docet Salzedo *in praxi Bernardi Dias cap. 91. litera D. Parisius de resignat. lib. 6. quest. 2. num. 124. & 128. Vgolinus de simonia. tab. 1. cap. 28. §. 3. n. 6. Sayrus de censuris. lib. 2. cap. 5. num. 5. alias 15. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. à num. 20. & late probat Soares de Horis canonicis. cap. 22. à num. 12. & cum Azor. Malderus de simonia. dubio 13. & esse certum, ait Filiucius *tract. 45. cap. 8. num. 8. Nec placent Toletus lib. 5. summa. cap. 82. & 91. & Valentia tom. 3. disp. 6. quest. 16. puncto 3. dum aiunt, has pensiones posse redimi sine licentia summi Pontificis; & loquimur de redemptione, qua quis accipit pro tota pensione ei soluenda, certum quid, & sic extinguitur illa pensio; quia iste re vera quasi vendit ius illud spirituale, pro illa pecunia; & ita haberi ex stylo Curie Romanæ, vt, tanquam simoniaca, puniatur talis redemptio, indicant Soares *num. 14. & cum aliis, Garcia de beneficijs. 1. part. cap. 5. num. 23. & Bonacina de simonia, quest. 4 §. 3. à num. 7. Et loquuntur de pensionibus, tam de illis, quæ referuntur renunciati, vel commutanti beneficium, quam de aliis omnibus, quæ dantur Ecclesiasticis personis, cum onere recitandi saltem officium purissimæ, ac sanctissimæ Virginis Deiparæ.***

5. Si verò loquamur de fructibus ipsarum pensionum, bene poterit pensionarius, sine vitio simoniæ, & absque vilo peccato, illos locare, vel vendere alicui, pro toto tempore vitæ suæ, manens ipse cum titulo, & obligatione recitandi, vt sumitur ex Nauarri *conf. 11. de rebus Ecclesia non alien. & ex Garcia num. 29. & explicat Soares de Horis canonicis. cap. 22. num. 17. & cum aliis Bonacina citatus num. 13. quia illa non est emptio, vel redemptio pensionis, sed quedam locatio commoditatum temporalium, ex illa resultantium, vel est quedam anticipata venditio illorum fructuum. Poterit etiam pensionarius extinguere suam pensionem, non recipiendo vilo modo aliquos illius fructus, nec etiam retinendo onera pensioni annexa, sed perinde se habendo, ac si illa pensio nun-*

quam data fuerit, vt notat Soares *num. 18. & esse certum, affirmat Malderus de simonia. dub. 13. in principio, & late probat Bonacina citatus n. 12. Et idem videntur sentire multi alij, quos inducit, ac sequitur Garcia de beneficijs. cap. 5. num. 38. asserentes, pensionem posse gratis remitti à pensionario, sine autoritate superioris.*

6. Vnus tamen casus est excipiendus, in quo pensio non potest extingui omnino, vel remitti à pensionario, sine licentia superiorum: & est, quando quis, loco patrimonij ad titulum pensionis, sacris Ordinibus fuit initiatus, quandiu non habuerit beneficium Ecclesiasticum, ex quo competenter ali, & sustentari possit; vel non habuerit aliunde, vnde viuat, non potest à se abdicare illam pensionem, sine licentia Episcopi, vt bene animaduertit Garcia *n. 47. & attingit Soares num. 17.*

7. Dubium graue est, vtrum vendi, & emi possint Commendæ militares, Coadiutoria, Hospitalia, licet, & honestè, absque vilo vitio simoniæ? Et verò Commendas possumus diuidere in Commendas clericales, & Commendas militares. Clericales sunt illæ, quæ dantur veluti in titulum beneficij, & supponunt Ordinem sacerdotalem, vt quum vacat alia Ecclesia, & per sex menses commendatur, seu committitur illius cura alicui Vicario, cum parte fructuum, in portionem assignata; item, cum redditus alicuius Ecclesiæ, vel monasterij dantur alicui personæ in Commendatariatum, vt illorum bonis fruatur, seruiendæ per vicarium. de quibus multa disputant Doctores, quæ non sunt nostræ institutionis; quæ videri possunt in Gonsaluo *ad reg. 8. glossa 5. §. 8. & Garcia de benef. 4. part. cap. 4. per totum. & de his non est dubium, quod emi, & vendi non possint, & esse iuris diuini simoniam, probat late Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia. cap. 27. num. 3. quia principale in eis, est spirituale ministerium, cui temporale commodum consequenter adiungitur, vt subscribit Filiucius *tract. 45. cap. 6. num. 2.**

8. Commendæ militares, seu Præceptorie, sunt illæ, quæ dantur militibus, & Equitibus aliquorum Ordinum, veluti Christi, D. Iacobi, aut Diui Benedicti de Auis, in Lusitania, de Alcantara, in Castella, & sic de alijs, in alijs Regnis. Est igitur questio, vtrum huiusmodi Equites, & milites hodie dicendi sint verè Religiosi? Et quauis Sotus *lib. 7. de inst. quest. 5. art. 3. ad 3. & in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. absolute neget, eos esse simpliciter Religiosos, cum proprium retineant, vxores ducant, & morte laicorum viuant; attamen, si loquamur de militibus, & Equitibus Rhodiensibus D. Ioannis, non est negandum, eos verè esse Religiosos, gaudereque vtroque priuilegio, canonis, & fori; vt late probat Bobadilla *in sua Politica lib. 2. cap. 19. n. 11. Barbosa de potestate Episcopali. part. 2. allegat. 12. num. 46. Sancius in summa tom. 1. lib. 4. cap. 16. num. 11. Cenedo in tract. de paupertate Religios. dub. 60. num. 12. Basilius Pontius in tract. de impedim. matrim. causa 27. quest. 2. §. 4. Garcia de benef. 1. part. tom. 1. cap. 4. num. 15. & patebit ex alijs, quos statim citabimus num. 11. vbi iterum de illis redibit sermo, quauis contrarium teneat, sed immeritò, Mandosius *reg. 3. Cancellaria, quest. 12. num. 3.***

De Equitibus verò præfatorum militarium Ordinum, Christi, Diui Iacobi, Diui Benedicti de Auis, in Lusitania, de Alcantara, & de Calatrana, in Castella, & de reliquis, exceptis Melitensibus, de quibus nunc agimus, est planè controuersia, an veri Religiosi sint, & gaudeant priuilegio fori, & canonis?

canonis? Affirmatiuam partem tenet Azor tom. 3. lib. 12. cap. 16. *quas. 5.* in eam inclinatur Sancius lib. 4. *summa, cap. 16. num. 11.* ubi credit, verius esse, eos esse Religiosos, quia vouent castitatem conjugalem, paupertatem, & obedientiam, suo modo, sub regula approbata à Sede Apostolica. Vciga in *summa, part. 1. cap. 85. & 2. part. cap. 129. casu 29.* Morta in *tract. de confirmat. ord. D. Jacobi, lib. 2. per totum.* Belluga in *speculo Principum, cap. 1. rubr. 7. num. 7.* Auendaño de *exequend. mandat. Princip. cap. 26. num. 11. part. 2.* Couarruias in 4. *Decretal. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 18.* Nauarrus de *redditis. Ecclesiasticis. quas. 1. num. 55. & quas. 3. num. 27. & 29. & consil. 11. de Regularibus, & 23. eodem tit.* Fortunius Garcia, Salzedo, & alij plures, quos citat Garcia de *beneficijs, 5. part. cap. 4. num. 15.* Metina de *sacrorum hominum continetia, lib. 4. controuersia, 7. cap. 39.* Rodriguez tom. 1. *quas. regul. quas. 3. ut. 8.* Gregorius Lopez lib. 1. *glossa ult. tit. 7. part. 5.* Menchaca de *controuers. illustribus, lib. 3. cap. 105. à num. 48. de successione creat. lib. 1. §. 30. à n. 303.*

Negatiuam partem (cui adhæreo) ultra Solum relatum, amplectuntur Molin. tom. 1. de *iust. tract. 2. disp. 141.* Azor part. 1. lib. 13. cap. 3. *quas. 2.* Molin. de *primog. lib. 1. cap. 13. num. 98.* Ioannes Sancius in *selectis, disp. 49. num. 12.* Barbosa de *potestate Episcop. part. 2. allegat. 12. num. 46.* Ioannes Franciscus Soares in *Enchiridio casuum conscientie, lib. 3. Religios. Bonac. in Bulla Cœna, disp. 1. q. 16. sect. 1. punct. 3. num. 16.* Alterius de *consibus, tom. 1. lib. 5. disp. 16. cap. 2.* Zanardus in *director. Theolog. part. 2. præcept. 4. cap. 31.* Narbona in *recopilat. tom. 1. lib. 1. tit. 5. leg. 8. glossa unic. num. 14.* Viuianus in *praxi nouissima iuris patronatus, part. 2. lib. 6. cap. 2. num. 17.* ubi testatur, sic fuisse decisum in Rota coram Domino Seraphino die. Iunij 1587. & ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem die 10. Nouembris 1609. Valent. 2. 2. tom. 3. *disp. 10. quas. 4. punct. 2.* Natta *consil. 508. & 509. lib. 3.* Burgos. de Paz *consil. 17. num. 2. & 3.* Sarmiento de *redditis Eccles. 4. part. cap. 1. num. 13.* Azeuedo in *l. 14. tit. 5. lib. 3. recopilat. num. 3.* Gutierrez lib. 2. *pract. quas. 11. num. 2.* Lassarte de *decima vendit. cap. 14. num. 92.* Gironda de *gabellis, parte septima, num. 47.* Sancius in *summa lib. 4. cap. 16. num. 11.* ubi appellat hanc quæstionem controuersam, sed in partem affirmantem magis inclinatur.

9. Quidquid tamen de hoc sit, quod modò non definimus, nec possumus definire. Quæstio hic prima est, utrum licitum sit pretium cuidam tertio dare, ut Caium admittere faciat, & adscribere inter milites, & Equites D. Jacobi, Christi, Alcantaræ, & Calatravæ, illorumque habitu, & commenda insigniri? Et supponimus, illum esse idoneum ad talem habitum, & commendam, & benemeritum illius: supponimus etiam eum, cui pretium porrigitur, plurimum valere apud Regem, vel apud ministros Regios, qui tam habitum, quam commendam conferre possunt; tandem supponimus cum communi Doctorum, eam gratiam, quam habet erga Regem, pretio esse æstimabilem, meréque temporalem, & illam, & laborem, quem positurus est in eo negotio assequendo, plus, minùsve, tantum in æstimatione hominum valere, quantum æstimatur, valere que pretium, quod ex pacto accipit, & si quid plus valet, libentissimè, & liberalissimè illud plus donare; similiterque si pretium excedit æstimationem laboris, & gratiæ, tantum illud plus libentissimè, & liberalissimè illud remittere, & condonare accipienti? Et in his terminis negat Azor tom. 3. lib. 13. cap. 16, ubi ait, id esse illicitum, quia est simonia,

& venditio habitus religiosi Ordinis, & commenda, & consequenter dicit, ligari excommunicatione summo Pontifici reseruata, contenta in *extranaganti 1. de simonia*, ut notant Reginald. tom. 2. lib. 23. cap. 12. num. 173. & hanc opinionem Azoris debent tenere omnes illi auctores, qui asserunt, prædictos Equites esse verè Religiosos, & illorum habitum, factum, & religiosum esse, quos supra citauimus §. de *equitibus verò.*

Dicendum tamen est, in præfatis terminis loquendo, non solum id non esse simoniam, sed etiam rem esse licitam, & absque vilo peccato fieri posse, & de illa cum accipiente pacisci; & in iisdem terminis id tenet expressè Diana *tract. 2. de dubijs regularib. resolut. 64. initio, iuncto §. instabis.* Debent tenere id omnes, qui dicunt, non esse simoniam, vendere commendas; quos statim citabimus in §. *attamen*; & illi etiam, qui tenent, huiusmodi milites non esse verè Religiosos, nec habitum illorum religiosum esse, sed insigne tantum notabilitatis; licet contrarium videatur tenere Soares tom. 1. de *Religione, cap. 27. num. 10. in fine*, ubi ait, id non esse simoniam; non tamen audeat dicere, rem esse licitam; sic enim ait: *Denique per pecuniam procurare obtentionem commenda, non directè emendo illam, sed fauorem, & intercessionem procurando, simonia non erit, cum non sit pro re spirituali acquirenda; ex alio autem capite, poterit actio esse mala; de quo alius.* Hæc ille.

Probatum tamen nostra opinio efficaciter. *Primo*, quia iuxta meliorem opinionem, habitus prædictorum Ordinum, non est habitus Religionis veræ, sed secundum quid; non ergo erit simonia, illum pro pretio, modo præfato, procurare, sed nec erit etiam illicitum. *Secundo*, quia ille habitus hodie post dispensationem in votis castitatis perpetuæ, paupertatis, & carentiæ proprii, & rigorosæ obedientiæ à summo Pontifice obtenta, mansit ille habitus, insigne honoris honorificentissimum, non insigne Religionis personatum, quæ Deo per vota Religionis substantialia consecrantur; & ideo, quando quis cum alio paciscitur, ut habitum sibi pretio obrineat, aut illum emit, non emit illum, tanquam insigne Religionis, sed tanquam insigne quoddam honoris sæcularis, pretio æstimabile; quare, si aliunde est idoneus ad illum, & non datur excessus considerabilis pretij, & laboris ex utraque parte, aut si datur libenter, & gratiosè, adinuicem remittitur, non video, cur hoc illicitum sit; & ultra Dianam allegatam, ita docet Villalobos in *summa tom. 2. tract. 37. diff. 14. num. 5.*

Nec obitat, quòd licet huiusmodi Ordines, post dispensationem summi Pontificis in votis substantialibus, non sint Religiones verè, sed secundum quid tantum; eo tamen modo, quo secundum quid Religiones sunt, habere aliquid spirituale, & inuendibile, veluti recitare certas preces, afferre Crucem, Eucharistiam sumere habitu candido oblongo; non enim illud habent, tanquam constitutum veræ Religionis, sed tanquam insigne honoris sæcularis, & tanquam conditionem requisitam, ad fructus, & redditus, pensiones, aut iura percipienda. Deinde respondet optimè Diana cum Aragon. 2. 2. *quest. 100. art. 4.* quòd quamuis huiusmodi habitus, & Religiones vltimatè ordinentur ad aliquid spirituale, veluti ad diuinum cultum, proprius tamen, & proximus finis illarum, est quid temporale, hoc est, militare; unde, cum non vltimi finis, sed proprii, proximi, & immediati, sit habenda ratio, deò, neque simonia, neque illicitum erit, in præfatis terminis id efficere.

Loquendo

Loquendo autem de venditione commendarum prædictorum Ordinum, quæstio hæc præcipua est, an illæ emi, & vendi licite possint, & sint vera, & propria materia simoniæ? Et hæc de re, partita est opinio

Prima affirmat, veram, & propriam esse materiam simoniæ, & vendi, & emi licite, & absque simonia, non posse. hæc tenent Azor 1. part. lib. 3. cap. 6. quæst. 3. Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis quæst. 1. num. 55. & quæst. 3. num. 27. & 29. & consil. 21. de regularibus. & 23. eodem tit. Sancius lib. 2. consiliorum. cap. 3. dub. 24. num. ultimo. Motta, & multi alij, quos sequitur; & videtur sequi Garcia de benef. 1. part. cap. 4. num. 6. & debent tenere omnes, qui dicunt, huiusmodi milites esse verè Religiosos, quos citauimus num. 8. §. de Equitibus. Fundamentum illorum, est, Primo, quia sunt quædam veluti beneficia spiritualia, quibus est adnexum ius exigendi decimas, quod ius spirituale etiam est; ergo vendi non possunt pretio temporali, absque horrenda simonia iuris diuini; venderetur enim spirituale pro temporali. Secundo, quia non datur, nisi Equitibus professis, vnde videntur esse quasi adnexæ personis sacris, & statui Religioso, ratione professionis. Tertio, quia, licet huiusmodi Equites non obligentur ad recitationem officij diuini, obligantur ad aliquod pensum orationum, qui titulus etiam spiritualis est. Quarto, quia aliqui illorum Commendatarum, habent ius præsentandi in Ecclesiis sui Ordinis, vt titulum beneficij in illis obtineant cum onere soluendi decimas commendatariis, retenta sibi tantum congrua portione assignata: quod totum spirituale est. Quinto, quia ex voto, & professione ad militiam obligantur, commendæ autem dantur in stipendium huius militiæ huiusmodi militibus, & sic sunt commendæ de se intrinsecè adnexæ spirituali; quare, cum ipse sint in se quid spirituale, vel spirituali annexum, sequitur, vt vendi non possint, absque simonia iuris diuini.

10.

At tamen opposita sententia, quæ docet, has commendas non esse beneficia, nec ad beneficia reduci, sed tantum quædam subsidia temporalia assignata pro officio temporali militandi, iis Equitibus, qui verè Religiosi non sunt, & absolute emi, & vendi posse, (à quo, & an licite, statim docebimus) est verior, & comitior. Hanc necessariò debent tenere omnes illi, qui docent, Commendatarios non esse verè Religiosos, neque hos militares Ordines verè Religiones; speciatim verò loquentes de venditione, & emptione illarum, ita docent Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 27. num. 6. Aragonius 2. 2. quæst. 100. art. 4. Raphaël de la Torre tom. 1. ad 2. 2. D. Thome. q. 200. art. 4. disp. 3. Villalobos in summa tom. 2. tract. 37. difficult. 14. num. 5. Victoria in relect. de simonia, num. 45. Rodriguez tom. 2. summa. cap. 59. num. 12. Veiga 2. part. summa. cap. 101. casu 52. Ledesma 2. part. tract. 12. §. Circa secundam conclusionem. Antonius Gomez tract. 11. de dubijs Regularibus. resolut. 64. §. Nec valet, ad suam. & debent etiam tenere omnes quos retulimus num. 1. §. negatiuam partem. Et ratio, ac fundamentum illorum, est, quia huiusmodi commendæ non sunt præstimonium, nec beneficia Ecclesiastica, nec pensiones, quæ ad beneficia reducuntur, sed sunt quædam tantum subsidia temporalia, vel stipendia militaria, quæ dantur huiusmodi Equitibus pro militiæ seruitijs, & obsequijs temporalibus Regno, & Regi impensis; illorum enim finis proximus, est militare; &

Fagundez de Iustitia, &c.

idè in se, & per se sumptæ, & consideratæ emi, & vendi possunt, absque vilo vitio simoniæ; quia non sunt aliquid spirituale, neque spirituali adnexum; illæ enim in se sunt temporalia subsidia deputata his militibus, & adnexa officio militandi, quod de se, & in se est emere temporale. Equites non sunt Religiosi; ergo nihil habent spirituale, quod inducat aliquam simoniam, etiam iuris Canonici in illarum venditione. Et verò, quod huiusmodi milites, & Equites teneantur ex voto ad militiam, parum refert, quia opus factò, non ideo, quod ex voto fiat, spirituale est, vt de se patet; alioqui, si quis voueret scribere singulis diebus aliquid, illa scriptura facta ex voto, opus esset spirituale, & vendi non posset; quod quis dicit? Et hoc patebit amplius ex solutione fundamentorum primæ opinionis.

Ad argumenta igitur, & fundamenta pro prima opinione, facta, respondemus, nec illa omnia simul sumpta, nec singula illorum, sigillatim separata, spiritualitatem aliquam conuincere in commendis, nec aliquam adnexionem ad titulum aliquem spiritualem.

Ad primum enim respondemus, illas commendas in se consideratas non esse beneficia, nec ad beneficia reduci, sed esse quædam temporalia, & militaria stipendia deputata pro sustentatione Cruciferorum, pro officio militandi, & obsequijs Regi, & regno impensis ex concessione summi Pontificis; ius autem exigendi decimas, licet sit in se spirituale, & competere non possit personis secularibus, quia sunt incapaces illius, & inhabiles, id quidem verum est ex natura rei: at ex dispensatione summi Pontificis, possunt personæ seculares capaces illas esse sub aliquo onere imposito, à summo Pontifice in ipsamet dispensatione.

Ad secundum dicimus, professionem Religionis, quam ipsi Commendatarios faciunt, non esse titulum spiritualem, ratione cuius dentur huiusmodi commendæ, sed esse tantum conditionem quandam, sine qua illis dare non possunt, & vltimam quandam dispositionem, vt ad illas reddantur habiles, & capaces, ex voluntate summi Pontificis.

Ad tertium asserimus, illud sacrarum orationum pensum, & castitatis coniugalis votum, quod Commendatarios habent, & emittunt, non oriri intrinsecè ex commenda, seu ex iure percipiendi decimas, & redditus illius, sed oriri ex regula, & obligatione illis imposita à summo Pontifice, ad percipiendos fructus commendæ, & ideo decimæ, & fructus ipsarum commendarum, non sunt adnexi tali voto, aut tali orationum pensu.

Ad quartum fatentur illi, non omnes commendas habere illud ius adnexum præsentandi ad beneficia, & nos id etiam fatemur; sed tantum aliquas, & quanuis illud omnes haberent, id parum referret, sicut parum refert ad intentum nostrum, quod aliquæ illud habeant, quia illud habent ex dispensatione summi Pontificis, & tunc haberent se omnes ad modum iuris patronatus, quod antecessenter est annexum Ecclesiæ, & beneficio iuris patronatus, non comitanter, aut subsequenter, & ideo per se vendi non potest, sed per accidens, & deuolutè cum ea re, castro, & oppido, cui est adnexum; quare tunc non venderetur illud ius patronatus in se, sed deuolutè cum commendis.

Ad quintum iam diximus, & iterum dicimus, huiusmodi commendas non tam solere dari ex iustitia commutativa, in stipendium militiæ, pro laboribus illius, quam in præmium præcedentium

M m merito

meritorum, licet non omnia merita sint equalia, quia præter expectatiuum cõmendarum, solent ipsi milites accipere à Rege stipendia suorum munerum, & militiae. Possimus etiam dicere labores militiae horum Equitum, non esse quid spirituale, sed quid merè temporale, quia illi non vouent militare, sed vouent obedire, iuxta regulam suam, & potest fieri, ut opera, quæ eis in regula, & ex regula imponuntur, temporalia tantum sint, ut in Religiosis laicis aliarum Religionum, videmus.

Neque etiam obstat, quod omnia opera, etiam temporalia facta ex voto, ordinentur, tanquam ad finem suum, ad cultum Dei, quia ille cultus tunc est finis remotus. Et quamuis huiusmodi milites specialiter, & expressè vouerent militare, nihil etiam obstat, quia, ut iam diximus, non omnia opera temporalia facta ex voto, ita redduntur spiritualia, ut in se considerata, naturalia non sint, & licet, & absque simonia, vendi possint: ita ad omnia hæc fundamenta, & argumenta primæ opinionis, respondet Franciscus Soares tom. 1. de Relig. lib. 4. de simon. cap. 27. num. 7. & 8.

11. Commendæ verò D. Ioannis Rhodiensium, seu Melitensium militum, vendi, & emi non possunt absque vitio simoniæ iuris diuini; sunt enim verè, & propriè materia illius, & idè materia emptionis, & venitionis, esse non possunt, ut specialiter docent Parisius de resignat. benef. lib. 2. quest. 14. & de confidentia, quest. 17. Garcia de beneficijs, 1. part. cap. 4. num. 11. fol. 14. Barbatia in Clementina, causam, de election. Corralius 1. part. cap. 3. num. 2. Rebuffus de nominat. quest. 15. num. 16. Putens de cif. 392. lib. 1. Azenedo in l. 14. tit. 5. lib. 3. num. 1. & in l. 9. tit. 18. Quia Rhodienses milites sunt verè personæ religiose, Deo sacre, per vota substantialia, per illorum professionem soluitur matrimonium ratum; gaudent utroque privilegio, canonis, & fori; illorumque commendæ sunt adnexæ huiusmodi personis sacris, qua sacris; & idè sunt stipendia, & imò potius beneficia spiritualia, deputata personis spiritualibus, & qui votum habent Religionis, satisfaciunt obligationi illius per ingressum Religionis Rhodiensium, seu Melitensium, ut hodie communiter tenent Doctores. Corduba in summ. quest. 278. ad finem. Aragonius 2. 2. quest. 88. art. 1. corollar. 1. Nauarrus cons. 1. seu 2. de conuers. coniugat. Barbosa in rub. ff. soluto matrim. 2. part. num. 82. Sanchez de matrimonio, lib. 2. cap. 18. num. 8. Rodriguez in explicatione Bullæ Cruciatæ. §. 9. num. 123. & in summ. tom. 1. cap. 257. & 239. num. 2. & questio. Regular. tom. 3. quest. 1. art. 7. Ludouicus Lopez instruet. 2. part. tom. 2. cap. 43. Henriquez in summ. lib. 11. cap. 8. §. 6. & alij, quos inducit Sancius allegatus. Quæ, cum huiusmodi commendæ sunt adnexæ statuit religioso, & spirituali, & non, nisi personis religiosis conferantur, Deo sacris, & gaudentibus utroque privilegio, fori, & canonis, emi, & vendi non possunt, absque horrenda labe simoniæ iuris diuini, ut testantur authores allegati.

Olim verò, quando Equites D. Iacobi, Christi, D. Benedicti de Auis, Alcantaræ, & Calatrava, verè Religiosi erant, ad instar Melitensium, antequam cum illis dispensaretur in tribus votis substantialibus, & Religiosi esse desinerent; idem de illis, & de illorum commendis dicendum erat; quod hodie dicimus de militibus Rhodiensibus. At verò, cum modò per summum Pontificem dispensati sint in prædictis votis substantialibus, & personæ sacre esse desierint, & non gaudeant privilegio canonis, neque fori, quoad bona, quæ

sunt extra illorum commendas, & ad illas non pertinent, veluti patrimonialia, & ea, quæ emptione, vel testamento, aut donatione acquisierunt, nam quoad illorum crimina, ex privilegio particulari, iudicem habent secularem, qui de illorum criminibus agnoscit, & iudex Equitum, in hoc regno Lusitanie, appellatur, & quoad bona commendarum, redditus illarum, emphyteusisque, habent iudicem alium Ecclesiasticum, qui iudex Ordinum vocatur; solum est illud annexionis vinculum, quo illorum commendæ personis sacris adnexæ erant, & manserunt subsidia tantum temporalia; ut dictum manet.

Rogabis ergo primò, quis possit vendere huiusmodi commendas, seu præceptorias, absque vitio simoniæ; & an Principes, seu magni horum Equitum Magistri, id possint licitè facere? Respondeo in primis, particulares Commendatores id non posse facere, nec licitè, nec validè, quia non sunt domini illarum, sed usufructuarij tantum, ut docet Soares tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia, cap. 27. num. 10. & num. 9. Diana citatus dicta resolut. 64. §. sed instabis.

12. Respondeo etiam, Principes, Reges, & magnos Equitum Magistros, id facere non posse; si tamen id faciant, non esse simoniacos, sed illicitè quidem facere, & inualidè, nisi de speciali privilegio, & licentia summi Pont. & Sedis Apostolicæ, faciant. Ita idem Soares, & Diana modò allegatus dicto §. sed instabis. ubi ait, Reges, si illa vendant, non esse simoniacos, peccare tamen mortaliter. Et addit, id omnes Doctores asserere, qui dicunt illarum venditionem non esse simoniacam. Et ratio, ob quam mortaliter peccent, non tamen sint simoniaci, est, primò, quia sub hoc onere, pacto, & conditione, eas à summo Pontifice, & Sede Apostolica acceperunt distribuendas, non ut venderent, sed ut darent benemeritis, in præmium, non in pretium militiae, & seruitiorum, Regi, & regno impensorum, & sub conditione eundi in Africam, vel in Indiam, ut, notat Soares dict. cap. 27. num. 9. & 10. Secundò, quia non sunt domini illarum, sed dispensatores, & quamuis supremi dispensatores, sunt sub summo Pontifice, qui illas eis dedit, non ad vendendum, sed ad iustè distribuendum. Terriò, quia, si vendantur, frustrabitur finis, ob quem institutæ fuerunt à summo Pont. nec Principes, dando illas sub conditione eundi in Africam, illas virtualiter vendunt pro obsequijs ibi sibi, vel regno faciendi, quia ad hoc licentiam habent à summo Pont. & non excedunt fines suæ commissionis: & ideo maneat firmum, & statutum, peccare illos mortaliter, si illas vendant, non tamen esse simoniacos; & hoc peccatum, non est dubium, esse contra iustitiam distributiua; non credo tamen, esse contra iustitiam commutatiua, & ex qua obligentur illi ad restitutionem. Et quia non acceperunt illas distribuendas, tanquam pretium, & stipendium iustum meritorum inter habiles, idoneasque personas, & benemeritas, sed tanquam præmium: præmium autem non respicit personas digniores, sed dignas; & quia, licet infringant pactum, & conditionem, sub qua eas à Sede Apostolica distribuendas acceperunt, & omnis fractio pacti sit contra iustitiam commutatiua, & rigorosam, obligantem ad restitutionem; tamen id intelligendum est de pactis initis inter homines particulares circa res suas, non circa res communiter distribuendas per homines idoneos: sic melior hodie opinio fert, non peccare contra iustitiam rigorosam, nec obligati ad restitutionem, illos, qui non distribuunt beneficia,

aut officia publica per digniores, licet peccent mortaliter contra iustitiam distributivam, quia ea officia, & beneficia sunt bona communia, & non sunt particularia.

13. Solus ergo summus Pontifex potest absque simonia, & licite, & absque peccato, vendere huiusmodi commendas; quia, vel est dominus illarum, vel supremus dispensator absolutus, postquam illae iam factae sunt stipendia temporalia, modo praefato. Et dare ex iusta causa, Principibus facultatem ad illas vendendas, applicando pretium ad bonum commune eiusdem militiae, vel alteri pie causa, ut docet Soares dicto tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia. cap. 27. num. 10. & haec licentia semper necessaria est, ut ait idem Soares, siue specialiter obtineatur, siue in Bullis Magistrorum horum Equitum, comprehendatur.

14. Nec obstat, quod in confirmatione, & stabilimento Ordinis D. Iacobi, citato à Garcia de benef. part. 1. cap. 4. num. 7. dicatur, id esse simoniam; ibi enim latissime fuit vocabulum simonia, & multa comprehendit, quae simonia non sunt, ut notat Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 1. num. 64. Filliucius tract. 45. cap. 6. à num. 5. Bonacina de simonia. quest. 4. à num. 14. Possunt tamen Principes, & magni Magistri militarium Ordinum, dare commendam vni Equitum, cum conditione dandi in ea certam aliquam pensionem ex redditibus illius, alteri Equiti, ut hodie frequenter fit, ita Soares dicto num. 10.

15. Ex haecenus dictis inferitur resolutio ad dubium celebre, an possit Rex Lusitaniae donare aliquam ex praefatis commendis, tanquam horum Ordinum magister, iis personis suis subditis, quae sibi pecuniarum aliquod donatum fecerint titulo obsequij ad instructionem classis navalis necessariae, tam ad regni defensionem, quam ad Brasiliam recuperationem, quae regio tota penè est occupata ab hostibus Hollandiae, in notabile damnum coronae Lusitanae.

Cui respondendum mihi videtur, affirmatiue, propter duo praecipue fundamenta, inter alia

Primo, quia commendae militares non sunt, nec esse possunt materia simoniae, ut probatum manet, ideoque attentis iuris principis, quamvis Rex illas alienare non possit extra Religionem, & Equites illius, eo quod propria bona sint Religionis, semper tamen, propter generalem administrationem, & dispensationem, quam illarum habet sub summo Pontifice, eas potest licite, & valide donare, consideratis, inspectisque aliquibus respectibus temporalibus, ad publicum bonum regni spectantibus, quin culpam aliquam committat, dando prius habitus insignie iis personis, quibus commendas dare volunt. Haec doctrina est Victoriae in relect. de simonia. num. 45. Aragonij 1. 2. questio. 100. art. 4. Soares tom. 2. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 27. num. 6. Filliucij in appendice de beneficijs, tract. 45. de simonia, cap. 6. num. 4. Bonacinae tom. 1. de simonia, cap. 137. u. 14. Vezex 2. part. summa, cap. 101. casu 52. Petri de Ledclma 2. part. tract. 12. circa 20. conclusionem.

Contra istam primam rationem, obiici potest opinio aliquorum Doctorum asserentium, (quos supra induximus num. 9. §. Loquendo autem) hoc esse simoniam; quos citat Garcia cap. 4. de beneficijs. part. 1. num. 6. & quam tenet Azor lib. 3. Institut. moral. cap. 6. quest. 3. & Sancius lib. 2. consiliorum, cap. 3. dub. 24. num. ultimo; & alij, quos ibi citauimus. Attamen, non obstante opinione horum Doctorum, contrarium dicendum est; illi enim

Fagundes de Iustitia, &c.

sibi persuadent, huiusmodi commendas esse beneficia, quoad substantiam; iam autem ostendimus satis, superque, contrarium; non enim animaduertunt, illas iam hodie, post dispensationem votorum horum Equitum, naturam mutasse, & seiunctas, ac separatas esse ab omni spiritualitate, mansisseque quaedam temporalia stipendia ad remunerationem seruitiorum Regi, & regno impensorum, ut sunt etiam pensiones, quae illis imponuntur absque vlla dependencia tituli clericalis, vel spiritualis, iuxta communem doctrinam eorum, qui de hac materia scripserunt, quos supra retulimus dicto num. 9. §. Attamen opposita sententia.

Secundo, quia cum Rex huiusmodi commendas largitur ad titulum donatiui in ordine ad publicum bonum Regni, & Coronae, non excedit terminos boni magistri, & administratoris horum Ordinum, nec optimi, & fidelis dispensatoris; & quemadmodum potest dare huiusmodi commendas, Commendatoresque efficere illos, qui ei auxilium suis propriis personis, armis, & nauibus, propriis expensis instructis, paratisque, praestant ad defensionem terrarum sui regni, suarumque ditionum, ita possunt illas dare eis, qui sibi bonum aliquod pecuniarum donatum obtulerint, ac dederint ad classes navales parandas, soluendumque militibus stipendium, in hunc finem: haec enim omnia in idem recidunt, & non transgreditur finis, quem summus Pontifex habuit, cum separauit praedictas commendas ab omni spiritualitate, eaque temporalia stipendia militum, pro Rege, & regno pugnantium, constituit.

Contra tamen hanc secundam rationem, & fundamentum, allegari potest, huiusmodi commendas dari à Rege non posse personis, quae non fuerint ex huiusmodi ordinibus militaribus, ad quas fuerint institutae; & ad quas pertinent. Ceterum ex hac ratione nihil inferitur contra id, quod dictum manet, & ad summum inferitur id, quod omnes libenter admittimus, & confitemur; videlicet semper esse necessarium, dare Regem, tanquam Magistrum Ordinum, habitum Ordinum huiusmodi personis, quae ei tale donatum offerunt, easque admittere in corpus Religionis, & militum, ac Equitum illarum, ut maneant capaces talium commendarum, ut enim ait Soares allegatus num. 10. habitus est quaedam conditio, sine qua commendae dari non possunt, nec aliqua pensio in illis.

Sub hac resolutione animaduerto, semper necessarium esse Principi, ac Magistro horum Ordinum, recurrere ad summum Pontificem, quando propter huiusmodi donatiua, non illas commendas obtulerit, quas ipse potest libere, & licite pro suo arbitrio, de licentia summi Pontificis sibi olim concessa donare quae sunt de quinque vna; sed eum voluerit dare, propter huiusmodi donatiua, illas, quae speciatim per summum Pontificem sunt applicatae seruitio, & militiae Africae, quia in istis semper requiritur noua dispensatio summi Pontificis, quando donantur propter alia obsequia Regi, & regno extra Africam impensa, quia nunquam in his rebus possunt licite transiri termini positi à summo Pontifice, & hoc est, quod ait Soares, videridas esse bullas Regibus, & Principibus, concessas à summo Pontifice, ne commissio in illis contenta transgrediatur, nunquam enim illa excedi potest: vnde, cum Rex concedit aliquam commendam alicui suo secretario, vel personae, quae non est ex numero illarum, quas de quinque vna potest dare propter seruitia sibi, & regno extra Africa-

M m 2 cam

CAPVT XXI.

An labor, & fatigatio corporis interueniens in spiritualibus, & omissiones actuum spiritualium, emi, & vendi possint, & materia sint venditionis?

1. *Quæ sit distinctio inter stipendium, & pretium. Quis sit labor intrinsecus, & labor extrinsecus in operibus sacris, ibid.*
2. *Labor intrinsecus, in operibus, & actionibus spiritualibus, non est pretio æstimabilis, nec ob illum, plus accipi potest.*
3. *Quid de labore extrinsecò.*
4. *Omissiones actuum spiritualium, quæ vendibiles sint.*
5. *An sit simoniacus ille, qui pretium accipit pro non recitando officio diuino, pro non audiendo sacro, pro non faciendo, pro non concionando.*
6. *Confessarius, qui pro pretio non absoluit hominem ritè confessum, est simoniacus, & qui non absoluit excommunicatum, pro eodem pretio, quando illum debet absoluerè.*
7. *An simoniam committat ille parochus, qui vendit licentiam suo parochiano, ut cum alio confiteatur, quando reuebatur illam dare.*
8. *An concedere licentiam parochiano, ut confiteatur cum altero, sit actus iurisdictionis spiritualis in parochò, & pro pretio vendi possit. Refertur opinio negatiua, ibid.*
9. *An Episcopus excommunicatus non toleratus possit validè dare licentiam omnibus suis, ut non confiteantur cum suis parochis, ibid.*
9. *Prefertur opinio affirmatiua.*
9. *An non dare licentiam pro pretio, ad assistendum matrimonio, alteri sacerdoti, sit simonia, ibid.*
9. *Non approbare, aut approbare Clericos ad sacros Ordines pro pretio, an sit simonia, ibid.*
10. *Omissiones non procedentes à iurisdictione Ecclesiastica, & spirituali, si vendantur pro pretio pecunie, non est simonia.*
10. *Et quomodo intelligatur, ibid.*

1. **N**ihil magis frequens inter Doctores, quam pretium accipi posse pro labore, qui reperitur in actionibus spiritualibus, absque vilo timore simoniæ; quod tamen, quomodo intelligendum sit, non omnes conueniunt: quidam enim omnia confundunt, & nihil distinguunt inter laborem extrinsecum, & hî magnam præbent ansam, & periculum labendi in errorem. Alij distinguunt, sed ita obscure, ut magnam pariant confusionem: conabimur, id clarè, pro nostris vitiis, explicare.

Non est negandum, in operibus spiritualibus, de quibus agimus, semper interuenire aliquem laborem corporalem, & fatigationem corporis, cuius causa, opus illud spirituale potest esse questio temporali æstimabile. v. c. ipsa actio ministrandi actualiter Sacramenta, concionandi, faciendi sacram, docendi, & sic de cæteris: & ideo quarimus, utrùm, pro illo labore, aut corporis fatigatione, possit accipi pretium, & utrùm, quo maior fuerit labor, eo maius possimus pretium accipere:

Fagundes de iustitia, &c.

nam quoddam possit absque vlla venditionis specie, accipi stipendium, necessarium ad congruam sustentationem, id fatentur omnes. Ea autem distinctio est inter pretium, & stipendium, quoddam pretium dicitur ordinem ad valorem rei; stipendium autem dicitur ordinem ad sustentationem congruam personæ operantis.

Ad quæstionem igitur, ut respondeamus, notabis primo, aliquem esse laborem intrinsecum, aut quasi intrinsecum ipsis operibus, & actionibus spiritualibus, ut iam supra tetigimus, qualis est ille, qui in illo ministerio per se, ac moraliter in tali actione includitur, vel concomitatur illud opus, qualis, v. c. est ipse labor, & corporis defatigatio, quam patitur sacerdos, dum sacrum facit, Cantator, dum Missam cantat, Concionator, dum concionatur, recitans officium diuinum, dum illud recitat; & qualis est ille labor, qui necessarius est ad iter faciendum de domo ad templum, ubi hæc ministeria spiritualia exercenda sunt, & de templo in domum, & similia. Alter labor dicitur accidentarius rebus sacris, & est ille, qui per se oritur ex aliquo, quod per accidens coniunctum est operi spirituali, v. c. sacrificium Missæ potest fieri in Ecclesia longè distante, & in Ecclesia, vel loco propè distante; idem de concione, & Missa potest dici, & haberi in loco tuto à latronibus, & in loco non tuto, & tempore, quo concionator, aut sacerdos habet inimicos, qui illis insidiantur, aut non habent. Horæ canonice possunt dici sine cantu solenni, aut cum cantu. His notatis,

De primo labore intrinsecò operi, & actioni spirituali facienda, communis, & verè sententia defendit, illum non esse pretio vendibilem, aut æstimabilem, quia intrinsecus est actioni illi sacræ, & spirituali, & illam ex natura sua imbibit, ac participat, redditque spiritualem, & cum spiritualitas sit, emi, & vendi non potest: ita docet D. Thomas in 4 dist. 25. quæst. 4. art. 2. Durandus ibi, quæst. 3. num. 2. Syluester verb. simonia, quæst. 9. Malderus de simonia, tract. 9. cap. 3. dub. 6. Filliucius cap. 3. quæst. 11. Reginald. lib. 23. dub. 228. Sorus lib. 9. quæst. 6. art. 1. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 8. Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 21. num. 10. Talis etiam censendus est labor ille, qui prouenit ab ipsa persona sacris actionibus operante, dum per accidens in eis maiorem sentit laborem, quam alia persona, v. c. Concionator memoria, & ingenio tardus, non potest maius pretium accipere, ratione maioris studij ac laboris, & tardij, quo afficitur. Item Sacerdos pinguioris corporis, qui maiorem defatigationem, & laborem sentit sacris operando, non potest pro illa difficultate, de maiori pretio pacisci, ut notat Soares citatus num. 21. Licet alij authores contrarium probabiliter sentiant, & quidem graues; asserentes, posse accipi maius pretium pro maiori labore, quem isti sentiunt in sacris actionibus peragendis, quos refert Malderus de simonia, tract. 9. cap. 3. dub. 6. quibus adhaeret Bonacina de simonia, quæst. 6. puncto 3. Cæterum opinio Soariz videtur probabilior, quia in illa persona, illa actio spiritualibus imbibit illum laborem, & reddit illum spiritualem, ut patet ex dictis.

De secundo labore extrinsecò, communiter asserunt Doctores, vendibilem esse, & maius pretium pro illa peti posse, & iuste, ac licitè dari, absque vilo vitio simoniæ: ita docet Lessius inductus n. 45. & Soares num. 11. & 15. Quia huiusmodi labor merè per accidens, est coniunctus operi sacro; quare, si sacerdos facturus est iter vnius leuæ, ut sa-

CAPVT XXI.

An labor, & fatigatio corporis interueniens in spiritualibus, & omissiones actuum spiritualium, emi, & vendi possint, & materia sint venditionis?

1. *Quæ sit distinctio inter stipendium, & pretium. Quis sit labor intrinsecus, & labor extrinsecus in operibus sacris, ibid.*
2. *Labor intrinsecus, in operibus, & actionibus spiritualibus, non est pretio æstimabilis, nec ob illum, plus accipi potest.*
3. *Quid de labore extrinsecis.*
4. *Omissiones actuum spiritualium, quæ vendibiles sint.*
5. *An sit simoniacus ille, qui pretium accipit pro non recitando officio diuino, pro non audiendo sacro, pro non faciendo, pro non concionando.*
6. *Confessarius, qui pro pretio non absoluit hominem ritè confessum, est simoniacus, & qui non absoluit excommunicatum, pro eodem pretio, quando illum debet absoluerè.*
7. *An simoniam committat ille parochus, qui vendit licentiam suo parochiano, ut cum alio confiteatur, quando reuebatur illam dare.*
8. *An concedere licentiam parochiano, ut confiteatur cum altero, sit actus iurisdictionis spiritualis in parochis, & pro pretio vendi possit. Refertur opinio negatiua, ibid.*
9. *An Episcopus excommunicatus non toleratus possit validè dare licentiam omnibus suis, ut non confiteantur cum suis parochis, ibid.*
9. *Prefertur opinio affirmatiua.*
9. *An non dare licentiam pro pretio, ad assistendum matrimonio, alteri sacerdoti, sit simonia, ibid.*
9. *Non approbare, aut approbare Clericos ad sacros Ordines pro pretio, an sit simonia, ibid.*
10. *Omissiones non procedentes à iurisdictione Ecclesiastica, & spirituali, si vendantur pro pretio pecunie, non est simonia.*
10. *Et quomodo intelligatur, ibid.*

1. **N**ihil magis frequens inter Doctores, quam pretium accipi posse pro labore, qui reperitur in actionibus spiritualibus, absque vilo timore simoniæ; quod tamen, quomodo intelligendum sit, non omnes conueniunt: quidam enim omnia confundunt, & nihil distinguunt inter laborem extrinsecum, & hî magnam præbent ansam, & periculum labendi in errorem. Alij distinguunt, sed ita obscure, ut magnam pariant confusionem: conabimur, id clarè, pro nostris vitiis, explicare.

Non est negandum, in operibus spiritualibus, de quibus agimus, semper interuenire aliquem laborem corporalem, & fatigationem corporis, cuius causa, opus illud spirituale potest esse questio temporali æstimabile. v. c. ipsa actio ministrandi actualiter Sacramenta, concionandi, faciendi sacram, docendi, & sic de cæteris: & ideo quarimus, utrùm, pro illo labore, aut corporis fatigatione, possit accipi pretium, & utrùm, quo maior fuerit labor, eo maius possimus pretium accipere:

Fagundes de iustitia, &c.

nam quoddam possit absque vlla venditionis specie, accipi stipendium, necessarium ad congruam sustentationem, id fatentur omnes. Ea autem distinctio est inter pretium, & stipendium, quoddam pretium dicitur ordinem ad valorem rei; stipendium autem dicitur ordinem ad sustentationem congruam personæ operantis.

Ad quæstionem igitur, ut respondeamus, notabis primo, aliquem esse laborem intrinsecum, aut quasi intrinsecum ipsis operibus, & actionibus spiritualibus, ut iam supra tetigimus, qualis est ille, qui in illo ministerio per se, ac moraliter in tali actione includitur, vel concomitatur illud opus, qualis, v. c. est ipse labor, & corporis defatigatio, quam patitur sacerdos, dum sacram facit, Cantator, dum Missam cantat, Concionator, dum concionatur, recitans officium diuinum, dum illud recitat; & qualis est ille labor, qui necessarius est ad iter faciendum de domo ad templum, ubi hæc ministeria spiritualia exercenda sunt, & de templo in domum, & similia. Alter labor dicitur accidentarius rebus sacris, & est ille, qui per se oritur ex aliquo, quod per accidens coniunctum est operi spirituali, v. c. sacrificium Missæ potest fieri in Ecclesia longè distante, & in Ecclesia, vel loco propè distante; idem de concione, & Missa potest dici, & haberi in loco tuto à latronibus, & in loco non tuto, & tempore, quo concionator, aut sacerdos habet inimicos, qui illis insidiantur, aut non habent. Horæ canonice possunt dici sine cantu solenni, aut cum cantu. His notatis,

De primo labore intrinsecis operi, & actioni spirituali facienda, communis, & verè sententia defendit, illum non esse pretio vendibilem, aut æstimabilem, quia intrinsecus est actioni illi sacræ, & spirituali, & illam ex natura sua imbibit, ac participat, redditque spiritualem, & cum spiritualitas sit, emi, & vendi non potest: ita docet D. Thomas in 4 dist. 25. quæst. 4. art. 2. Durandus ibi, quæst. 3. num. 2. Syluester verb. simonia, quæst. 9. Malderus de simonia, tract. 9. cap. 3. dub. 6. Filliucius cap. 3. quæst. 11. Reginald. lib. 23. dub. 228. Sorus lib. 9. quæst. 6. art. 1. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 8. Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 21. num. 10. Talis etiam censendus est labor ille, qui prouenit ab ipsa persona sacris actionibus operante, dum per accidens in eis maiorem sentit laborem, quam alia persona, v. c. Concionator memoria, & ingenio tardus, non potest maius pretium accipere, ratione maioris studij ac laboris, & tardij, quo afficitur. Item Sacerdos pinguioris corporis, qui maiorem defatigationem, & laborem sentit sacris operando, non potest pro illa difficultate, de maiori pretio pacisci, ut notat Soares citatus num. 21. Licet alij authores contrarium probabiliter sentiant, & quidem graues; asserentes, posse accipi maius pretium pro maiori labore, quem isti sentiunt in sacris actionibus peragendis, quos refert Malderus de simonia, tract. 9. cap. 3. dub. 6. quibus adhaeret Bonacina de simonia, quæst. 6. puncto 3. Cæterum opinio Soariz videtur probabilior, quia in illa persona, illa actio spiritualibus imbibit illum laborem, & reddit illum spiritualement, ut patet ex dictis.

De secundo labore extrinsecis, communiter asserunt Doctores, vendibilem esse, & maius pretium pro illa peti posse, & iuste, ac licite dari, absque vilo vitio simoniæ: ita docet Lessius inductus n. 45. & Soares num. 11. & 15. Quia huiusmodi labor merè per accidens, est coniunctus operi sacro; quare, si sacerdos facturus est iter vnius leuæ, ut sa-

pretio neget illam licentiam, non erit simoniacus, quia non exercet usum suae iurisdictionis, sed solum non facit cessionem iuris sibi competentis.

9. Verior tamen, & probabilior sententia sustinet, actum esse iurisdictionis, dare licentiam alteri Sacerdoti, ad audiendas confessiones subditorum parochi dantis licentiam, & consequenter inualide concedi à parochio excommunicato non tolerato, talem licentiam: ita Sancius lib. 3. de matrimonio, disp. 21, num. 9. Sylvester verb. Absolutio 2. quest. 6. & verb. Confessor 2. quest. 4. Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. art. 3. Victoria in summa de Confessione, num. 52. cum aliis Gutierrez lib. 1. quest. canonic. cap. 1. num. 89. & quia hanc doctrinam supponit Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 22. num. 16. ideo consequenter dicit, simoniam esse, si parochus pro pretio neget talem licentiam subdito illam debite petenti. Quia verò, dare licentiam assistendi matrimonio, non est actus iurisdictionis, ut probat Sancius citato loco, & disputatione; ideo vendere omissionem talis licentiae, non erit simonia, iuxta regulam traditam. Quia tamen examinatorum ad beneficia, & Ordines, & sic de similibus, quodammodo vnum efficiunt Tribunal cum Episcopo, ideo eorum approbationes, vel negationes approbationum, ad usum iurisdictionis reducuntur, & sic possunt esse simoniacae.

10. Animaduertes tamen, quòd, quando dicimus, non esse simoniacas, omissiones non procedentes à iurisdictione, intelligimus, & ipsis omissionibus per se; nam, si vendantur fructus spirituales alio, qui percipiendi ex concessione illarum, si in se considerentur, perspicuum est, posse ibi dari simoniam, v. c. si tibi dem viginti aureos, nec audias factum, vel ne audias Paulum confitentem peccata sua, ne accrescas in deuotione, & in bono, profectuque spirituali, vel ne gratia inde alteri conferatur, non audeam id à simonia excusare; quia re vera emittitur spirituale. Nec refert, quòd emens nihil accipiat, quia satis est, quòd ego me priuem re aliqua pro pretio, ut detur vera emptio saltem sufficiens ad simoniam; & in humanis, si mihi des centum aureos, ut meum seruum manumittam, paritè omnino est, ac si ego pro illis illum venderem, esto tu nihil accipias. Plurima alia exempla circa hanc materiam, affert Soares citato cap. 22. vbi illa poteris videre; & Vgolinus tabula 1. de simonia cap. 36. §. 3. n. 6. & nos nonnulla attulimus cap. 1. huius libri, n. 3. Sed hoc patebit amplius ex dicendis cap. sequenti.

CAPVT XXII.

Vtrum actus iurisdictionis Ecclesiasticae, fori interni, & externi, vendi possint?

1. Iurisdictionis fori interni, proprie loquendo, datur in parochio, respectu parochianorum.
2. Simonia est, accipere pretium pro audienda confessione, & pro illa neganda rectè confessa. Etiam simonia est, pro pretio absoluere poenitentem non rectè, & rectè dispositum, ibid.
3. Quid, si poenitens paciscatur cum Confessore, ut palam se fultè absoluat pro pretio, an tunc sit actus simoniacus.

4. An parochus, vel Confessarius simoniam committat, si paciscatur cum aliquo tertio pro pretio, ne absolutionem rectè disposito imperiet.

5. An simonia sit, poenitentem cogere ad acceptandam poenitentiam tot Missarum, ab ipso Confessario pro pretio descendarum.

6. An parochus, vel Episcopus vendens licentiam ad audiendas confessiones, simoniam committat.

Et quid, si pro pretio licentiam concedant, ad administrandum quodlibet aliud Sacramentum? ibid.

7. Vnus auferendi censuram à Superiore Ecclesiastico, absque simonia, vendi non potest.

8. Concessio indulgentiarum vendi non potest absque simonia.

9. Inuendibiles sunt, & mere spirituales omnes licentiae, quas parochi, & Praelati dare possunt ad non seruanda praeccepta Ecclesiastica, propter aliquam necessitatem.

10. Simoniam committit Episcopus, si pro pretio Prae-

cauum generalem eligat.

Potestas dispensandi vendi non potest, absque simonia: idem de potestate relaxandi vota, & iuramenta. ibid.

11. Quid, si Papa in dispensationibus aliquid solui iubeat, an hoc sit simonia.

12. Potestas iudicialis circa causas spirituales, vendi non potest.

Praelati, qui habent etiam iurisdictionem, merè secularem, an sint simoniaci, si pro pretio eligant iudices seculares. ibid.

13. Quae officia Ecclesiastica vendi possunt, absque simonia, & peccato.

An officium Primicerij, & mansionarij, & quae illa sint. ibid.

Quid de officio aconomi, & procuratoris Ecclesiae. ibid.

14. Pretium accipere pro curatio Ordinum, quatenus sit illicitum, & simonia.

15. Quid, si consuetudo sit aliquid accipere, vbi officiales non habent pretium taxatum.

IURISDICTIO fori interni, proprie datur in parochio, respectu suorum subditorum, & parochianorum, & in exercitio, & collatione sacramentorum, ac praecipue in sacramento Poenitentiae; qua de re, pauca adnotabimus:

1. Et primum, quod notamus, est, esse simoniam, si pretium accipiat pro audienda confessione; aut si Sacerdos, audita confessione, nolit absolutionem dare, nisi sibi detur pretium; quod dicendum est, siue poenitens sit dignus tali absolutione, siue non sit, ut liquet ex cap. nemo, de simonia; & quidem, si poenitens est rectè dispositus, res est clara, quia, ut bene docet Sancius lib. 1. Decalogi, cap. 9. à num. 19. audita confessione, ex ipsa diuini Sacramenti institutione, & Confessarij officio, siue ille sit parochus, siue non parochus, tenetur Confessarius poenitentem bene dispositum absoluere, quia ad hoc Christus Dominus ligandi, & soluendi potestatem eis contulit, ac sacerdotes constituit, recta enim iudicij ratio postulat, ut sicut poenitens Confessario recta praecipiente obedire tenetur, ita Confessarius rectè depositum teneatur absoluere, & ut cognita causa, iudex ferat sententiam, & cum Sancio ita docent Victoria in summa, vbi de Confessione, num. 177. Sotus in 4. dist. 18. quest. 2. art. 5. ad 5. Henriquez lib. 6. de poenitentia, cap. 16. num. 5. in

pretio neget illam licentiam, non erit simoniacus, quia non exercet usum suae iurisdictionis, sed solum non facit cessionem iuris sibi competentis.

9. Verior tamen, & probabilior sententia sustinet, actum esse iurisdictionis, dare licentiam alteri Sacerdoti, ad audiendas confessiones subditorum parochi dantis licentiam, & consequenter inualide concedi à parochio excommunicato non tolerato, talem licentiam: ita Sancius lib. 3. de matrimonio, disp. 21, num. 9. Syluester verb. Absolutio 2. quest. 6. & verb. Confessor 2. quest. 4. Sotus in 4. dist. 18. quest. 4. art. 3. Victoria in summa de Confessione, num. 52. cum aliis Gutierrez lib. 1. quest. canonic. cap. 1. num. 89. & quia hanc doctrinam supponit Soares tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 22. num. 16. ideo consequenter dicit, simoniam esse, si parochus pro pretio neget talem licentiam subdito illam debite petenti. Quia verò, dare licentiam assistendi matrimonio, non est actus iurisdictionis, ut probat Sancius citato loco, & disputatione; ideo vendere omissionem talis licentiae, non erit simonia, iuxta regulam traditam. Quia tamen examinatorum ad beneficia, & Ordines, & sic de similibus, quodammodo vnum efficiunt Tribunal cum Episcopo, ideo eorum approbationes, vel negationes approbationum, ad usum iurisdictionis reducuntur, & sic possunt esse simoniacae.

10. Animaduertes tamen, quòd, quando dicimus, non esse simoniacas, omissiones non procedentes à iurisdictione, intelligimus, & ipsis omissionibus per se; nam, si vendantur fructus spirituales alio, qui percipiendi ex concessione illarum, si in se considerentur, perspicuum est, posse ibi dari simoniam, v. c. si tibi dem viginti aureos, nec audias factum, vel ne audias Paulum confitentem peccata sua, ne accrescas in deuotione, & in bono, profectuque spirituali, vel ne gratia inde alteri conferatur, non audeam id à simonia excusare; quia re vera emittitur spirituale. Nec refert, quòd emens nihil accipiat, quia satis est, quòd ego me priuem re aliqua pro pretio, ut detur vera emptio saltem sufficiens ad simoniam; & in humanis, si mihi des centum aureos, ut meum seruum manumittam, paritè omnino est, ac si ego pro illis illum venderem, esto tu nihil accipias. Plurima alia exempla circa hanc materiam, affert Soares citato cap. 22. vbi illa poteris videre; & Vgolinus tabula 1. de simonia cap. 36. §. 3. n. 6. & nos nonnulla attulimus cap. 1. huius libri, n. 3. Sed hoc patebit amplius ex dicendis cap. sequenti.

CAPVT XXII.

Vtrum actus iurisdictionis Ecclesiasticae, fori interni, & externi, vendi possint?

1. Iurisdictionis fori interni, proprie loquendo, datur in parochio, respectu parochianorum.
2. Simonia est, accipere pretium pro audienda confessione, & pro illa neganda rectè confessa. Etiam simonia est, pro pretio absoluere poenitentem non rectè, & rectè dispositum, ibid.
3. Quid, si poenitens paciscatur cum Confessore, ut palam se fultè absoluat pro pretio, an tunc sit actus simoniacus.

4. An parochus, vel Confessarius simoniam committat, si paciscatur cum aliquo tertio pro pretio, ne absolutionem rectè disposito imperiet.

5. An simonia sit, poenitentem cogere ad acceptandam poenitentiam tot Missarum, ab ipso Confessario pro pretio descendarum.

6. An parochus, vel Episcopus vendens licentiam ad audiendas confessiones, simoniam committat.

Et quid, si pro pretio licentiam concedant, ad administrandum quodlibet aliud Sacramentum? ibid.

7. Vnus auferendi censuram à Superiore Ecclesiastico, absque simonia, vendi non potest.

8. Concessio indulgentiarum vendi non potest absque simonia.

9. Inuendibiles sunt, & mere spirituales omnes licentiae, quas parochi, & Praelati dare possunt ad non seruanda praeccepta Ecclesiastica, propter aliquam necessitatem.

10. Simoniam committit Episcopus, si pro pretio Praetorium generalem eligat.

Potestas dispensandi vendi non potest, absque simonia: idem de potestate relaxandi vota, & iuramenta. ibid.

11. Quid, si Papa in dispensationibus aliquid solui iubeat, an hoc sit simonia.

12. Potestas iudicialis circa causas spirituales, vendi non potest.

Praelati, qui habent etiam iurisdictionem, merè secularem, an sint simoniaci, si pro pretio eligant iudices seculares. ibid.

13. Quae officia Ecclesiastica vendi possunt, absque simonia, & peccato.

An officium Primicerij, & mansionarij, & quae illa sint. ibid.

Quid de officio aconomi, & procuratoris Ecclesiae. ibid.

14. Pretium accipere pro curatio Ordinum, quatenus sit illicitum, & simonia.

15. Quid, si consuetudo sit aliquid accipere, vbi officiales non habent pretium taxatum.

IURISDICTIO fori interni, proprie datur in parochio, respectu suorum subditorum, & parochianorum, & in exercitio, & collatione sacramentorum, ac praecipue in sacramento Poenitentiae; qua de re, pauca adnotabimus.

1. Et primum, quod notamus, est, esse simoniam, si pretium accipiat pro audienda confessione; aut si Sacerdos, audita confessione, nolit absolutionem dare, nisi sibi detur pretium; quod dicendum est, siue poenitens sit dignus tali absolutione, siue non sit, ut liquet ex cap. nemo, de simonia; & quidem, si poenitens est rectè dispositus, res est clara, quia, ut bene docet Sancius lib. 1. Decalogi, cap. 9. à num. 19. audita confessione, ex ipsa diuini Sacramenti institutione, & Confessarij officio, siue ille sit parochus, siue non parochus, tenetur Confessarius poenitentem bene dispositum absoluerè, quia ad hoc Christus Dominus ligandi, & soluendi potestatem eis contulit, ac sacerdotes constituit, recta enim iudicij ratio postulat, ut sicut poenitens Confessario recta praecipiente obedire tenetur, ita Confessarius rectè depositum teneatur absoluerè, & ut cognita causa, iudex ferat sententiam, & cum Sancio ita docent Victoria in summa, vbi de Confessione, num. 177. Sotus in 4. dist. 18. quest. 2. art. 5. ad 5. Henriquez lib. 6. de poenitentia, cap. 16. num. 5. in

commento, litera Z. Azor tom. 1. lib. 2. Inff. moral. cap. 17. quæst. 10. Sayrus in clauis Regia, lib. 1. cap. 9. num. vltim. Salas 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 9. à n. 82. Soares tom. 4. de penitentia, disp. 32. sect. 1. per totam, speciatim num. 2. cuius actus, cum sit merè spiritualis, & saluti necessarius, palam est materia simoniæ, & immunis omni specie venditionis. Si verò penitens non est ritè dispositus, & Confessor nihilominus intendit illum absoluerè; idem omnino est dicendum, quia ex se talis Confessor intendit absolutionem, licèt per accidens illa non subsistat; atque aded est simoniacus, vt tradit idem Soares inductas tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 19. num. 2. vbi probat, etiam idem dicendum esse, si Confessor pro pretio velit absolutionem dare penitenti malè disposito, intendens fictam solum absolutionem dare; hic enim peccat, saltem cooperando peccato simoniæ penitentis dantis pretium pro absolutione. Imò hic committit etiam iniustitiam, quia, cum penitens non intendat emere talem absolutionem, decipitur in ipso contractu.

3. Sed quid, si penitens malè dispositus paciscatur cum Confessore, vt palam sibi absolutionem impertiat fictam, & sibi palam proferat absolutionis verba, sine intentione absoluendi; ne circumstantes existimant, aut dubitent de eius absolutione? Respondeo ibi non dari simoniam, quia in tali casu nihil venit spirituale, quamuis sit turpe luctum, & omnino fugiendum ita Soar. citatus dict. tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 19. num. 2. quod egregie confirmatur ex Caietano opuscul. 9. quæst. 2. tom. 2. Soto lib. 9. de iust. quæst. 8. art. 1. Tolero lib. 5. summa, cap. 90. Lessio tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dubitat. 1. num. 11. vbi asserunt non esse simoniam, si quis animo nihil tale faciendi, promittat alicui pretium pro beneficio: & idem erit, si cum tali voluntate decipiendi, promittat beneficium, vel quid spirituale pro pretio; & facentur hi Doctores, quòd taliter emens facit suum beneficium, si sibi alioquin à potente conferre, fuerit collatum; sed quamuis in hoc casu non detur reuera simonia, non potest negari, quin simoniacè peccet ita contrahens. Et ratio est, quia hic talem contractum iniens inducit alium ad simoniam, saltem hic, & nunc, exercendam; ergo committit peccatum simoniæ, vt benè tradit Sancius lib. 1. Decalog. cap. 6. num. 3. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 16. Valq. 1. 2. quæst. 73. disp. 102. cap. 3. Lessius citatus, & alij, quos refert Sancius ibid. & ratio est, quia, etsi non sit reuera simonia, quoad penam, ad eam tamen reducit, quoad culpam: itaque reducit hoc peccatum ad speciem simoniæ, non tamen illud committens simoniacus est, ita quòd incurrat penas simoniæ.

4. An verò, si Confessor accipiat ab aliquo tertio pretium, ne huic; cuius peccata audiuit, absolutionem, ritè disposito, impertiat, simoniam committat? inquires. Respondeo, non esse dubitandum ea de re, vt ex cap. nemo, de simonia, probat Soares tom. 4. de penitentia, disp. 32. sect. 5. num. 3. & quia in tali casu, negat absolutionem, est actus elauium, & venditur actus iurisdictionis spiritualis, seu potius negatio illius, omissoque; vt benè etiam notat Bonacina de simonia quæst. 4. §. 9.

5. Defendit etiam Soares allegatus num. 4. simoniam esse, si Confessor cogat penitentem penitentiam acceptare, in qua illi imponit, vt dici faciat tres Missas, v. g. pro suis peccatis, sibi que det elemosynam illarum, ad illas dicendas, quia talis obligatio est pretio æstimabilis; si tamen solum

imponeret penitentiam Missarum dicendarum, non designando, per quem Sacerdotem, non est simonia, etiam si ipse Confessor speret, fore, vt sibi Missæ dicendæ committantur, quia non designat emptorem, cui soluat stipendium illarum, & alioqui Confessarius est iudex ad imponendam penitentiam, arbitrio suo, necessariam ad salutem animæ penitentis, & vt de cætero caueat; & tam negligens ille esse poterit in audiendis sacris, vt iudicet Confessarius hic, & nunc, vt in posterum caueat, eam penitentiam moraliter esse necessariam, & valdè conuenientem; & quia reuera ibi nulla ratio pretij interuenit, nec intentio, aut spes illius, sed tantum impletio, & impositio penitentia, quæ Confessario visa fuit conueniens ad salutem penitentis: imò, licèt suam necessitatem, & desiderium dicendi illas Missas, post datam absolutionem, significet, non erit simonia, vt docet Soares dict. tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia, cap. 19. n. 4. Planè manifesta erit simonia, si penitens minorem emat penitentiam à Confessario, pro pretio, vel pro aliquo pretio æstimabili, & Confessarius illud accipiat. Et idem dicendum est, si illud accipiat ab aliquo tertio, pro imponenda huic penitentia grauiori; vt docet Filiucius cap. 4. §. num. 34. & idem Soares dict. cap. 19. num. 4. in fine.

6. Similiter erit simonia; si Parochus aut Episcopus vendat licentiam alicui, ad audiendas confessiones; quia venderent potestatem suam merè spiritualem. Et idem dicendum est, si quis pretio emat, & pecuniam donet, vt fiat Confessor alicuius; qui confessorium potest eligere, v. c. si quis emat esse confessorem Episcopi, vel Principis, vt docet Redoanus 1. part. cap. 7. num. 2. Vgolinus tabula 1. cap. 36. Soares tom. 4. de penit. disp. 32. sect. 5. num. 5. Idem dicendum est, si parochus pretium accipiat pro danda licentia ad administrandum aliquod sacramentum, vel Baptismi, vel Eucharistiæ, & sic de aliis: vbi etiam comprehendo licentiam assistendi matrimonio, vice ipsius parochi: nam licèt illa assistentia, vel licentia ad id, non sit actus iurisdictionis, vt benè ostendit Sancius lib. 3. de matrimonio, disp. 21. num. 3. 4. & 143. Est tamen concessio illius licentiæ, actus pertineus ad spirituale munus parochi, & ab eo intimè emanans, & consequenter est spiritualis, & materia simoniæ, vt ostendit idem Soares dict. tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia, cap. 19. num. 12. & idem de hac assistentiâ tradit etiam Malderus de simonia, ad finem, dub. 5. & Bonacina §. 16. qui num. 7. supponit, id non procedere de assistentiâ testium, potest enim hæc assistentia, absque vitio simoniæ, emi, & vendi, quia non est aliquid spirituale, vel in se, vel ratione alicuius muneris spiritualis. Si verò parochus exigat ab illo Sacerdote, qui ab illo licentiam petit ad assistendum alicui matrimonio, vel totam oblationem, vel partem illius, quam ipse parochus erat percepturus, duobus modis illam potest petere, vel exigendo illam, ratione lucri cessantis, & hoc modo, iuste, & licèt illam potest exigere: vel in pretium, & quasi illam vendendo, & hoc erit simonia, vt plures citans docet Bonacina num. 8.

7. In superiori verò Ecclesiastico est potestas auferendi censuras; & vsus huius potestatis, quia est res valdè spiritualis, vendi etiam, & emi non potest, absque vitio simoniæ. Si etiam loquamur de vsu, quo Sacerdotes auferunt ab ipsis excommunicatis illas censuras, quas incurrerunt, extra controuersiam etiam est, id esse simoniacum, & illicitum, vt expressum est in cap. ad aures, de simonia, & testatur

testatur Soares citatus *num. 6.* In rigore tamen non erit simonia, si quis vexatus iniusta censura, non possit ab illa absolui, nisi sacerdoti absolventi decem aureos, v. c. pro absolutione, impertiat, quia non vult iam aliter absolui: si enim in hoc casu, illos donet, non animo emendi absolutionem (id enim nunquam licebit,) sed animo remouendi impedimentum sibi iniuste, & iniustose impostum, non erit simoniacus, quia redimit suam vexationem; imò nec erit cooperator peccato alterius, quia ille potest bene, & male, iuste, & iniuste id facere cum iniuria, & sine illa, & iste redimit iuste suam vexationem; sicut contingit in eo, qui usuras soluit usurario nolenti sibi mutuum dare sine illis: ita, cum aliis. Soares *tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 29. num. 8.* & Redoanus *3. part. de simon. cap. 2. num. 6.*

8. Non est etiam materia venditionis, concessio indulgentiarum, & idè est materia simoniae, quia concessio indulgentiarum, est actus iurisdictionis spiritualis, vt rectè ostendit Soares *dicto tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 19. num. 9.* & *tom. 4. de penitentia, disp. 49. sect. 3.* & *tom. 4. disp. 15. sect. 1.* Et ratio est; *Primo*, quia concessio indulgentiarum fundatur in satisfactione Christi, & Sanctorum, quæ per indulgentias nobis applicatur pro satisfactione peccatorum, quibus obstricti manemus post remissionem nostrorum peccatorum, vt latè probat ipse Soares *de simonia, cap. 19. num. 9.* Ergo, si pro pretio vendantur, venditur etiam satisfactio Christi; vnde etiam prouenit, quòd globuli piaculares, etuces, & imagines benedictæ non possunt vendi carius, quàm illarum materia contineant, & quàm, si indulgentias non haberet. *Secundo*, quia ipsa concessio indulgentiarum in se considerata, est actus supremæ cuiusdam potestatis supernaturalis relicte à Christo Domino, superioribus suæ Ecclesiæ, in salutem animarum, & eius finis est maximè spiritualis; ergo in se considerata, vendi non potest, absque horrenda labe simoniae iuris diuini. *Tertio*, quia est vltus quidam spiritualis Ecclesiastici ministerij; & sic continetur sub generali prohibitione *cap. ad nostrum, & cap. nemo Presbyterorum, de simonia.*

9. Inuendibiles etiam sunt, & merè spirituales, omnes licentiæ, vel quasi dispensationes, quas parochi dare possunt subditis suis in ordine ad obseruationem præceptorum, vel excusationem eorum, vt quòd laborent in die festo, propter talem necessitatem, quòd non ieiunent in tali die, quòd utantur tali cibo, & similibus; de quibus Soares *dicto tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 19. num. 11.*

10. Circa autem iurisdictionem Ecclesiasticam pertinentem ad forum externum Ecclesiasticum, generaliter asserendum est, eius actus non esse, nec posse esse materiam venditionis, & simoniam committi, si vendantur. Ita D. Thomas *2. 2. quest. 100. art. 3. ad 3.* & *in 4. dist. 24. quest. 2. art. 2. ad 9.* glossa in *cap. vendentes 1. quest. 3. de simonia*, Cardinalis, & Alexander *ibi, n. 7.* Soares *lib. 4. de simonia, cap. 20. num. 1.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 9.* Toletus *in summa lib. 5. cap. 98.* Vnde simoniam committet Episcopus, si Vicarium generalem pretio constituat, si Vicarium generalem ordinarium spirituales, aut delegatum efficiat. Idem est dicendum, vt notant Lessius in *ductus dubit. 8. num. 47.* & Nauarrus *in summa cap. 23. num. 111.* si pro pretio detur ius eligendi ad dignitatem Ecclesiasticam, aut ad Ecclesiastica beneficia, aut ius confirmandi tales electiones. Idem, si vendatur potestas dispen-

sandi, vel relaxandi vota, aut iuramenta, imponendi censuras, aut ab illis absoluendi, vel dispensandi in impedimentis matrimonij, & sic de similibus, quia hi omnes actus sunt spirituales in se, & promanantes ex iurisdictione, & potestate Ecclesiastica, & spirituali: & idè nec licet, nec valide vendi, aut emi possunt, absque vitio simoniae, iuxta Doctores omnes modò allegatos.

Non tamen erit iudicandus Papa simoniacus, si in dispensationibus aliquid solui postulauerit, quia id poterit applicare sustentationi officialium publicorum, per quos expedienda sunt tales dispensationes, vel alicui pro operi, & quia ita exigere non est contra ius diuinum, & licet sit contra aliquod ius humanum, attamen in hoc ipse poterit dispensare, vnde Episcopi non poterunt similia exigere, cum dispensant, quia iure positio prohibentur, vt præter citatos, notat Vgolinus *tabula 1. cap. 52. num. 5.* Imò illa regula videtur vniuersaliter tenenda, quam circa dispensationem votorum, statuit Soares *tom. 2. de Religione, lib. 6. de Voto, cap. 17.* Lessius *tom. 2. de iust. lib. 2. cap. 40. dub. 10. n. 101.* Sancius *lib. 4. Decalogi, cap. 46. num. 4.* Vbi docent, regulariter loquendo, esse sanum consilium, in dispensationibus aliqua vti commutatione, quia communiter rariæ sunt causæ sufficientes, ad dispensandum; si tamen causæ essent aperte sufficientes, nulla quidem erit commutatio facienda.

Potestas iudicialis circa causas spirituales, emi, & vendi non potest, nec est materia venditionis, quia est materia simoniae, & est res spiritualis tendens ad bonum animarum; si verò agamus de materia, & potestate iudiciali circa temporalia, clarum est, talem potestatem posse vendi, sine simonia, quidquid sit de aliis peccatis, ac proinde Archiepiscopus Bracharensis, Hispaniarum Primas, non peccabit simoniacè, si pro pretio constituat iudices seculares, vel Ecclesiasticos, quoad vltus iudicij secularis, & politici, quia vtramque iurisdictionem habet, spirituales, & temporales, ac politicam in rebe sua Bracharensi, cum mero, & mixto imperio in illa; quin etiam erit simonia, saltem contra ius posituum, si vendantur officia temporalia Ecclesiæ, vt officium Sacristæ, Thesaurarij, Procuratoris generalis, seu Syndici, & alia similia. nam licet opera, & functiones horum officiorum, possint vendi, quia sunt temporalia, attamen officia ipsa vendi prohibentur, quia Ecclesiastica sunt; vt docet Soares *tom. 1. de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 29. à num. 8.* & Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 4. num. 26.* patet ex *cap. si quis Episcopus, de simonia*; vbi prohibetur venditio officij dispensatoris Ecclesiasticarum rerum, seu Procuratoris, vt exponitur in *cap. Saluator, eod. tit.* vbi etiam dicitur, per Dispensatorem, intelligi quemlibet Ecclesiasticum rerum administratorem, vt, v. c. Præpositum, œconomum, Vicedominum; quia huiusmodi voces idem ferè significant, vt ex variis iuribus, & decretis, doctè probat Soares citatus *num. 8.* Idem de officio defensoris bonorum Ecclesiæ, vt ex *cap. si quis Episcopus, Defensoris autem nomine, intelligitur Aduocatus, siue castaldus, aut iudex; iuxta eundem Soarium n. 10.* Nōmine autem Castaldi, intelligitur Syndicus, vel ille, cui generaliter omnia negotia Ecclesiæ commendantur.

Idem de officio Primicerij, & mansionarij: vt patet ex *cap. si quis Episcopus, de simonia*; non exprimitur autem in *cap. Saluator, eod. tit.* quòd sit officium mansionarij, nec expositores illorum capitum, mentionem de illo faciunt, nec Dictionarij Latinæ solam

11.

12.

13.

CAPVT XXIII.

Publica officia Reipublicæ, ædificia, viæ, & plateæ publicæ, an licitè vendi, & emi possint? Et an res affectæ onere pio, requirant Ecclesiæ consensum ad quam illud opus pertinet, vt vendantur.

- 1 An res affectæ onere pio alicui Ecclesiæ soluendo requirant Ecclesiæ consensum, vt vendantur. Numerantur varia differentie officiorum secularium. *ibid.*
- 2 Recensentur authores, qui absolutè negant venditionem officiorum secularium, esse licitam, siue iurisdictionem habeant adnexam, siue non habeant.
- 3 Referuntur illi, qui id affirmant, modò fiat pro pretio moderato.
- 4 Referuntur alij, qui hanc venditionem licitam esse, aiunt, sub tribus conditionibus; prima, propter necessitatem communem; secunda, pro pretio moderato; tertia, si fiat personis habitibus.
- 5 Si loquamur de venditione officiorum, que habent adnexam iurisdictionem facularem, vt Iudicum, Senatorum, &c. Prima opinio affirmat, posse licitè vendi in magna Regni necessitate, moderato tamen pretio, & personis habitibus.
- 6 Secunda negat.
- 7 Vtraque est probabilis, & ferè equè probabilis.
- 8 Si loquamur de venditione officiorum, que nullam habent iurisdictionem, conducunt tamen ad administrationem iustitiæ, vt Tabellionis, &c. & num. 9.
Prima opinio ait, licitè posse vendi. *ibid.*
- 10 Secunda negat.
Prima tamen est tenenda. *ibid.*
- 11 Licita est venditio omnium officiorum, que instituta sunt à Rege ad seruitium suæ propriæ personæ, que salarium habent ex gazis Regis, si in Lusitania excipias officium Præsècti supremi Regiæ venationis, eo quod habent iurisdictionem adnexam.
- 12 Non tamen vendi, donari, aut transferri possunt, nec licitè, nec validè, à particularibus officialibus in alios, nisi de licentia Regis, sub pœna amissionis officij, & pretij.
- 13 Emptores illorum, si sine licentia Regis, illa emant, quam pœnam subeant.
Quando sciens, sine tali licentia vendi. *ibid.*
- 14 Quid, si officialis vendat officium suum palliatè, supponens, se ad id licentiam à Rege habere, & non habeat.
- 15 Si officialis officium suum vendat post commissum aliquod crimen dignum priuatione illius, licentiam anteq̃ habuerit ad illud vendendum, an validè vendat, & quam pœnam habeat de iure Lusitano.
- 16 Dynasta, qua in Lusitania possunt in suis terris prouidere officia, quomodo licitè illa possint prouidere, & an illa possint vendere, aut dare licentiam ad vendendum.
- 17 An possint Principes priuare vasallos suos suis

officijs, sine causa, aut illa ab illis auferre sine satisfactione.

- Quomodo intelligenda sit Ordinatio, & lex Lusitana, qua habet, posse Reges Lusitania, officiales suis officijs priuare, & illa ab illis in conscientia auferre absque vlla satisfactione, non probatis illorum culpis in iudicio. *ibid.*
- 18 Quomodo intelligatur illa clausula in prouisionibus illorum posita, ad nutum nostrum, ad beneplacitum nostrum, dum fuerit voluntas nostra.
 - 19 An ille, qui habet simplicem licentiam ad transferendum suum officium, aut renuntiandum, possit illud vendere.
 - 20 An peccet, qui illud vendit virtute illius simplicis licentiæ, quam habet ad illud renuntiandum, & n. 21.
 - 22 An ille, qui habet licentiam ad vendendum suum officium, possit illud vendere, reseruando sibi, vel filio suo, aut alteri personæ, in eo pensionem aliquam.
An quis habet licentiam ad resignandum suum beneficium, possit in ea resignatione reseruare licitè, & validè, sibi, vel alteri aliquam pensionem, quin id in licentia exprimat. *ibid.*
 - 23 Quid, quando officia bina ita cum ea connexionem à Rege sunt creata, vt mortuo, vel absente officiali vnius, statim officialis alterius virique inseruiat, dum à Rege vacuum officium non prouideatur, an tunc, si Rex vnum ex illis alicui vendat, vel, in satisfactionem meritorum, illud ei donet, possit postea iubere, vt ille, qui vnum emittit, aut qui, ob merita, prouisus fuit in illo, ne inseruiat virique, absque satisfactione defraudationis emolumentis, & honoris officij.
Prouisio officiorum, ob merita æquivalentia, habet rationem venditionis. *ibidem.* vers. Primo, quia.
Vbi Rex dicit, se, ob merita officium dare, & ob seruitia sibi impensa, statim censetur in iudicio probata ea seruitia. *ibid.*
 - 24 Tractantur alia dubia circa hanc rem, usque ad num. 29.
 - 30 Edificia publica, an emi, & vendi possint, & an destrui, vt ligna, & lapides illorum vendantur.
Quid, si ad publicum aliud edificium edificandum, id fiat.
 - 31 Platea, & via publica, & fora publica, an vendi, & emi possint.

RIVS QVAM de venditione officiorum profanorum, disputationem intexamus, inquirimus: an res affectæ onere pio alicui Ecclesiæ soluendo, vendi possint absque ipsius Ecclesiæ consensu? Et communiter respondent Doctores negativè: ita docet Reinosus obseruat. 69. num. 2. Speculator quest. 118. de locato, n. 44. §. nunc alia questio. Albericus in l. vltima. num. 13. C. de iure emphyt. Vallascus de iure emphyt. q. 35. num. 26. & alij.

Officia secularia in varia sunt differentia; quædam enim creantur à Principibus ad domesticam gubernationem domus suæ, & palatij, & ad auctoritatem propriam personarum Principum, & habent salarium, & stipendium assignatum ex facultatibus Regiis, non ex publico; quædam spectant ad rectam administrationem gazæ Regiæ, quæ similiter stipendium habent, non ex publico, sed ex facultatibus Regiis, constitutum. Alia sunt officia publica

CAPVT XXIII.

Publica officia Reipublicæ, ædificia, viæ, & plateæ publicæ, an licitè vendi, & emi possint? Et an res affectæ onere pio, requirant Ecclesiæ consensum ad quam illud opus pertinet, vt vendantur.

- 1 An res affectæ onere pio alicui Ecclesiæ soluendo requirant Ecclesiæ consensum, vt vendantur. Numerantur varia differentie officiorum secularium. *ibid.*
- 2 Recensentur authores, qui absolutè negant venditionem officiorum secularium, esse licitam, siue iurisdictionem habeant adnexam, siue non habeant.
- 3 Referuntur illi, qui id affirmant, modò fiat pro pretio moderato.
- 4 Referuntur alij, qui hanc venditionem licitam esse, aiunt, sub tribus conditionibus; prima, propter necessitatem communem; secunda, pro pretio moderato; tertia, si fiat personis habitibus.
- 5 Si loquamur de venditione officiorum, que habent adnexam iurisdictionem facularem, vt Iudicum, Senatorum, &c. Prima opinio affirmat, posse licitè vendi in magna Regni necessitate, moderato tamen pretio, & personis habitibus.
- 6 Secunda negat.
- 7 Vtraque est probabilis, & ferè equè probabilis.
- 8 Si loquamur de venditione officiorum, que nullam habent iurisdictionem, conducunt tamen ad administrationem iustitiæ, vt Tabellionis, &c. & num. 9.
Prima opinio ait, licitè posse vendi. *ibid.*
- 10 Secunda negat.
Prima tamen est tenenda. *ibid.*
- 11 Licita est venditio omnium officiorum, que instituta sunt à Rege ad seruitium suæ propriæ personæ, que salarium habent ex gazis Regis, si in Lusitania excipias officium Præsècti supremi Regiæ venationis, eo quod habent iurisdictionem adnexam.
- 12 Non tamen vendi, donari, aut transferri possunt, nec licitè, nec validè, à particularibus officialibus in alios, nisi de licentia Regis, sub pœna amissionis officij, & pretij.
- 13 Emptores illorum, si sine licentia Regis, illa emant, quam pœnam subeant.
Quando sciens, sine tali licentia vendi. *ibid.*
- 14 Quid, si officialis vendat officium suum palliatè, supponens, se ad id licentiam à Rege habere, & non habeat.
- 15 Si officialis officium suum vendat post commissum aliquod crimen dignum prinatione illius, licentiam anteq̃ habuerit ad illud vendendum, an validè vendat, & quam pœnam habeat de iure Lusitano.
- 16 Dynasta, qua in Lusitania possunt in suis terris prouidere officia, quomodo licitè illa possint prouidere, & an illa possint vendere, aut dare licentiam ad vendendum.
- 17 An possint Principes priuare vasallos suos suis

officijs, sine causa, aut illa ab illis auferre sine satisfactione.

- Quomodo intelligenda sit Ordinatio, & lex Lusitana, qua habet, posse Reges Lusitania, officiales suis officijs priuare, & illa ab illis in conscientia auferre absque vlla satisfactione, non probatis illorum culpis in iudicio. *ibid.*
- 18 Quomodo intelligatur illa clausula in prouisionibus illorum posita, ad nutum nostrum, ad beneplacitum nostrum, dum fuerit voluntas nostra.
 - 19 An ille, qui habet simplicem licentiam ad transferendum suum officium, aut renuntiandum, possit illud vendere.
 - 20 An peccet, qui illud vendit virtute illius simplicis licentiæ, quam habet ad illud renuntiandum, & n. 21.
 - 22 An ille, qui habet licentiam ad vendendum suum officium, possit illud vendere, reseruando sibi, vel filio suo, aut alteri personæ, in eo pensionem aliquam.
An quis habet licentiam ad resignandum suum beneficium, possit in ea resignatione reseruare licitè, & validè, sibi, vel alteri aliquam pensionem, quin id in licentia exprimat. *ibid.*
 - 23 Quid, quando officia bina ita cum ea connexionem à Rege sunt creata, vt mortuo, vel absente officiali vnius, statim officialis alterius virique inseruiat, dum à Rege vacuum officium non prouideatur, an tunc, si Rex vnum ex illis alicui vendat, vel, in satisfactionem meritorum, illud ei donet, possit postea iubere, vt ille, qui vnum emi, aut qui, ob merita, prouisus fuit in illo, ne inseruiat virique, absque satisfactione defraudationis emolumentis, & honoris officij.
Prouisio officiorum, ob merita æquivalentia, habet rationem venditionis. *ibidem.* vers. Primo, quia.
Vbi Rex dicit, se, ob merita officium dare, & ob seruitia sibi impensa, statim censetur in iudicio probata ea seruitia. *ibid.*
 - 24 Tractantur alia dubia circa hanc rem, usque ad num. 29.
 - 30 Edificia publica, an emi, & vendi possint, & an destrui, vt ligna, & lapides illorum vendantur.
Quid, si ad publicum aliud edificium edificandum, id fiat.
 - 31 Platea, & via publica, & fora publica, an vendi, & emi possint.



RIVS QVAM de venditione officiorum profanorum, disputationem intexamus, inquirimus: an res affectæ onere pio alicui Ecclesiæ soluendo, vendi possint absque ipsius Ecclesiæ consensu? Et communiter respondent Doctores negativè: ita docet Reinosus obseruat. 69. num. 2. Speculator quest. 118. de locato, n. 44. §. nunc alia questio. Albericus in l. vltima. num. 13. C. de iure emphyt. Vallascus de iure emphyt. q. 35. num. 26. & alij.

Officia secularia in varia sunt differentia; quædam enim creantur à Principibus ad domesticam gubernationem domus suæ, & palatij, & ad auctoritatem propriarum personarum Principum, & habent salarium, & stipendium assignatum ex facultatibus Regiis, non ex publico; quædam spectant ad rectam administrationem gazæ Regiæ, quæ similiter stipendium habent, non ex publico, sed ex facultatibus Regiis, constitutum. Alia sunt officia publica

publica habentia iurisdictionem temporalem intrinsicè adnexam, veluti iudicium, Senatorum, Præfectorum, & Prætorum iustitiæ. Alia, quæ illam adnexam non habent, necessaria tamen sunt ad rectam administrationem iustitiæ in Republica, veluti Tabelliones, Scribæ, Apparitores, & cætera turba horum ministrorum. Alia sunt officia Regiarum Apothecarum (Lusitanè *Alfandegas*) ad expeditionem mercium, quæ aliunde adiehuntur; veluti Scribæ, Thesaurarij, quæstores, iudices ponderum, custodes, & reliqui omnes. Alia verò officia creantur à Rege; cum ea connexionè, & dependentia, ut mortuo officiali vnus officij, officialis alterius illi inferuiat, dum à Rege officium non prouidetur; quædam dantur à Rege gratis, & liberaliter; quædam venduntur, aut in satisfactionem meritorum donantur. Per hæc omnia discurremus.

2. Sed notandum est in primis, nonnullos esse auctores, qui loquendo generaliter, & absolute de venditione officiorum secularium, siue iurisdictionem secularem adnexam habeant, siue non habeant, absolute negant, ea licite vendi posse. ita Medina C. de rest. quest. 4. de usuris. Adrianus in 4. quest. de usura, §. ex his, & nouissime Tarrianus 2. 2. tom. 2. disp. 23. dub. 2. num. 9. & facit pro hac parte *lex unica. C. ad leg. Iuliam de ambitu.* quæ prohibet aliquem promoueri ad officium publicum, pro pretio, & ambitione. Fundamentum illorum, est, primo, quia hæc officia sunt necessaria ad gubernationem temporalem Reipublicæ, & antequam Reipublicæ Reges, & Principes eligerent, in quos totam suam potestatem transtulerant, iam erant constituta talia officia in Republica, & ea conditione illam in illos transtulerunt, ut publica officia distribuenda forent inter digniores; ita enim recta ratio, & administratio Reipublicæ bene ordinatæ, postulabat; neque concessum fuit Principibus, ut ea vendere possint, sed solum ut ea distribuere dignioribus, vel æquè dignis, præmissa communi saltem diligentia; & verò, si de tali reservatione constaret, ita planè dicendum erat, sed res est planè adeò antiqua, ut de illa vix constare plenè possit.

3. Alij verò auctores absolute asserunt, licite posse Principes ea officia vendere, dummodo illa vendant pretio moderato, & personis dignis; maxime, si hæc officia taxatum habeant salarium, & stipendium pro laboribus, & operibus illius, siue ea stipendia eis soluantur ex publico, siue ex facultatibus Regis, siue à partibus, vis pro suis negotiis aliquid taxatum soluantur. hanc tenet Anton. Diana tract. 5. miscell. resolut. 108. §. his tamen. Corduba in summ. quest. 117. Diana citat *Ardeum tom. 3. lib. 8. cap. 7. quest. 3.* sed ego ibi non reperi.

Probant primò, quia quamuis auctores generaliter clament, huiusmodi venditiones non esse licitas, imò penitus esse detestandas; videmus tamen, eas in Principum Curijs fieri, quia ipsi Principes contendunt, de consilio optimorum Doctorum, tales venditiones & sibi, & Reip. viles esse, & licitas, eo quòd emptores metu penæ, ne officia amittant, simul & pretium, quod pro illis dederunt, obseruantius inuigilent, & caueant, ne culpas committant, ob quas, ab officiis priuentur, & amoveantur; deinde, quia nemo iustè, & rationabiliter de his venditionibus queri potest, cum iusto, & moderato pretio fiant, & cum officia vendantur personis idoneis, & habilibus, de quibus est probabilis spes, & penè moraliter certa, quòd bene Regi, Regno, Reipublicæ, & Deo præcipue inferuiant; & plus à partibus non sunt acci-

pturi, quàm, quòd pro singulis functionibus suorum officiorum, taxatum habeant.

4. Alij autem, loquendo generaliter de omnibus officiis, siue iurisdictionem adnexam habeant, siue non habeant, communiter docent, posse Reipublicam, & Regnum ad eam necessitatem peruenire, in qua licita sit talis venditio, modò tamen pretio moderato tunc fiat, & personis habilibus, solum addit ad præcedentem opinionem, ut fiat in necessitate Reip. & Regni, veluti cum magna summa esset constanda ad communem Reip. & Regni defensionem, aut necessitatem subleuandam, aut totius Christianitatis, de qua necessitate nemo potest melior esse iudex, quàm Princeps; qui causas occultas agnoscit, de quibus populus notitiam non habet, nec expedit, ut habeat; quæ summa aliunde commodius haberi non potest. hanc opinionem tenet Rebellus lib. 9. quest. 18. sect. 2. num. 24. Mallerus 2. 2. tract. 9. cap. 1. dub. 5. Valentia tom. 3. disput. 5. quest. 7. punct. 2. §. 5. ad 3. Tannerus 2. 2. disp. 4. quest. 8. dub. 2. num. 24. Syluius 2. 2. quest. 63. art. 2. Salon. 2. 2. tom. 1. quest. 63. art. 2. controversia 8. conclus. 2. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 32. dubit. 4. num. 29. Aragon. 2. 2. quest. 63. art. 2. Villalobos in summa tom. 2. tract. 8. difficult. 7. num. 3. Ioannes de la Cruz in director. 1. part. pr. 7. quest. 7. art. 2. dub. 10. conclus. 3. Lelesma in summa tom. 2. tract. 7. cap. 1. conclus. 15. Hæc inuenio generaliter in Doctoribus. Veniamus modò ad singularia.

5. Si loquamur de venditione officiorum, quæ habent adnexam iurisdictionem, & administrationem iustitiæ, veluti iudicium, Senatorum, Prætorum, & Præfectorum iustitiæ, partita est opinio.

Prima affirmat, posse vendi in magna necessitate Reipub. & emi iustè, & licite, modò vendantur à supremis Principibus, personis literatis, & habilibus, de quibus magna, & nota spes est, quòd iustitiam populis administrabunt, æquè bene, ac fortè etiam melius, quàm alij, iustoque, & moderato pretio, & in magna necessitate Regni, & Reip. vendantur. hanc tenent omnes Doctores, qui indifferenter docent, venditionem omnium officiorum secularium, in præfatis terminis, esse licitam, non tamen expedire; quos citauimus num. 4. hæc opinio tribuitur D. Thom. episc. 21. in responsione 5. ad Ducissam Brabantia, & loquitur ibi Balthus, & officialibus, seu ministris iustitiæ, qui annexam habebant secularem iustitiæ administrationem, ut patet ex tota responsione illius, quæ sic habet. *Quinto querebatur de Balthus, & officialibus vestris, si liceat eis officia vendere, vel minò ab eis recipere aliquid certum, donec tantum recipiant ex officijs; ad quòd dicendum videtur, quòd questio ista duas difficultates habere videtur. Quarum prima, est de officiorum venditione. Circa quam, considerandum videtur, quòd Apostolus dicit, quia multa licent, quæ non expediunt. Cum autem Balthus, & officialibus vestris nihil committatis, nisi officium potestatis, non video, quare huiusmodi officia non liceat vobis vendere, dummodo talibus vendatis, de quibus possit præsumi, quòd sint viles ad talia officia exercenda, & non tanto pretio vendantur, quòd recuperari non possit sine grauamine vestrorum subditorum. Sed talis venditio expediens non videtur. Primò, quia contingit frequenter, quòd illi, qui essent magis idonei ad huiusmodi officia exercenda, sunt pauperes, ut emere non possint. Et si etiam sunt diuites, illi, qui meliores sunt, talia officia non ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda. Sequitur igitur, quòd vltimum illi officia in terra vestra suscipiant, qui sunt peiores, ambitiosi, & pecunia amatores, quos etiam, probabile est,*

est, subditos vestros opprimere, & vestra etiam com-
moda, non sic fideliter procurare. Vnde magis vide-
tur expediens, ut bonos homines, & idoneos ad sus-
cipienda vestra officia, eligatis, quos, etiam inuitos, si
necesse fuerit, compellatis, quia per eorum bonitatem,
& industriam, maiora accrescent vobis, & subditis
vestris, quam de predictorum officiorum venditione
acquirere valeatis. Et hoc consilium dedit Moyse co-
gnatus. Prouide, inquit, de omni plebe viros sapientes,
& timentes Deum, in quibus sit charitas, & qui ode-
rint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos, Decurio-
nes, & quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent
populum omni tempore. Hæc respondit D. Thomas
Ducisse Brabantie ad primum quesitum, circa
venditionem officiorum iudicum, & Senatorum
populi, Baliui enim iudices erant in Brabantia: &
patet magis exemplo, quod attulit, consilij dati
Moyse à Iethro socero suo: Prouide de omni tempo-
re viros, qui oderint auaritiam, qui iudicent populum
omni tempore.

Secunda verò dubitatio, quam quærebatis, (addit
D. Thomas) erat, an licitum sit mutuo ab eis recipere
aliquid certum, donec tantum recipiant ex officijs.
Circa quod, inquit, videtur dicendum, quod, si pacto
hoc, mutuum dant, ut officium accipiant, absque dubio
pactum est usurarium, quia pro mutuo accipiunt of-
ficij potestatem, quæ est pretio æstimabilis, vnde in
hoc datus eis occasionem peccandi, & ipsi tenentur
resignare officio taliter acquisito. Hæc respondit ad
secundum quesitum. Ex qua responsione clarè con-
stat, opinionem esse D. Thomæ, circa hanc vendi-
tionem officiorum iudicum, & ministrorum iusti-
tiæ, esse licitam, non tamen convenientem, neque
expeditè. Eam tenet etiam Syluester verb. dignitas,
num. 4. Baldus in l. Barbarius, lectura 1. num. 6. ff. de
officij Pratoris, Vallascus in praxi de partitionibus,
cap. 13. num. 67. Et ratio illorum, est, quia de iure
diuino, nullibi hoc in sacra Scriptura, nec tacitè,
nec expeditè, esse prohibitum inuenitur; incom-
moda autem, & inconuenientia inducta à D. Tho-
ma, ubi quam, hanc venditionem non expeditè,
dixerit, prudentia humana facilè vitari poterunt,
si bona diligentia querantur viri literati, diuites,
& timoræ conscientie, qui illa velint emere, qui
nunquam defunt, maximè hoc tempore, in quo
prouisiones raræ sunt; & insuper, si huiusmodi of-
ficia vendantur moderato pretio, ne emptores in-
de occasionem accipiant recuperandi illud cum
vexatione, & grauamine subditorum. Præterea,
quia populi statim conqueruntur, & iudices ma-
num promptam habent ad puniendos iudices; imò
illi inde occasionem accipient, ut iussè, & pru-
dentè se habeant, ne oleum, & operam, hoc est,
pretium, & officium, amittant.

Secunda opinio negat, licitam esse talem offi-
ciorum venditionem habentium adnexam iurisdic-
tionem secularem eam docet expressè Cassianus
1. part. Catalogi gloria mundi considerat 60. §. alia
autem, fol. mibi 38. Addit tamen, posse Principes
hoc facere de absoluta potestate; absoluta enim
potestas in Principe excludit omnem rationem, &
iustitiam, & includit omnem iniustitiam, solum
enim importat, ut nemo sit in terris, cum ipsi su-
premi sint, maioremque non recognoscant in sua
iurisdictione temporalis, qui ab eis rationem facti
possit exigere, eisque dicere, cur ita fecisti? Docent
etiam omnes citati num. 2. quatenus asserunt, ven-
ditionem omnium officiorum, esse illicitam, siue
iurisdictionem habeant secularem adnexam, siue
non habeant; tenet etiam hanc opinionem glossa
in cap. sicut 1. quæst. 6. Boërius decis. 149. num. 3.

Fagundez de Iustitia, &c.

Caietanus in summa verb. officior. venditio. Auen-
daño resp. 9. col. 1. & 3. & alij. Fundamentum ho-
rum Doctorum est. Primò, quia (& est fundamen-
tum Cassianæ) venditio iustitiæ tacita, vel expres-
sa, est contra ius naturale, & diuinum (omnia enim,
quæ sunt contra ius naturale, sunt contra diuinum
ius, non tamen omnia, quæ sunt contra ius diui-
num, sunt contra ius naturale;) atqui, si officia,
quæ adnexam habent iurisdictionem, & admini-
strationem iustitiæ secularem, vendantur, tacitè, &
presumptiuè venditur iustitia; ergo talis venditio
est contra ius diuinum. Minor probatur, quia hæc
administratio iustitiæ intimè emanat ex iurisdic-
tione, & hæc intimè & radicaliter est vnita, & ad-
nexa tali officio: ergo vendito officio, venditur
iurisdicctio, & iustitia, saltem tacitè, & virtualiter.
Secundò, quia ea, quæ sunt publici iuris, prout sunt
officia publica habentia publicam iurisdictionem
adnexam, non recipiunt æstimationem, iustitia
enim, & administratio iustitiæ, non sunt res ven-
dibiles; nec pretium, aut æstimationem recipiunt;
superant enim omnem pretij æstimationem, cum
sit res alterius ordinis; ergo ei deficit pars substan-
tialis ad valorem venditionis, quæ est pretium; ex
duabus enim rebus constat perfecta, & valida ven-
ditio, ex re, & pretio. Et non est negandum, ven-
ditis his officiis, tacitè vendi iustitiam, propter ra-
tionem iam tactam, & propter occasionem, quæ
datur emptoribus, vendendi iustitiam, ut pretium
pro officiis datum citò recuperent: nam, ut ait
Tullius, quem refert Baldus in l. Barbarius, ff. de of-
ficio Pratoris, col. 2. res malè agitur in Repub. cum
quod virtute fieri debet, pecunia tractatur.

Ita se habent huiusmodi opiniones; sequere,
quam maioris. Ego, si Princeps essem, hanc secun-
dam amplecterer; fatentur enim omnes, hoc ma-
gis congruere honestati Principum, & Regiæ ma-
iestati, & bono odori illorum famæ; ut de se
patet.

Argumenta, & fundamenta primæ opinionis
D. Thomæ, & dictis soluta manent. Ad funda-
menta huius secundæ, facilè respondebis, pecu-
niam, iuxta Aristotelem, esse mensuram omnium
rerum humanarum; vnde, cum hæc officia, res hu-
manæ sint, pretium suum, & æstimationem reci-
piunt, & habent, & pecunia mensurari possunt;
nec inde sequitur, quod tacitè vendatur iustitia, aut
administratio iustitiæ, non enim hoc intenditur à
Principibus, sed contrarium; sed id prouenit ex
malitia emptorum. Nec iurisdicctio radicaliter est
in officio, sed in voluntate Principis, qui potest
eam auferre, & limitare, quoties voluerit, & ex-
pediens iudicauerit. Nec emptoribus occasio da-
tur, ut peccent, & vendant iustitiam: si impruden-
ter operentur, timebunt amissionem pretij, & of-
ficij, ut patet.

Si loquamur de venditione eorum officiorum,
quæ nullam habent iurisdictionem adnexam, con-
ducunt tamen ad administrationem iustitiæ, ut
Tabelliones, Scribæ, Inquisitores testium, suppu-
tatores expensarum litium, & aliorum, qui pro
suis functionibus pretium soluendum per partes,
taxatum à legibus habent. Partita quoque opi-
nio est.

Prima affirmat, licitè posse ea vendi: ita om-
nes citati num. 3. dummodo vendantur pretio mo-
derato, & viris probis, & idoneis. Expressè eam
tenent Sotus lib. 3. de iust. quæst. 6. art. 4. conclus. 1.
in solut. ad primum argumentum, & vers. sed ingerit.
Nauarrus in summa Lat. cap. 27. num. 7. Baccà de
dote, cap. 26. num. 15. Guilielmus in cap. Raynuitius,

N n verb.

7.

8. & 9.

verb. duas habens filias, num. 54. Vallascus in praxi de part. cap. 13. num. 67. & 68. D. Thomas dicto opusc. 21. ad Ducissam Brabantia; & omnes citati num. 5. qui dicunt, eam venditionem licitam esse, etiam in officiis habentibus iurisdictionem secularem adnexam, non tamen convenientem. Ratio, ac fundamentum est, quia huiusmodi officia consistunt in nudo ministerio, ob quod officiales aliquod stipendium, & certum quid pro suo labore per leges taxatum habent, & sunt officia potius oneris, & seruitutis, quam iurisdictionis, & ideo nullum est periculum, quod vendatur iustitia, & si aliquod est, id provenit per se ex illorum malitia, & falsitate, non ex officio, & ideo paratum habent à legibus, suspendium. Incommoda etiam, quæ ex huiusmodi venditionibus in Republica resultant, satis tolluntur ex eo, quod temere à Rege conceduntur licentiæ ad illa vendenda; sed bene examinata persona ementis, idoneitate illius, precedentibus pluribus informationibus circa hoc negotium. Quare in illorum venditione, nullum est periculum, quod periclitetur iustitia, aut, si est, per accidens est.

10. Secunda negat; eam tenent omnes citati num. 1. propter fundamentum illi allegatum; speciatim eam tenent glossa in cap. 1. quest. 6. Boët. decis. 149. num. 3. Caietanus in summa verb. officiorum venditio; Avendaño resp. 9. col. 2. & 3. & alij. Et ratio, ac fundamentum horum authorum, est, quia, quæ sunt publici iuris, per leges vendi non licet, non solum per leges, & statuta cuiusque Regni, & Reip. bene instituta, sed etiam per leges iuris communis. I. unic. C. ad l. Jul. de ambitu, quæ expressè prohibet aliquem promoveri pretio, & ambitione; sed hoc fundamentum non est momentanè, quia Principes supremi dispensare possunt in suis legibus; nec lex unica locum habet, nisi in terris imperij; præterea, ut bene docet glossator in l. Barbarius. C. de offic. Prætoris, loquitur ea lex, & prohibet venditionem occultam horum officiorum, non publicam, quæ auctoritate Principis fit: & sic sine dubio prima opinio est tenenda.

11. Ex dictis, & fundamentis primæ opinionis præcedentis, quam sequimur, patet, licitam quoque esse emptionem, & venditionem omnium officiorum, quæ instituta sunt à Rege ad servitium propriæ personæ, & palatij, & salarium habent deputatum ex Regis facultatibus (si in Lusitania excipias officium Præfecti supremi Regiæ venationis, Lusitanè *Monteiro mor.*) quia in hoc Regno Lusitanie habet erectum tribunal; & adnexam iurisdictionem in eos, qui in territoriis, & locis veritis, & soli venationi Regiæ destinatis, absque illius, vel Regis licentiâ, venantur, de quo idem dicendum est, quod de officiis iurisdictionem secularem adnexam habentibus, supra diximus n. 5. & 6. & idem dices de officiis omnibus, Regiarum apothecarum, Lusitanè, *das Alandegas Reaes*, quorum venditio similiter licita dicenda est; exceptis iis, quæ iurisdictionem quoque adnexam habent. Idem quoque dicendum est de officiis quæstorum totius Regni, & Thesaurariorum, quorum officialibus Rex stipendium soluit, & salarium, ex proprio, non ex publico. Ita hodie communiter Doctores, Vallascus in praxi de partitionibus, cap. 13. num. 68. ubi testatur, se non semel vidisse in hoc Regno Lusitanie, vendi sub hasta publica, ad solutionem debiti Regalis, officia quæstorum, Lusitanè, *Almoxarifer*, in vita eorum, & officium Thesaurariorum bonorum defunctorum absentium, Sorus lib. 3. de iust. quest. 6. art. 4. conclus. 1. in solus primi

argumenti. Navarres in summa Latin. cap. 23. n. 7. Baëça de dore, cap. 26. num. 15. Guilielmus in cap. Reynnitus verb. duas habens filias, num. 54. & omnes citati num. 7. & 4. Et ratio est, quia si Reges, ac Principes possunt licitè vendere in necessitate, personis idoneis, moderato pretio, omnia officia Republicæ, quæ nullum salarium taxatum habent à Rege, sed solum per leges Regni, pro singulis operibus, & functionibus officialium, certum quid taxatum habent soluendum à partibus litigantibus; veluti scribarum, Tabellionum, Notariorum, testium Inquisitorum, supputatorum expensarum Apparitorum, & similium, quæ, licet non habeant ullam iurisdictionem adnexam, conducunt tamen ad administrationem iustitiæ; à fortioribus in similibus circumstantiis, vendere poterunt ea officia, quorum officialibus ex suo proprio solvunt stipendium, veluti sunt omnia officia Regiarum apothecarum, propriæque palatij, & Curiæ, quæ nullam habent iurisdictionem adiunctam, & in hoc conspiciant plures.

Huiusmodi tamen publica officia, veluti Tabellionatus, Scribæ, & quæcumque alia sint, quando à particularibus hominibus, vel officialibus, in alios transferuntur, vel illis venduntur, id nec licitè, nec validè fieri potest sine licentiâ Regis, vel Principis, sub pœna amissionis officij, & pretij: non validè, quia illi non sunt domini illorum, sed tantum usufructuarij vitalitij: non licitè, quia vendunt id, quod suum non est: ita statuitur in *novis Ordinatis Lusitania*, lib. 1. tit. 96. num. 2. non incurritur tamen hæc pœna per solum contractum, & conventionem de vendendo, inter partes celebratum, sed opus est, ut sequatur traditio ex utraque parte; pretij, ex parte ementis; officij, ex parte vendentis; requirit enim pœna, ut incuratur, delictum perfectum, & consummatum; per traditionem autem, censetur perfici, & consummari quoad pœnam, quia pœnæ sunt restringendæ, ita ut intelligantur de traditione actu transferente dominium pretij, in vendentem, & dominium officij, in ementem, ita Molina tom. 1. de iust. disput. 91. Covarruvias lib. 2. variar. cap. 16. num. 7. ubi probat, pœnas à iure statutas, non esse admittendas, nec locum habere ante realem rerum traditionem, non enim dicitur res vendita, aut alienata, antequam traditio facta fuerit. I. alienatum non proprie ff. de verborum significat. Baldus in cap. 1. & aut si liuellario, quibus modis feudum amittatur. Antonius Gomez, quos citat Molina, & alij.

13. Insuper emptores prædictorum officiorum, quæ sine licentiâ Regis venduntur, antecedenter fiunt inhabiles, & incapaces ad illa emenda, & retinenda, ex iure novo Lusitano citato num. 1. ibi, *Et emptor non potest habere tale officium, ut nobis maneat, ut illud demus, cui velimus.* vnde, ut notat Molina tom. 1. de iust. disp. 91. pag. 538. cum antecedenter fiat emptor incapax habendi, & possidendi illud, non potest illud in conscientia retinere, & tenetur illud, ante latam sententiam, à se abdicare, & reddere venditori, & venditor, ei pretium restituere, ut fiat distractus. Dixi, *ante latam sententiam*, quia post latam sententiam, amittitur illud officium, & pretium illius, fisco Regio, non antea; nulla est enim ratio, quæ transferat dominium ipsius pretij, & officij, in fiscum, ante latam sententiam, quia pœnæ, quæ applicantur fisco, sententiam declaratoriam criminis requirunt; non enim tenentur partes, illas in seipsas exequi, & carnifices, ac tortores esse in se ipsas; est enim id ultra vires humanas, & admodum durissimum: ita disponitur in *Ordinat.*

Ordinat. nouis Lusitania, lib. 1. tit. 96. num. 1. & docet Molina dicto tomo 1. de iust. disp. 96.

14. Si etiam vnus vendat officium alteri palliatè, supponens se habere licentiam à Rege, ad illud vendendum, cum tamen non habeat, & nihil declaret emptori, interimque eam licentiam à Rege obtineat, aut si emptor illud emat, quin venditor licentiam ad vendendum habeat, & interim eam licentiam ipse emptor à Rege sollicitat, vt sibi illud officium conferatur, cedente possessore, occultè tamen vendat, collatio est nulla, propter occultam venditionem, & nec venditor pretium, nec emptor officium, in conscientia retinere possunt, propter antecedentem inhabilitatem, & incapacitatem nostri iuris Lusitani; & idè ante sententiam latam, tenentur distractare contractum, vt diximus; post latam verò sententiam, emptor perdit officium, venditor pretium fisco, vel poterunt sub aliqua causa, nonam facultatem à Rege iterum impetrare, vt officium redeat ad suum antiquum possessorem, qua obrenta, vterque erit tutus in conscientia, èd quodd neque emptor amiserit dominium vtile officij, neque venditor dominium pretij, nisi post latam sententiam, iuxta Molinam inductum.

15. Si officialis publicus crimen aliquod commisit dignum priuatione officij, neque vendere id poterit, neque renuntiare in fauorem alterius, quamuis alioquin licentiam ad id habeat à Rege obtentam, si tamen faciat, valèdè facit; poterit tamen accusari, & damnari ad pœnam amissionis valoris, & æstimationis ipsius officij, dimidium accusanti, dimidium fisco; vnde ille, qui virtute talis licentiæ, officium vendidit, illud non amittit, nec vllum peccatum committit, sed solum se exponit prædictæ pœnæ, quod scilicet possit accusari, & damnari in forma prædicta: ad pœnam verò amissionis prædicti officij, solum potest quis agere, eumque accusare intra biennium, à die renuntiationis: ita in nostris Ordin. lib. 20. in tit. 96. §. 2.

16. Statuitur etiam in nostris Ordinationibus nouis lib. 1. tit. 46. ne quisquam illorum Dynastarum, qui habent potestatem donandi, & prouidendi talia officia in suis terris, illa vendat, vel vendi faciat, & ne quidquam pro prouisione illorum, accipiat, & qui ea à Dynastis emit, vel quidquam pro prouisione illorum, donat alioquin officium amittat, & omnia bona sua, dimidium accusatori, dimidium fisco: Dynastæ autem, qui ea contulerint, priuantur potestate conferendi illa in posterum, & ipso facto, post latam sententiam, ea potestas conferendi ad Regem deuoluitur; quæ pœnæ toto vitæ tempore peti in iudicio poterunt, nulla iuante præscriptione. ita idem Molina tom. 1. de iust. disp. 90. Caldas Pereira in Commentarijs ad §. sed hæc. Inst. de inoffic. testam. cap. 2. num. 10. Bobadilla in sua Politica, lib. 1. cap. 11. num. 11. & lib. 2. cap. 16. num. 209.

17. Rogas hic, an possint Principes priuare subditos, & vasallos suos officiis suis sine causa, & absque vlla satisfactione? Respondeo, mihi videri, non posse; quamuis enim cum causa probata in iudicio, & culpa, ratione officij, commissa, possint eos priuare suis officiis absque vlla restitutione, & recompensatione; tamen sine causa, non possunt: ita Doctores communiter, quos sequitur Cepallos decis. 425. Franciscus Marquez 1. part. decis. 383. sequens Innocentium in cap. nisi cum pridem. de renuntiatione. facit ad hoc, cap. sine culpa. de regul. iuris in 6. & cap. quamuis. 7. quest. 1. & glossa in cap. ad supplicationem. de renuntiat. & idem tenet Cabedo 2. part. decis. 20. num. 41. Benedictus Cagundez de Iustitia, &c.

pra 1. part. à folio 12. Vallascus tom. 1. consult. 72. à num. 5. fauet Ordinatio Lusitana in nouis lib. 1. tit. 98. concordat Matienso 4. part. Dialogorum, cap. 12. vbi ait, non posse Principes, sine causa, auferre alicui ius quæsitum, & est communis opinio, l. Lucius, ff. de euict. l. item si verberat. §. 1. ff. de rei vindicat. quin etiam, neque cum causa, sine facto bono cambio, & recompensatione, vt ait Iason in l. Barbarius, & glossa ibi, verb. multo magis. ff. de officio Prætoris. & Felinus in cap. qua in Ecclesiarum, num. 33. & sequentibus. de constitutionibus. Intelligendi tamen sunt Iason, & Felinus, quando causa, & culpa, quam habent, non est commissa, ratione officij, tunc enim absque bona recompensatione, etiamsi causa, & culpa in iudicio probata fuerit, remoueri non poterunt: nam propter errores, & culpas officij in iudicio probatas, nemo est, qui hoc neget. Et ratio est, primo, quia, licet Principes sint supremi domini omnium officiorum sæcularium in suis Regnis, & ditionibus, & possint illa dare, cui voluerint; tamen post ius acquisitum, non possunt, sine graui causa in iudicio probata, illos iure suo, quod, post collationem, acquisitum habent, priuare.

Neque obstat Ordinatio Lusitana in nouis lib. 1. tit. 98. quatenus habet, posse Regem, in conscientia, auferre omnia officia iustitiæ, & gazarum suarum, à suis vasallis, absque vlla satisfactione, quando illorum culpas habet, & non expedit eas in iudicio probare; quia hæc Ordinatio nunquam fuit in Regno ad praxim, & practicam deducta, & videtur magis posita ad terrorem officialium, vt in officio continentur, quam ad exercitium; deinde, quia, licet Reges, & Principes sint domini bonorum suorum vasallorum, tamen non sunt domini famæ, & honoris illorum: non est autem negandum, in hoc eis magnam fieri iniuriam in illorum fama, & honore; licet enim vasalli, & subditi, quando ea officia postulabant, tacitè cesserint famæ, & honori suo, vt de illis, & de illorum sanguine, vita, & moribus, vel publica, vel secreta informatio haberetur; tamen non cedunt famæ, & honori suo, vt post adeptum officium, & post ius acquisitum in illo, ab eis, cum iniuria, & læsione famæ propriæ, & honoris, auferantur, sine vlla culpa sua commissa ratione officij; ob culpas autem extra suum officium commissas, durum admodum id videretur, & parum compatibile cum fragilitate naturæ humanæ.

Nec obstat etiam clausula apposita in prouisionibus talium officiorum, qua Reges solent dicere, *Ad beneplacitum nostrum*, vel, *dum fuerit voluntas nostra*, quia per huiusmodi clausulam solum significatur primò arbitrium boni Principis, qui non solet auferre concessa, sine iusta demeritorum causa, & grauibus culpis commissis in officio, in iudicio probatis; nam, cum officium sit publicum, publico in iudicio debet de illis constare, ita docet Panormitanus in cap. verum 7. de foro competenti. notabili vlt. num. 6. Capycius decis. 116. alias 126. num. 4. Stephanus Gratianus disceptat. forensium, cap. 167. num. 45. Emanuel Barbola tom. 1. in Remissionibus nostrarum Ordinationum. ad librum 1. tit. 98. num. 1. Significatur secundo, vacate prædicta officia morte donatarij, non tamen Principis donantis, nisi ita communis vsus, aut consuetudo Regni obtineat: ita Gabriel Benedictus in cap. Raynuius. verb. Duas habens filias. num. 44. & decis. 5. num. 490. In nostro autem Regno Lusitaniæ, nulla vacant officia morte Regis concedentis, nisi solum ea, quæ domus Regiæ sunt, & versantur circa ministerium

personæ Regiæ, ad cuius Regium obsequium instituta fuerunt (excepto officio Præfecti Regiæ venationis, Lusitanæ, de *Monteiro mar.*) quod morte Regis non vacat, eò quòd iurisdictionem habeat adnexam, ne pereat, aut cesset iustitia, iuxta textum in *cap. alieni, de heretic. in 6. & in cap. finali, de officio delegati, §. officium, & in cap. 2. eodem tit. lib. 6.* vt docet *Gama decisio. 453. numer. 1. & 2.*

19. Solent multi proprietarij officiorum, impetrare à Rege licentiam ad illa transferenda in aliam personam idoneam. Inquires ergo hîc, an ille, qui habet licentiam à Rege, transferendi suum officium in aliam personam idoneam & sufficientem, possit illud licitè, virtute talis licentiæ, vendere? Negatiuè respondet *Malderus 2.2. tract. 9. cap. 1. dub. 5.* vbi ait, hanc licentiam non sufficere, sed requiri expressam ad vendendum, vel saltem tacitam, veluti si Rex sciat, & intelligat, eos per eam licentiam petere illam ad vendendum, & nouerit, eos, qui ita licentiam postulant, officia vendere solere: & *Azor tom 3. lib. 8. cap. 7. quest. 6.* ante illum *Salonius 2.2. tom. 1. quest. 63. art. 2. contr. 8. conclus. 4.* & *Villalobos in summa tom. 2. tract. 8. difficult. 7. num. 8.* quos omnes citat *Anton. Diana tract. 5. miscellan. resolut. 109.* sed ego hoc non potui reperire in *Azorio* in eo loco, nec in tom. 3. nec in primo, nec in secundo.

20. Alij asserunt, peccare quidem talem vendentem venialiter tantum, & venditionem esse validam: ita *Peñ 1, Petrus Sotus, Orellana, & alij*, quos refert ipse *Diana, & Petrus de Ledesma in summa tom. 2. tract. 7. cap. 1. conclus. 25.* Ratio illorum, est, quia is habet licentiam à Rege, transferendi prædictum officium in alium; quòd autem illud transferat gratis, aut pecunia, in nihilo damnificatur Respublica, dummodo in personam idoneam transferat; illi verò, in quem officium transfertur, non damnatum sequitur, sed commodum, dummodo iusto pretio vendat; quare non apparet hîc materia peccati mortiferi, sed tantum, ad summum, peccati venialis.

21. Nihilominus dicendum est, sufficere simplicem licentiam transferendi officia in alias personas idoneas, vt ij qui illam à Rege obtentam habent, licitè, & validè, & absque vilo peccato, etiam veniali, ea vendere possint: ita *Cordaba quest. 117.* *Ioannes de la Cruz in director. part. 1. precept. 7. quest. 7. art. 2. dub. 10. concl. 3.* *Antonius Diana allegatus, & alij communiter.* Et ratio est, quia ea licentia est tacita licentia ad illa vendenda, & alienanda; iam verò in Lusitania hoc in consuetudine est, nec à Rege, propter decentiam, petitur expressa facultas ad prædicta officia vendenda, sed solum ad renouanda illa, vel transferenda in personam habilem, & sufficientem, eaque obtenta venduntur: quare non video rationem hærendi in hoc puncto.

22. Mius dubium est, an ille, qui licentiam habet simpliciter à Rege concessam, ad transferendum officium in alium, possit illud vendere, reseruata sibi, vel filio suo, aut alteri propinquo, aliqua pensione in illo? *Malderus 2.2. tract. 9. cap. 1. dub. 5.* *Salonius, Azor, & Villalobos* citati ab *Antonio Diana* allegato, asserunt, eum patrem, qui licentiam habet à Rege obtentam, ad transferendum officium suum in aliquem filium, posse illud transferre virtute illius licentiæ, reseruando pensionem aliquam moderatam aliis filiis; & idem est, si venderet illud alteri, cum eadem reseruacione. Planè ego hoc non audeo asserere, & quia difficillimè da-

ret Princeps licentiam ad reseruacionem talis pensionis; & quia ille, qui simplicem licentiam habet à summo Pontifice, ad transferendum beneficium suum in alium, non potest illud transferre, reseruata alteri in eo aliqua pensione, sed opus est, vt id quoque declaratur expressè in ea licentia, vt communiter docent Doctores, quia id planè est onerare beneficia sine licentia summi Pontificis, qui est dominus, vel supremus dispensator illorum; ita etiam id erit onerare officia absque licentia Regis expressè, qui est dominus, vel supremus dispensator illorum; quare non mihi placet opinio horum Doctorum.

Quid de illis officiis, quæ creantur à Rege cum tali connexionione, & dependentia vnus ab altero, vt mortuo officiali vnus, officialis alterius, eo ipso illi inseruiat, dum à Rege non prouidetur. Hoc dubium excitauimus occasione vnus quæstionis, cuius resolutio à nobis inquisita fuit. *Rex Lusitanæ* in quadam vrbe sui Regni, duo officia habebat, alterum cum titulo maioris, alterum cum titulo minoris; sed inter præminentias minoris, vna, & præcipua, erat; vt in absentia officialis maioris, vel illo demortuo, officialis minoris officij, durante impedimento absentie officialis maioris, aut illo mortuo, vtrique inseruiret officio, & consequenter etiam, vt in absentia minoris, aut illo demortuo, officialis officij maioris, vtrique similiter inseruiret officio, & ita semper in eo Regno obseruatum fuit constanti, & inuolabili consuetudine; contigit, vt officialis officij maioris absens fieret, & à Rege impetrauit, vt interim alter de suo officio, durante impedimento absentie, quæ erat diuturna, prouideretur; quæsitum à me fuit, an Dominus Rex posset id efficere absque satisfactione in recompensationem damni faciendam officiali minoris officij, cum ea aduententia, quòd officium officialis minoris, ei fuerat à Rege datum in satisfactionem obsequiorum maximorum, vt constabat euidenter ex charta officij, & ex literis Regis, & ex responsione, quam tunc dedit.

Respondi ergo ad quæsitum dubium, non posse Dominum Regem id efficere tuta conscientia, absque satisfactione, & compensatione damni, quæ tanti aestimetur, quanti illud valebat, quod inde officiali minori resultauit; quæ mea resolutio postea fuit approbatata, & firmata ab omnibus Vniuersitatibus Hispaniæ, aut saltem ab insignioribus. Illam stabiliri his fundamentis.

Primo, quia est opinio communissima Doctorum, quòd, quando Rex, vel Respublica officia prouidet in satisfactionem qualicatorum seruitiorum, sibi, vel Regno suo impensorum, non potest Rex in conscientia auferre, aut minuere illud notabiliter ei, propter eius merita, & seruitia in satisfactionem, aut recompensationem, illud dedit, nisi propter culpas probatas in iudicio, vt infra patebit; sicut enim in totum non potest auferre, ita nec in partem notabilem: ita expressè docet *Cabedo 2. part. decis. 20. à num. 2.* *Vallascus tom. 1. consult. 72. vers. 2.* *Matthæus de Afflictis tit. que sunt regalia, §. potestas, num. 3.* *Capycius decis. 121. n. 15.* *Ioannes Baptista in l. imperium, num. 46. ff. de iurisd. omnium iud.* *Costa in memorabilibus, verb. Papa, col. 392.* *Gregorius Lopez in l. 2. tit. 16. part. 2. Grammat. decis. 55. num. 26.* *Decius consil. 412. n. 22.* Et ratio est, quia prouisio officiorum, propter bona, & qualificata merita seruitia, & obsequia, habet rationem emptionis, & venditionis, commutationis, vel cambij, merita enim, & seruitia sunt pretio

nam minentur, vel in publicum aliud ædificium conuertantur: aliter emptor amittit pretium fisco; venditor tantundem eidem fisco soluit, l. *senatus*, ff. de contrahenda emptione, iuncta glossa ibi, & l. *ultim.* ff. de damno infecto, & ita decernit etiam nostrum ius Lusitanum lib. 2. tit. 26. num. 27. in nouis; in veteribus ordinamentis lib. 2. tit. 15. Neque etiam huiusmodi lapides, & ligna testamento legari possunt, nisi in publicum aliud ædificium, l. *cetera*, institutio. ff. de legibus; possunt tamen de vna domo in aliam, à propriis dominis, modo publicus illarum dominum aspectus, à qua aufertur, ex eo non deformetur. Hæ tamen leges, cum sint penales, non obligant, nisi post latam sententiam, & idè nullum peccatum est, illarum transgressio, licet prædictus transgressor expositus maneat præfatis signis.

31. Plateæ, & viæ publicæ, forum, & alia huiusmodi, quæ ad vsum publicum, & communem ciuitatis, vel oppidi, sunt necessaria, vendi validè nequeunt, sine consensu supremi Principis, & venditio est nulla, licet vendantur in tempus, quo viæ publicæ non fuerint, aut vsui ciuitatis, oppidive, non intersuiant. Licet tamen vendi possunt, & sine peccato, absque tali consensu, quia leges sæculares obligare nequeunt directe ad peccatum. ita Molin. tom. 2. de iust. disp. 340. §. *item res sacra*. Anton. Gomez tom. 2. variarum, cap. 2. de emptione, & venditione, num. 50. qui id probant ex iuribus plurimis.

CAPVT. XXIV.

Res litigiosa, & actiones ad illas, an vendi possint. Et similiter, an res in spe, veluti iactus piscationis, & partus animalium in spe futura, licet, ac validè vendantur; & quid de venditione veneni?

1. Quot modis res dicatur litigiosa?
2. Res litigiosa, ante definitiuam sententiam, non potest validè ab ipso reo, contra quem in iudicio petitur, vendi.
An ea venditio sit illicita. *ibid.*
3. Si res, ante definitiuam sententiam, dum litigiosa est, illam vendat, soluit actori, qui illam ab eo in iudicio petebat, duplum pretium, & tantum, quantum illius pretio aestimatur, fisco.
4. Si res litigiosa alicui donetur gratis, & donatarius sciebat, illam esse litigiosam, donatio est nulla; & post latam sententiam, cogitur donatarius, illius valorem fisco soluere, & donator aliud tantum; & quid, si donatarius litigium illius ignorabat.
5. An postea, quod istæ donationes, permutaciones, & vendiciones rerum, de quibus erat litigium, inualida sint, possint ipsæ res retineri, in conscientia, ab emptoribus, & donatariis.
6. Res in spe, veluti partus pecorum, & ancillarum, iactus piscationis, & venationis, an vendi possint.
Fructus agrorum futuri, & pendentes, an vendi possint. *ibid.*
7. Fructus futuri, si vendantur, ea venditio natura sua est conditionata, si nascantur; non ita iactus piscationis, nec venationis euentus.
8. Quid, si venator, aut piscator in causa sint dolo-

- sa, cur nihil coperint, ad quid teneantur tunc?
9. Venditio veneni, quatenus sit illicita, & prohibita.
 10. Venditio armorum, equorum, & commentuum, & apparatus ad bellum, & classes navales, quatenus sit prohibita, si fiat hæreticis, Mahometanis, & Turcis.
Et an sub excommunicatione, *ibid.*
 11. An publicanus, qui conductos habens per duos, vel tres annos, imò & per unum, redditus, & fructus alicuius commende, vel Ecclesie, si paucos, nisi nullos recipiant, ad aliquid teneantur Abbatibus, vel Commendatoribus; & quid, quando est tanta illorum abundantia, ut nihil lucrentur.
 12. Conducciones, & locationes fructuum futurorum, sunt quadam emptiones, & vendiciones; emptiones autem illorum, ex natura sua intrinsecè sunt conditionate, si nati fuerint tot, ac tanti, vel moderatum lucrum habeant, usque ad 20.
 21. Quid, si publicani ponant in contractibus conduccionum fructuum Ecclesiarum, aut commendarum conditionem, ut non possint allegare sterilitatem, aut abundantiam.

MULTIS modis litigiosa res dici potest. Primo, quando agitur de actione reali, v. c. quum aliquis licet intendit alteri pro re aliqua, affirmans, esse suam; in eo enim casu, res dicitur litigiosa, cum primùm pars citatur, ut appareat in iudicio. Secundo, dicitur litigiosa, quando de re aliqua informatur Rex, & ille processum talis rei iudici alicui committit, iudexque post talem commissionem, virtute illius, ea re partem notificat. Tertio, dicitur res litigiosa, si agatur in iudicio super seruitutem alicuius rei, & non super dominium illius, post litis contestationem, & non antea. Quarto, dicitur res litigiosa, quando in iudicio mouetur aliqua actio personalis, super rem certam, accommodatam, vel oppigneratam, aut depositam post litis contestationem, hoc est, post oblationem libelli, & non aliter. Quinto, si actio fuerit merè personalis, v. g. quado aliquis in iudicio ab alio petit certam pecuniæ summam, & licet ei intendit super talem summam, tunc enim nunquam quantitas pecuniæ petite in aliquo tempore, dicitur litigiosa; actio tamen super eam pecuniæ summam litigiosa erit, vbi primùm lis per oblationem libelli contestata fuerit. hæc omnia habentur ex iure nouo Lusitano lib. 4. tit. 10. à num. 1. & deducta sunt ex Authen. litigiosa res, C. hoc tit. vnde idem est de iure communi; nunquam tamen vitium litigiosi inducitur coram iudice arbitro, nec tunc res litigiosa dicitur, si coram illo moueatur lis, ut resoluit Iason in §. *Diui*, lectura 1. num. 96. vbi resoluit eum Baldo in l. 1. in fine, C. commun. diuid. quod vitium litigiosi non inducitur coram arbitro.

De iure ergo communi, & Lusitano, postquam res litigiosa fuerit, pendente litigio, & ante definitiuam sententiam, non potest validè ab ipso reo vendi, distrahi, alienari, aut permutari: neque etiam actor potest vendere, alienare, aut transmutare actionem intentam super eandem rem; aliter, venditio est nulla, & inualida, emptorque cogitur rem dimittere venditori, vel illi, à quo illam accepit, non restituto pretio, nec reddita re alia, cum qua permutata fuit, sed amittitur pretium fisco Regio, venditorque aestimationem rei eidem fisco soluit, post latam sententiam. Si verò emptor litigiosam esse ignorabat, adhuc venditio est nulla, sed poterit emptor recuperare suum pretium à venditore, & insuper aestimationem tertie partis illius, in qua molctatur

nam minentur, vel in publicum aliud ædificium conuertantur: aliter emptor amittit pretium fisco; venditor tantundem eidem fisco soluit, l. *senatus*, ff. *de contrahenda emptione*, iuncta glossa ibi, & l. *ultim.* ff. *de damno infecto*, & ita decernit etiam nostrum ius Lusitanum lib. 2. tit. 26. num. 27. in nouis; in veteribus ordinamentis lib. 2. tit. 15. Neque etiam huiusmodi lapides, & ligna testamento legari possunt, nisi in publicum aliud ædificium, l. *cetera*, instit. ff. *de legibus*; possunt tamen de vna domo in aliam, à propriis dominis, modo publicus illarum dominum aspectus, à qua auferantur, ex eo non deformetur. Hæ tamen leges, cum sint penales, non obligant, nisi post latam sententiam, & idè nullum peccatum est, illarum transgressio, licet prædictus transgressor expositus maneat præfatis signis.

31. Plateæ, & viæ publicæ, forum, & alia huiusmodi, quæ ad vsum publicum, & communem ciuitatis, vel oppidi, sunt necessaria, vendi validè nequeunt, sine consensu supremi Principis, & venditio est nulla, licet vendantur in tempus, quo viæ publicæ non fuerint, aut vsui ciuitatis, oppidive, non intersuiant. Licet tamen vendi possunt, & sine peccato, absque tali consensu, quia leges sæculares obligare nequeunt directe ad peccatum. ita Molin. tom. 2. de iust. disp. 340. §. *item res sacra*. Anton. Gomez tom. 2. *variarum*, cap. 2. de emptione, & venditione, num. 50. qui id probant ex iuribus plurimis.

CAPVT. XXIV.

Res litigiosa, & actiones ad illas, an vendi possint. Et similiter, an res in spe, veluti iactus piscationis, & partus animalium in spe futura, licetè, ac validè vendantur; & quid de venditione veneni?

1. Quot modis res dicatur litigiosa?
2. Res litigiosa, ante definitiuam sententiam, non potest validè ab ipso reo, contra quem in iudicio petitur, vendi.
An ea venditio sit illicita. *ibid.*
3. Si res, ante definitiuam sententiam, dum litigiosa est, illam vendat, soluit actori, qui illam ab eo in iudicio petebat, duplum pretium, & tantum, quantum illius pretio aestimatur, fisco.
4. Si res litigiosa alicui donetur gratis, & donatarius sciebat, illam esse litigiosam, donatio est nulla; & post latam sententiam, cogitur donatarius, illius valorem fisco soluere, & donator aliud tantum; & quid, si donatarius litigium illius ignorabat.
5. An postea, quod istæ donationes, permutationes, & venditiones rerum, de quibus erat litigium, inualida sint, possint ipsæ res retineri, in conscientia, ab emptoribus, & donatariis.
6. Res in spe, veluti partus pecorum, & ancillarum, iactus piscationis, & venationis, an vendi possint.
Fructus agrorum futuri, & pendentes, an vendi possint. *ibid.*
7. Fructus futuri, si vendantur, ea venditio natura sua est conditionata, si nascantur; non ita iactus piscationis, nec venationis euentus.
8. Quid, si venator, aut piscator in causa sint dolo-

- sa, cur nihil coperint, ad quid teneantur tunc?
9. Venditio veneni, quatenus sit illicita, & prohibita.
 10. Venditio armorum, equorum, & commentuum, & apparatus ad bellum, & classes navales, quatenus sit prohibita, si fiat hæreticis, Mahometanis, & Turcis.
Et an sub excommunicatione, *ibid.*
 11. An publicanus, qui conductos habens per duos, vel tres annos, imò & per unum, redditus, & fructus alicuius commende, vel Ecclesie, si paucos, nisi nullos recipiant, ad aliquid teneantur Abbatibus, vel Commendatoribus; & quid, quando est tanta illorum abundantia, ut nihil lucrentur.
 12. Conduktiones, & locationes fructuum futurorum, sunt quadam emptiones, & venditiones; emptiones autem illorum, ex natura sua intrinsecè sunt conditionate, si nati fuerint tot, ac tanti, & moderatum lucrum habeant, usque ad 20.
 21. Quid, si publicani ponant in contractibus conduktionum fructuum Ecclesiarum, aut commendarum conditionem, ut non possint allegare sterilitatem, aut abundantiam.

MULTIS modis litigiosa res dici potest. *Primo*, quando agitur de actione reali, v. c. quum aliquis licetè intendit alteri pro re aliqua, affirmans, esse suam; in eo enim casu, res dicitur litigiosa, cum primùm pars citatur, ut appareat in iudicio. *Secundo*, dicitur litigiosa, quando de re aliqua informatur Rex, & ille processum talis rei iudici alicui committit, iudexque post talem commissionem, virtute illius, ea re partem notificat. *Tertio*, dicitur res litigiosa, si agatur in iudicio super seruitutem alicuius rei, & non super dominium illius, post litem contestationem, & non antea. *Quarto*, dicitur res litigiosa, quando in iudicio mouetur aliqua actio personalis, super rem certam, accommodatam, vel oppigneratam, aut depositam post litem contestationem, hoc est, post oblationem libelli, & non aliter. *Quinto*, si actio fuerit merè personalis, v. g. quado aliquis in iudicio ab alio petit certam pecuniæ summam, & litem ei intendit super talem summam, tunc enim nunquam quantitas pecuniæ petitæ in aliquo tempore, dicitur litigiosa; actio tamen super eam pecuniæ summam litigiosa erit, vbi primùm lis per oblationem libelli contestata fuerit. hæc omnia habentur ex iure nouo Lusitano lib. 4. tit. 10. à num. 1. & deducta sunt ex *Authen. litigiosa res*, C. *hoc tit.* vnde idem est de iure communi; nunquam tamen vitium litigiosi inducitur coram iudice arbitro, nec tunc res litigiosa dicitur, si coram illo moueatur lis, ut resoluit Iason in §. *Diui*, lectura 1. num. 96. vbi resoluit eum Baldo in l. 1. in fine, C. *commun. diuid.* quod vitium litigiosi non inducitur coram arbitro.

De iure ergo communi, & Lusitano, postquam res litigiosa fuerit, pendente litigio, & ante definitiuam sententiam, non potest validè ab ipso reo vendi, distrahi, alienari, aut permutari: neque etiam actor potest vendere, alienare, aut transmutare actionem intentam super eandem rem; aliter, venditio est nulla, & inualida, emptorque cogitur rem dimittere venditori, vel illi, à quo illam accepit, non restituto pretio, nec reddita re alia, cum qua permutata fuit, sed amittitur pretium fisco Regio, venditorque aestimationem rei eidem fisco soluit, post latam sententiam. Si verò emptor litigiosam esse ignorabat, adhuc venditio est nulla, sed poterit emptor recuperare suum pretium à venditore, & insuper aestimationem tertie partis illius, in qua molctatur

intulatur propter dolum, & fallaciam; & rursus venditor, vicia istam tertiam partem estimationis, in qua ad emptorem damnatur, eo quod illum dolose sefellente cogitur aliud tantum, quantum fuit pretium, solvere fisco Regio. Notabis tamen, venditionem hanc, ex vi legis, & iuris Lusitani, solum esse inualidam, non tamen esse peccaminosam, aut illicitam; quia leges civiles directe, & per se non possunt obligare ad peccatum, nisi indirecte, ratione grauissimæ pœnæ, quam ponunt; ratione tamen doli, & fallaciæ, quam committit venditor malo fidei, erga emptorem bonæ fidei, qui ignorabat, rem esse litigiosam, erit talis venditio, ex parte venditoris dolosa, illicita, & peccaminosa; sed illud peccatum, vt dixi, non provenit ex lege, sed provenit ex dolo; solum enim ex lege provenit inualiditas venditionis ante vllam sententiam; post sententiam verò, obligabunt pœnæ.

3. Si tamen res litigiosa vendita, vel commutata fuerit à reo venditore, alicui personæ dignitate, aut officio potenti, postquam ei fuerit indicta actio vti emptore, soluit reus venditor actori, cum quo de eadem re litigabat, duplum pretium, præter aliam pœnam, quam soluturus est Regi; quæ est aliud tantum, quantum pretium æstimatur; has etiam, & similiter pœnas incurrit actor emptor, si, dum litigium durat, vendidit, donauit, vel permutauit actionem, quam habebat super rem litigiosam viro alicui, ratione dignitatis, aut officij, potenti: ita disponit ius Lusitanum citatum *lib. 4. tit. 10. a. num. 1.*

4. Si autem res ipsa litigiosa; vel actio ad illam, gratis, & liberaliter alicui donetur, quin donator pro illa aliquid accipiat, si donatarius sciebat, esse litigiosam, præterquam quod donatio sit omninò nulla, cogitur post sententiam solvere fisco Regio veram pretij, æstimationem; donator verò aliud tantum, quantum valebat res. Si donatarius ignorabat rei litigium, restituit rem donatori, & donator soluit donatio tertiam partem æstimationis pretij; fisco verò tantundem, quantum pretium erat.

5. Notabis tandem, quod cum donationes istæ, & permutaciones sint omninò nullæ, & inualidæ, non posse res retineri in conscientia, ab emptoribus, & donatariis, sed teneri illas statim ante vllam sententiam, restituere venditoribus, donatoribus, aut permutatoribus, & illi tenentur eis reddere pretium, vel id, quod pro illis eis dederunt. Ad pœnas verò non tenentur, nisi post latam sententiam, vt diximus. Huiusmodi tamen pœnæ locum non habent in his casibus; primo, in donatione facta causa dotis, vel nuptiarum; ita *Gama decis. 199. n. 4. Barbosa l. 1. part. 7. num. 45. sine. ff. soluto matrimonio. Secundo, in contractu aliquo inito inter ipsos litigantes super rem ipsam litigiosam. Gama decis. 193. num. 4. Tertio, in partitionibus inter hæredes rei, super quam litigium habebant. Neque in re etiam litigiosa habent locum huiusmodi pœnæ, in qua facta fuerit nominatio alicuius rei, quæ per nominationem ad alios deuentura sit: Cabedo 1. part. decis. 130. num. 18. Neque etiam in re litigiosa, quæ in testamento relicta fuerit per modum legati, modo legatarius obligetur litem prosequi vsque ad finem, & tunc si legatarius litem vincat, ei res tradetur; si causa cadat, nihil ei tradetur. Cardoso in *praxi iudicium, verb. legatum, num. 52.* Si autem legatarius, ne sibi præiudicium fiat, voluerit se opponere liti, id quidem poterit efficere, in quocumque statu illa sit, in his enim casibus relatis, valida erit venditio, & donatio rei, & actio litigiosa, vt*

patet ex iure Lusitano dicto *lib. 4. noua Ordinatio, tit. 10. per totum.* sicut etiam valida est in omni alienatione necessaria facta, vel ex iusta causa, vel ex auctoritate iudicis: ita *Surdus de alimentis, tit. 9. quest. 32. num. 68. Flaminius quest. 3. num. 38. de resignat. lib. 2. Barbosa in l. si constante. § finali. num. 5. ff. soluto matrimonio. Gama decis. 199. Censuallos communi. contra communes. quest. 127. in fine.*

6. Quamuis, regulariter, & ordinariè loquendo, res non existentes, inuendibiles sint; tamen, si res existant in spe probabili, licitè, & validè vendi possunt maiori, vel minori pretio; semper tamen iusto, iuxta maiorem, vel minorem probabilitatem spei existentia futuræ, veluti partus, & pecorum, & ancillarum, iactus piscationis, venationis, & similia, vt diximus *lib. 1. de contractibus in communi;* & similiter de agrorum fructibus, colligitur expressè ex *l. & quæ nondum sunt, ff. de pignoris.* Vbi dicitur, res, quæ nondum sunt, posse dari hypotheca; vt fructus pendentes; partus ancilla, foetus pecorum; ibi, *Quæ nondum sunt, futura tamen sunt, hypotheca dari possunt, vt fructus pendentes; partus ancilla, foetus pecorum, & ea, quæ nascuntur, sint hypotheca obligata.* Vnde deducitur argumentum ad venditionem; valet enim argumentatio huiusmodi: hoc dari potest hypothecæ; ergo & vendi. Quod non solum intelligendum est de fructibus agrorum, & pecorum, sed de piscationis, & venationis iactibus.

7. In hoc tamen est aliqua differentia, quod, quando venduntur fructus ex agro, partus ancillarum, vel pecorum, venditio est conditionata ex natura sua; habet enim hanc tacitam conditionem *si nascantur.* Vnde, eis non natis, contractus manet nullus; quando verò venditur iactus retis, captus piscium, aut venationis; contractus statim est validus, & nullam habet conditionem tacitam, idcircoque, etiam si nihil capiatur, aut venatione capetur, venditio est valida, & contractus validus, & debetur pretium conuentum, in conscientia. ita *Molina tom. 2. de iust. disp. 340. §. quæuis sine. Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 7.* Et ratio differentia est, quia, cum fructus, & partus communiter enascantur, verosimiliter partes contrahentes cogitant, quando contrahunt, quod nascituri sunt, & ideo non contraherent, nec censentur contrahere, si non enascantur, aut modici nascantur, quia sub illa conditione contraxerunt, *si nascantur, & non aliter.* Sic arrendationes (liceat ita loqui, claritatis gratia) commendarum, aut Ecclesiarum, sunt quidam contractus locationis, aut venditionis fructuum illarum, qui conducuntur tempore vnus, duorum, aut trium annorum, certo, ac conuento pretio, extrinseca natura sua, conditionati, hoc modo: *Conduco fructus in Ecclesia, commenda, vel beneficii, tanto pretio, si tales, ac tanti enascantur, vt ego maneam cum moderato quasiu, non aliter, nec alio modo;* vt bene docent *Molina, & Antonius Gomez citati.* Quando verò venditur captus piscium, aut venationis, non est illa verisimilitudo tam certa, & ideo nulla datur tacita conditio, quia iactus natura sua, habet se indifferenter ad esse, & non esse, & ideo in illis venditur sola nuda, & pura spes, siue fructum, & prouentum afferat, siue non afferat. Deducitur hæc ratio ex *l. nec emptio, vers. Aliquando, ff. de contrahend. empt. & ex l. interdum, ff. de verborum signification. & ex alijs iuribus, quæ Antonius Gomez, & Molina, inducunt.*

8. Si tamen venator, vel piscator, in causa esset, quod nihil caperetur, tunc planè teneretur restituere emptori

emptori iactus piscationis, vel venationis captus, tantum, quantum iudicio prudentis valebat illa spes, qua caperetur aliquid, si piscator, vel venator fideliter facerent. ita Molina allegatus; & patet ex *l. emptorem, §. ultim. ff. de act. empt.* nam qui alteri est causa tanti damni, tenetur in conscientia, ante ullam sententiam, illud ei rescire: tanti autem damnum, quanti modò dicimus, restituendum. Similiter, si ipse venditor fructuum, aut partuum, falleret emptorem, seu conductorem, & sua culpa noluerit tradere pecora ad coitum, tenetur ad damna inde subsequuta, tanti scilicet, quanti aestimaretur illa spes, quòd partus ederent, si ad coitum traderentur. Partus verò ancillarum, vendi non possunt, nisi postquam iam concepti sunt in utero, quia alioquin tenerentur domini ancillas tradere ad coitum, aut impedire illorum emendationem, & poenitentiam, si se ad meliorem velint frugem recipere.

9. Venditio veneni, est illicita, & prohibita, quando venenum est tale, quod cum admixtione alterius rei, ad usum, & utilitatem vitæ humanæ, & ad hominum commercium inferuire non potest, & ideo contractus venditionis super eam rem venenosam, vel super illud venenum, non obligat in conscientia ad sui impletionem; postquam tamen talis contractus utrinque est completus per traditionem veneni, ex parte vendentis, & pretij, ex parte ementis, non tenetur vendens pretium emptori restituere, nisi per sententiam ad id damnetur; nec similiter emens, illi restituere pretium, si nullum periculum mali timetur: si tamen timeatur periculum, tenentur uterque in conscientia, rescindere venditionem, recedendo pretium, & recuperando venenum; idque etiam ante ullam sententiam, nec dum solum post illam: ita Molina *tom. 2. de iustit. disp. 340. §. quousque*; patet ex *l. quòd sape, §. veneni, ff. de contrahend. empt.* Si tamen venenum illud inferniat ad piscandum, ad pingendos colores, vel ad alios usus Reipublicæ, vendi licitè potest, sed iis tantum, de quibus nulla est suspicio, quòd illo veneno abutantur, ut docet Molina inductus.

10. Sunt etiam aliæ res, quarum venditio prohibetur, non absolutè, sed respectu aliquarum personarum, v. c. hostium Christianorum; veluti vendere Sarracenis, aut hæreticis equos, arma, ferrum, stagnum, chalybem, omniaque metalla, & alia instrumenta bellica, ligamina, canapes, funes, tam ex ipso canape, quàm ex quacumque alia materia, & triremes, & naues, ut habetur ex *Bulla Cæna, canone 7. & ex cap. sta quorundam, & cap. significavit, & cap. quod olim. de excom.* quibus capitibus prohibetur, etiam sub excommunicatione pœnæ latæ sententiæ, deferre, & vendere hostibus Christianorum, veluti hæreticis, & Sarracenis, tempore treugæ, vel belli, victualia, vel quæcumque alia mercimonia; de his tamen, & pœnis illorum, qui hæc faciunt, vide excommunicationem ad dictam Bullam Cœnæ, clausula citata.

11. Ex dictis resoluta manet illa quæstio à nobis nuper inquisita; quidam publicanus conduxit redditus, & fructus cuiusdam commendæ, à quodam Commendatore, per tres annos subsequentes; contigit, ut primo anno totum vinum pendens in vineis, amitteretur, temporis inclementia; in quo præcipue consistebant redditus, & fructus commendæ. Secundo, & tertio subsequentibus, tanta fuit fructuum abundantia, & vini præcipue, ut pauper publicanus omnino depauperaretur, & totam suam substantiam, aut penè totam, amiserit, absque vlla illius culpa. Quæsitum à me fuit, quid de iure, tam poli, quàm soli.

Respondi, in præsentis casu, mihi videri extra dubium, teneri Commendatorem pro foro conscientie, & ante ullam sententiam latam, rescire hoc damnum huic publicano, dando illi insuper moderatum aliquod luertum, arbitrio prudentis. *Primo*, quia huiusmodi locationes fructuum Ecclesiasticorum, & commendarum, sunt quidam contractus locationis, & venditionis fructuum futurorum, per tres annos, vel per illos, quibus contrahentes conveniunt, si intra tempus à iure ad has locationes, & conductiones faciendas, assignatum fiant, quæ venditio, & conductio ex intrinseca natura sua, est conditionalis; scilicet: *Conduco per tres annos, fructuum huius Ecclesie, vel commenda, tanto pretio, si nati, & percepti fuerint tanti, & tales, ut ego cum moderato lucro maneam*, ut docent Molina Theologus *tom. 2. disp. 340. §. quamuis sine*. Ant. Gomez *tom. 2. variarum, cap. 2. num. 7.* Constat autem, quòd primo anno, in die Pascharis, & Resurrectionis, inclementia temporis, omne vinum huius commendæ per totum illius districtum, perditum est; quare iactura huius anni videtur rescindenda ab ipso Commendatore huic publicano, si quidem præcipua substantia fructuum illius, in vino consistebat.

Nec obstat, quòd huiusmodi Commendator locavit, seu vendidit huic publicano, non ipsos fructus in se, sed præcisas spes illorum, qualescumque fuerint, & in qua quantitate fuerint, siue multa, siue pauca. Velut ille, qui vendit iactum retis, quod in fluuium mittit, qui bona, ac tura conscientia, potest totum pretium illius accipere, etiamsi nihil extrahatur, & emptor tenetur in conscientia, totum, ac integrum pretium soluere venditori; fuit enim contractus fortunæ, & mera quædam venditio huius præcisæ spei.

Non obstat, inquam, hoc, quia, ut notant Doctores allegati, Molina, & Antonius Gomez, hoc discrimen est, ut dictum manet, inter venditionem, seu locationem iactus piscationis, & retis; & locationem, seu venditionem fructuum agrorum, & vinearum, terrarumque, & partuum animalium, quòd huiusmodi fructus, & partus communiter enascuntur; & idè, quando publicani illos conducunt & Commendatores locant, non contrahunt super præcisam spem horum fructuum, sed super ipsos fructus, cum modico lucro publicani; & ideo, eis non natis, seu non perceptis, censentur non contrahere, quia sub illa conditione intrinseca huic contractui contraxerunt: *Si nati, & percepti fuerint fructus tanti, & tales, ut ego cum moderato lucro maneam; non aliter, nec alio modo.* At verò in iactu retis, & piscationum, non ita se res habet, quia, cum multoties soleant prædicti iactus, inanes, & infructuosi esse, non contrahunt contrahentes sub illa intrinseca conditione illorum, & super fructus illorum, sed super præcisam spem alicuius fructus, quæ in se est pretio aestimabilis; quare, quamuis iactus infructuosi sint, manet emptor in conscientia obligatus soluere pretium illorum conventum; sicut manent piscatores in conscientia obligati, bona fide iactum facere; quæ differentia inter utrumque casum, patet, & colligitur ex *l. nec emptio, vers. aliquando, ff. de contrah. empt. & ex l. interdum, ff. de verb. significat.*

Quod idem dicendum est, de duobus annis subsequentibus maximæ abundantie, in quibus miser publicanus enorme damnum passus est, quia semper prædictus contractus locationis fructuum, seu (ut ita dicam) arrendationis, factus fuit sub illa conditione intrinseca, *si nati, & percepti fuerint tanti, ac tales fructus, ut ego maneam cum moderato lucro;*

12.

13.

20. Et mihi videtur, hodie etiam id ipsum efficere posse, salvo meliori iudicio, quia quamvis residuum vini collegerit, quin admonuerit Commendatorem amissionis illius, visus fuit cedere iuri, quod habebat in hac parte, contra ipsum Commendatorem; attamen Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 13. num. 5. concedit quindecim annos ad rescindendos contractus venditionis, vel locationis fructuum iniustæ. Quod etiam intelligi debet, quum agitur de illorum refectione ob causam aliquam iustam, præcipue fortuitorum casuum. Siquidem eadem est ratio de toto ad totum, & de parte ad partem, & de rescindendo, atque resciendo.

21. Et cum illa sterilitas vini in eo anno fuerit adeo insolita, quamvis publicanus in contractu hanc conditionem admitteret, se non posse allegare iacturam aliquam sterilitatis, adhuc, secundum ius, ei manebat actio reservata ad illam allegandam, quando sterilitas tam esset insolita, quam ista fuit, ut hæc Gama num. 251. Alexander consil. 28. volum. 2. Quare non videtur ille sibi præiudicium facere, colligendo eo anno residuum vini, siquidem intra quindecim annos, qui non erant exacti, poterat allegare sterilitatem illam vini tam insolitam, quamvis in prædicto contractu contrariam conditionem admitteret, iuxta doctrinam Gamæ, quam probat ex variis principiis iuris.

22. Et etiam in aliis duobus annis maximæ abundantiæ, disponit nostra Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 17. num. 2. sine, ut seruetur dispositio iuris communis; ius autem commune disponit in hoc casu, ut minuatur damnum, quod datum fuerit publicanis, ratione maximæ, & insolitæ abundantiæ, ut reducantur in omni casu contractus ad naturalem æquitatem, & æqualitatem. Quare in utroque foro, tam soli, quam poli, hæc mihi videtur. Ita ego respondi quæstioni inquisitæ, & scio, meam responsionem à viris doctis Academiæ Conimbricensis, omnium calculo fuisse approbatam.

CAPVT XXV.

Venditio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, an licita, & valida sit; agitur de venditione hæreditatis.

1. *Nomine venditionis omnium bonorum, veniunt omnia bona præsentia, non futura. Legatum factum de auro, & argento, intelligitur solum de auro, & argento, quod testator habet de presenti. ibid.*
2. *Opinio Molina, est, ut donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, mobilium, & immobilium, sit valida.*
3. *Venditio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, siue collectivè, siue per partes facta, est licita, & valida; modo, nomine futurorum, non intelligatur pretium ipsarum rerum, nec id, quod cum illo comparatur.*
4. *Venditio totius hæreditatis, quam quis ab aliquo accipit, licita, & valida est, modo illa iam adita fuerit. Et modo, morte illius, qui hæredem instituit venditorem, sit confirmata. ibid.*
5. *Donatio, vel permutatio hæreditatis nondum delata, morte illius, cui donatarius debet succedere, est invalida.*

6. *Non solum est invalida, venditio hæreditatis nondum adita, & morte hæredem constituentis, confirmata, sed in penam, venditor illam amittit.*

7. *Quid intelligatur nomine hæreditatis delata, & morte confirmata.*

8. *Actio, quam quis habet adversus aliquem debitorem, licite vendi, dari, & testamento legari potest.*

9. *Et cum ea actione transit etiam actio, & ius ad pignus, & ad hypothecam.*

NOTARI velim in primis, quod quando in contractu venditionis, dicitur, *vendo tibi omnia mea bona*, nec aliud verbis exprimitur, neque aliunde aliud de intentione contractantium, constat; nomine omnium bonorum, intelligi solum bona præsentia, non futura: ita docet Molina Theologus tom. 2. de iust. disp. 340. §. primò, ad finem; patet ex l. ultima. ff. quæres pignor. oblig. possit, & idem cum Bartolo, & cum communi sententia asserit Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 1. num. 4. Et ratio est, primò, quia legatum factum de auro, vel de alia re, intelligitur de illo auro, & argento, quod testator habet de præsentia, tempore testamenti, & non de alio, ut constat ex l. si ita legatum. ff. de aur. & arg. legat. Secundo, quia de iure communi, si quis donet alteri omnia sua bona, & nihil aliud exprimat, nomine omnium bonorum, solum intelliguntur bona præsentia, & acquisita tempore donationis. ita Iulius Clarus §. donatio, quæst. 19. num. 3. & 4. Gama decis. 206. num. 3. consentit Arius Pinel. C. de bon. matern. in rub. part. 1. num. 3. & probat Molina per multos, & multa iura, tom. 2. de iustitia, disp. 280. §. idem est. neque obstat textus in l. finali, C. qua res pign. oblig. possit. Vbi dicitur, quod in obligatione, & hypotheca bonorum omnium simpliciter, & generaliter facta, veniunt bona omnia, præsentia, & futura: nam ibi in pignore, & hypotheca agitur de exiguo præiudicio, cum soluto debito, omnia bona liberentur: in venditione verò omnium bonorum, agitur de amissione dominij, ut bene animadvertit Antonius Gomez supra citatus; & sic est diversa ratio utrobique.

Imò probat Molina citatus, quod si quis dicat: *Dono tibi omnia bona mea, præsentia, & futura, mobilia, & immobilia, valida sit donatio*, eò quod nomine omnium bonorum, mobilium, & immobilium, iura, & actiones non comprehendantur, de quibus testari adhuc donator potest: hanc opinionem Molina tenet etiam Corrazius lib. 6. miscellan. cap. 17. Sed melius tenent Gama, Bartolus, Covarruias, Molina de primogenijs, statim allegandi, donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum, reddere donatorem intestabilem, & esse nullam, quia iura, & actiones veniunt etiam nomine bonorum: nam donatio omnium bonorum, tam præsentium, quam futurorum, propterea invalida est, quia per eam sibi admittit donator omnem facultatem testandi, quod nulli iuri conceditur, eum non habeat iam, de quo testari possit. His notatis,

Statuo primò, Venditio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, siue collectivè, siue divisivè, & per partes facta, est licita, firma, & valida; non ita tamen donatio; modò tamen, nomine bonorum futurorum, non intelligatur pretium, nec id, quod de illo comparatum fuerit; ita ut non fiat emptor ex tali venditione, intestabilis, ex defectu bonorum, sic enim venditio esset nulla; quando enim

20. Et mihi videtur, hodie etiam id ipsum efficere posse, salvo meliori iudicio, quia quamvis residuum vini collegerit, quin admonuerit Commendatorem amissionis illius, visus fuit cedere iuri, quod habebat in hac parte, contra ipsum Commendatorem; attamen Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 13. num. 5. concedit quindecim annos ad rescindendos contractus venditionis, vel locationis fructuum iniustæ. Quod etiam intelligi debet, quum agitur de illorum rescensione ob causam aliquam iustam, præcipue fortuitorum casuum. Siquidem eadem est ratio de toto ad totum, & de parte ad partem, & de rescindendo, atque resciciendo.

21. Et cum illa sterilitas vini in eo anno fuerit adeo insolita, quamvis publicanus in contractu hanc conditionem admitteret, se non posse allegare iacturam aliquam sterilitatis, adhuc, secundum ius, ei manebat actio reservata ad illam allegandam, quando sterilitas tam esset insolita, quam ista fuit, ut hæc Gama num. 251. Alexander consil. 28. volum. 2. Quare non videtur ille sibi præiudicium facere, colligendo eo anno residuum vini, siquidem intra quindecim annos, qui non erant exacti, poterat allegare sterilitatem illam vini tam insolitam, quamvis in prædicto contractu contrariam conditionem admitteret, iuxta doctrinam Gamæ, quam probat ex variis principiis iuris.

22. Et etiam in aliis duobus annis maximæ abundantia, disponit nostra Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 17. num. 2. sine, ut seruetur dispositio iuris communis; ius autem commune disponit in hoc casu, ut minuatur damnum, quod datum fuerit publicanis, ratione maximæ, & insolite abundantia, ut reducantur in omni casu contractus ad naturalem æquitatem, & æqualitatem. Quare in utroque foro, tam soli, quam poli, hæc mihi videtur. Ita ego respondi quæstioni inquisita; & scio, meam responsionem à viris doctis Academiae Conimbricensis, omnium calculo fuisse approbatam.

CAPVT XXV.

Venditio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, an licita, & valida sit; agitur de venditione hæreditatis.

1. *Nomine venditionis omnium bonorum, veniunt omnia bona præsentia, non futura. Legatum factum de auro, & argento, intelligitur solum de auro, & argento, quod testator habet de presenti. ibid.*
2. *Opinio Molina, est, ut donatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, mobilium, & immobilium, sit valida.*
3. *Venditio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, siue collectivè, siue per partes facta, est licita, & valida; modo, nomine futurorum, non intelligatur pretium ipsarum rerum, nec id, quod cum illo comparatur.*
4. *Venditio totius hæreditatis, quam quis ab aliquo accipit, licita, & valida est, modo illa iam adita fuerit. Et modo, morte illius, qui hæredem instituit venditorem, sit confirmata. ibid.*
5. *Donatio, vel permutatio hæreditatis nondum delata, morte illius, cui donatarius debet succedere, est invalida.*

6. *Non solum est invalida, venditio hæreditatis nondum adita, & morte hæredem constituentis, confirmata, sed in penam, venditor illam amittit.*

7. *Quid intelligatur nomine hæreditatis delata, & morte confirmata.*

8. *Actio, quam quis habet adversus aliquem debitorem, licite vendi, dari, & testamento legari potest.*

9. *Et cum ea actione transit etiam actio, & ius ad pignus, & ad hypothecam.*

NOTARI velim in primis, quod quando in contractu venditionis, dicitur, *vendo tibi omnia mea bona*, nec aliud verbis exprimitur, neque aliunde aliud de intentione contractantium, constat; nomine omnium bonorum, intelligi solum bona præsentia, non futura: ita docet Molina Theologus tom. 2. de iust. disp. 340. §. primò, ad finem; patet ex l. ultima. ff. quæres pignor. oblig. possit, & idem cum Bartolo, & cum communi sententia asserit Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 1. num. 4. Et ratio est, primò, quia legatum factum de auro, vel de alia re, intelligitur de illo auro, & argento, quod testator habet de præsentia, tempore testamenti, & non de alio, ut constat ex l. si ita legatum ff. de aur. & arg. legat. Secundo, quia de iure communi, si quis donet alteri omnia sua bona, & nihil aliud exprimat, nomine omnium bonorum, solum intelliguntur bona præsentia, & acquisita tempore donationis. ita Iulius Clarus §. donatio, quæst. 19. num. 3. & 4. Gama decis. 206. num. 3. consentit Arius Pinel. C. de bon. matern. in rub. part. 1. num. 3. & probat Molina per multos, & multa iura, tom. 2. de iustitia, disp. 280. §. idem est. neque obstat textus in l. finali, C. qua res pign. oblig. possit. Vbi dicitur, quod in obligatione, & hypotheca bonorum omnium simpliciter, & generaliter facta, veniunt bona omnia, præsentia, & futura: nam ibi in pignore, & hypotheca agitur de exiguo præiudicio, cum soluto debito, omnia bona liberentur: in venditione verò omnium bonorum, agitur de amissione dominij, ut bene animadvertit Antonius Gomez supra citatus; & sic est diversa ratio utrobique.

Imò probat Molina citatus, quod si quis dicat: *Dono tibi omnia bona mea, præsentia, & futura, mobilia, & immobilia, valida sit donatio*, eò quod nomine omnium bonorum, mobilium, & immobilium, iura, & actiones non comprehendantur, de quibus testari adhuc donator potest: hanc opinionem Molina tenet etiam Corrazius lib. 6. miscellan. cap. 17. Sed melius tenent Gama, Bartolus, Covarruias, Molina de primogenijs, statim allegandi, donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum, reddere donatorem intestabilem, & esse nullam, quia iura, & actiones veniunt etiam nomine bonorum: nam donatio omnium bonorum, tam præsentium, quam futurorum, propterea invalida est, quia per eam sibi admittit donator omnem facultatem testandi, quod nulli iuri conceditur, eum non habeat iam, de quo testari possit. His notatis,

Statuo primò, Venditio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, siue collectivè, siue divisivè, & per partes facta, est licita, firma, & valida; non ita tamen donatio; modò tamen, nomine bonorum futurorum, non intelligatur pretium, nec id, quod de illo comparatum fuerit; ita ut non fiat emptor ex tali venditione, intestabilis, ex defectu bonorum, sic enim venditio esset nulla; quando enim

gula certissima iuris; quare semper ius, & possessio civilis ad securandum meum debitum, apud me mansit, quod ius, & possessionem tibi consequenter vendidi, dotaui, aut donavi, cum debitum tibi vendidi, dotaui, aut donavi; nam pro illo tempore, quo debitum tibi non solvebatur, illud prædium erat obligatum, & adnexum, tanquam quid accessorium tali debito. Accessorium autem sequitur principale; cap. inter dilectos, de fide instrum. ad finem, cap. post appellationem 2. quæst. 6. §. si quis. Quare vendito, dotato, aut donato principali, consequenter etiam venditur ius, quod venditor, dator, aut donator habebat in accessorium, ad securandum debitum principale, ne venditio, donatio, aut dos, inutilis sit emptori, dotato, aut donatario.

CAPVT XXVI.

Res aliena, quatenus licite, & valide vendi possint cum bona, & mala fide absque obligatione restitutionis, & fructuum illarum?

- 1 Explicatur, quæ sit materia huius capituli. Quot quæstiones sub illo intelligantur, comprehendanturque. ibid.
- 2 Quid sit mala fidei possessor. Possessor mala fidei tenetur restituere rem alienam, si extat, & quid teneatur restituere, si consumpta est, deteriorata, vel perijt. ibid.
- 3 Teneatur etiam omnes fructus ex re aliena perceptos domino illius restituere, tam extantes, quam non extantes, deductis expensis, deducta etiam estimatione laboris, & industria ipsius mala fidei possessoris.
- 4 An teneatur restituere fructus illos, quos ipse cum ordinaria, & communi diligentia non percepit, percepisset autem dominus rei, si rem possideret. Refertur prima opinio, affirmans teneri, siue titulum habeat, siue non habeat. ibid.
- 5 An hoc intelligatur de vero mala fidei possessore, an etiam de ficto, qualis efficitur per litis contestationem.
- 6 Refertur secunda opinio, negans teneri, si titulum habeat; secus, si non habeat.
- 7 Iudicium Auctoris.
- 8 Solvantur fundamenta utriusque opinionis.
- 9 Non tenetur mala fidei possessor, tam in foro poli, quam soli, restituere eos fructus, qui absolute exquisita diligentia à quolibet homine diligentissimo percipi poterant, quos, nec ille percepit, nec dominus percepisset.
- 10 Quid, si maiori diligentia, quam ordinaria, dominus rei, fructus aliquos erat percepturus, si rem possideret; possessor autem mala fidei ordinarius tantum percepit, aut nullos, propter suam negligentiam, & num. 11.
- 11 Quid, si possessor mala fidei rem melioravit, & ex ipsa sic meliorata pauciores fructus collegit, quam colligeret dominus illius, si eam sic melioratam haberet.
- 12 Quoad hanc fructuum restitutionem, ad quam tenetur possessor mala fidei, idem dicendum est, & eadem fundamenta aequè procedunt in utroque foro.
- 13 An expensa, quam possessor mala fidei fecit in re

aliena, ad illum pertineant, an ad dominum rei.

- Expensa necessaria ad conservationem rei, pertinent ad possessorem mala fidei.
- 15 Expensa viles, in foro interno debentur possessori mala fidei; in externo, negatur illi actio ad illas.
 - 16 Quid de expensis voluntarijs, vel voluptuarijs, & num. 17.
 - 18 Quid, si in foro externo, possessor mala fidei damnetur ad amissionem illarum, an illi tunc debeantur in foro interno.
 - 19 Quid, si res illa ad manus domini peruenit sic meliorata, an dominus possit tunc in conscientia illam sic melioratam retinere.

GRAVISSIMA hæc quæstio est; multas quæstiones sub se comprehendit, vel pertinentes ad res alienas, quatenus emuntur, & venduntur bona, vel mala fide, & spectantes ad emptores, & venditores, atque aded ad possessores mala, & bona fidei; præcipuas hic explicabimus, nam omnes percutere non licebit, propter nostrum institutum. Primò ergo incipiemus à possessore, & venditore mala fidei; deinde veniemus ad possessorem, & emptorem bona fidei.

Prima igitur quæstio contenta, & comprehensa sub titulo huius capituli, spectans ad possessorem, & venditorem mala fidei, est, ad quid teneatur latro, seu possessor mala fidei, qui rem vendidit, aut distraxit sciens, vel dubitans rem esse alienam; & ad quem pertineant expensæ, quas in illas fecit, & meliorationes.

Secunda quæstio sub titulo huius capituli comprehensa, & contenta spectans ad venditorem, & emptorem, possessoremque bona fidei, est, qualiter emptor bona fidei, teneatur restitui rem alienam, cum sciuerit, esse alienam; & an reddenda sit latroni, vel venditori, ut rescindatur contractus, & recuperetur pretium.

Tertia est, quid teneatur bona fidei emptor, ac possessor, restituere domino comparenti, si res apud illum iam non extet, & iam consumpta est.

Quarta est, an si bona fide quispiam à latrone rem emat, & eadem bona fide, qua emit, illam alteri æquali, maiori, vel minori pretio, intra iustum tamen, vendat, teneatur postea veritatis confiteus, aliquid restituere vero domino, an suo emptori?

Quinta est, an qui emit bona fide vitrum pro gemma, vel rem falsam pro vera, & eadem bona fide vendidit pro falsa, teneatur eam postea domino comparenti restituere secundum pretium, quo emit, & vendidit; an secundum illud, quod in se habebat.

Sexta est, qualiter emptores, & venditores, & possessores mala fidei, teneantur ad restituendos fructus rei bona fide emptæ, & possessæ, durante eadem bona fide, perceptos? Per hæc omnia discurremus.

In primis notari velim primò, mala fidei possessorem, iuxta omnes Doctores, illum esse, qui rem possidet, sciens, illam esse alienam, & ad se non pertinere; sicut bona fidei possessor, ille est, qui rem possidet, putans, esse suam, & ignorans, esse alienam, ut optimè animadvertit Panormitanus in cap. grauis, de rest. spoliator. patetque ex cap. si virgo, 24. quæst. 1. in 2. part. Decreti, ibi, In iure prædiorum, tandiu quisque bona fidei possessor relictus, tandiu se possidere ignorat alienum. Cum verò sciuerit, nec ab aliena possessione recesserit,

gula certissima iuris; quare semper ius, & possessio civilis ad securandum meum debitum, apud me mansit, quod ius, & possessionem tibi consequenter vendidi, dotaui, aut donavi, cum debitum tibi vendidi, dotaui, aut donavi; nam pro illo tempore, quo debitum tibi non solvebatur, illud prædium erat obligatum, & adnexum, tanquam quid accessorium tali debito. Accessorium autem sequitur principale; cap. inter dilectos, de fide instrum. ad finem, cap. post appellationem 2. quæst. 6. §. si quis. Quare vendito, dotato, aut donato principali, consequenter etiam venditur ius, quod venditor, dator, aut donator habebat in accessorium, ad securandum debitum principale, ne venditio, donatio, aut dos, inutilis sit emptori, dotato, aut donatario.

CAPVT XXVI.

Res alienæ, quatenus licitè, & validè vendi possint cum bona, & mala fide absque obligatione restitutionis, & fructuum illarum?

- 1 Explicatur, quæ sit materia huius capituli. Quot quæstiones sub illo intelligantur, comprehendanturque. ibid.
- 2 Quid sit mala fidei possessor. Possessor mala fidei tenetur restituere rem alienam, si extat, & quid teneatur restituere, si consumpta est, deteriorata, vel perijt. ibid.
- 3 Teneatur etiam omnes fructus ex re aliena perceptos domino illius restituere, tam extantes, quam non extantes, deductis expensis, deducta etiam estimatione laboris, & industria ipsius mala fidei possessoris.
- 4 An teneatur restituere fructus illos, quos ipse cum ordinaria, & communi diligentia non percepit, percepisset autem dominus rei, si rem possideret. Refertur prima opinio, affirmans teneri, siue titulum habeat, siue non habeat. ibid.
- 5 An hoc intelligatur de vero mala fidei possessore, an etiam de ficto, qualis efficitur per litis contestationem.
- 6 Refertur secunda opinio, negans teneri, si titulum habeat; secus, si non habeat.
- 7 Iudicium Auctoris.
- 8 Solvantur fundamenta utriusque opinionis.
- 9 Non tenetur mala fidei possessor, tam in foro poli, quam soli, restituere eos fructus, qui absolutè exquisita diligentia à quolibet homine diligentissimo percipi poterant, quos, nec ille percepit, nec dominus percepisset.
- 10 Quid, si maiori diligentia, quam ordinaria, dominus rei, fructus aliquos erat percepturus, si rem possideret; possessor autem mala fidei ordinarius tantum percepit, aut nullos, propter suam negligentiam, & num. 11.
- 11 Quid, si possessor mala fidei rem melioravit, & ex ipsa sic meliorata pauciores fructus collegit, quam colligeret dominus illius, si eam sic melioratam haberet.
- 12 Quoad hanc fructuum restitutionem, ad quam tenetur possessor mala fidei, idem dicendum est, & eadem fundamenta aequè procedunt in utroque foro.
- 13 An expensa, quam possessor mala fidei fecit in re

aliena, ad illum pertineant, an ad dominum rei.

Expensa necessaria ad conservationem rei, pertinent ad possessorem mala fidei.

- 15 Expensa viles, in foro interno debentur possessori mala fidei; in externo, negatur illi actio ad illas.
- 16 Quid de expensis voluntarijs, vel voluptuarijs, & num. 17.
- 18 Quid, si in foro externo, possessor mala fidei damnetur ad amissionem illarum, an illi tunc debeantur in foro interno.
- 19 Quid, si res illa ad manus domini peruenit sic meliorata, an dominus possit tunc in conscientia illam sic melioratam retinere.

CRAVISSIMA hæc quæstio est; multas quæstiones sub se comprehendit, vel pertinentes ad res alienas, quatenus emuntur, & venduntur bona, vel mala fide, & spectantes ad emptores, & venditores, atque ad eod. ad possessores malæ, & bonæ fidei; præcipuas hic explicabimus, nam omnes percutere non licebit, propter nostrum institutum. Primò ergo incipiemus à possessore, & venditore malæ fidei; deinde veniemus ad possessorem, & emptorem bonæ fidei.

Prima igitur quæstio contenta, & comprehensa sub titulo huius capituli, spectans ad possessorem, & venditorem malæ fidei, est, ad quid teneatur latro, seu possessor malæ fidei, qui rem vendidit, aut distraxit sciens, vel dubitans rem esse alienam; & ad quem pertineant expensæ, quas in illas fecit, & meliorationes.

Secunda quæstio sub titulo huius capituli comprehensa, & contenta spectans ad venditorem, & emptorem, possessoremque bonæ fidei, est, qualiter emptor bonæ fidei, teneatur rest. taci rem alienam, cum sciuerit, esse alienam; & an reddenda sit latroni, vel venditori, ut rescindatur contractus, & recuperetur pretium.

Tertia est, quid teneatur bonæ fidei emptor, ac possessor, restituere domino comparenti, si res apud illum iam non extet, & iam consumpta est.

Quarta est, an si bona fide quispiam à latrone rem emat, & eadem bona fide, qua emit, illam alteri æquali, maiori, vel minori pretio, intra iustum tamen, vendat, teneatur postea veritatis confiteus, aliquid restituere vero domino, an suo emptori?

Quinta est, an qui emit bona fide vitrum pro gemma, vel rem falsam pro vera, & eadem bona fide vendidit pro falsa, teneatur eam postea domino comparenti restituere secundum pretium, quo emit, & vendidit; an secundum illud, quod in se habebat.

Sexta est, qualiter emptores, & venditores, & possessores malæ fidei, teneantur ad restituendos fructus rei bona fide emptæ, & possessæ, durante eadem bona fide, perceptos? Per hæc omnia discurremus.

In primis notari velim primò, malæ fidei possessorem, iuxta omnes Doctores, illum esse, qui rem possidet, sciens, illam esse alienam, & ad se non pertinere; sicut bonæ fidei possessor, ille est, qui rem possidet, putans, esse suam, & ignorans, esse alienam, ut optimè animadvertit Panormitanus in cap. grauis, de rest. spoliator. patetque ex cap. si virgo, 24. quæst. 1. in 2. part. Decreti, ibi, In iure prædiorum, tandiu quisque bonæ fidei possessor restituitur dicitur, quandiu se possidere ignorat alienum. Cum verò sciuerit, nec ab aliena possessione recesserit,

tunc mala fidei possessor perhibetur, & iuste iniustus possessor vocabitur.

Et ideo, hoc notato, & animaduerso, ad primam questionem sub titulo huius capituli comprehensam. de possessore malæ fidei, respondeo, malæ fidei possessorem teneri restituere in primis rem alienam, si extat, ut patet ex cap. si res. 14. q. 6. & cap. cum tu, de usuris. Si verò perit, vel consumpta est, vel deteriorata, tenetur iuxta æstimationem totius rei, si tota perit; partis, si pro parte deteriorata est; & in hoc conueniunt omnes Doctores. Et ratio est, quia malæ fidei possessor, sciens, rem esse alienam, per iniuriam, & contra voluntatem domini, illam retinet; ubi enim sciuerit, rem esse alienam, nec ab illius possessione recedit, iuste iniustus possessor vocatur, & cum iniuste retineat, iniusta causa, efficax est damni dati domino rei; qui autem iniusta causa, efficax damni est alteri, illud ei tenetur restituere; ut patet ex cap. finali, de iniurijs, & damno dato.

3. Tenetur insuper præfatus malæ fidei possessor, omnes fructus ex re aliena perceptos, domino illius restituere, tam extantes, quam non extantes, iamque consumptos: deductis expensis necessarijs factis in illis faciendis, v. c. serendis, colligendis; & deducta etiam æstimatione pretij laboris, & industriæ ipsius malæ fidei possessoris, ut infra latè dicemus; siue illos percepturus esset dominus rei, si illam possideret, siue non esset percepturus: nam in iure, illi dicuntur fructus, qui, deductis expensis factis in illis colligendis, & serendis, æstimationeque laboris, & industriæ positæ à possessore malæ fidei, remanent; & in hoc conspirant etiam omnes Doctores. Vide Sancium lib. 2. Decalogi, cap. 23. à num. 97. & Syluestrum verb. Restitutio 9.

4. Tota ergo, aut saltem præcipua, difficultas est circa fructus illos, quos dominus ordinaria diligentia percepisset, si rem haberet, & ipse possessor malæ fidei, sua negligentia, non percepit, an teneatur illos restituere illius domino? Quæ questio valde ordinaria est, & procedit, tam in foro conscientie, quam externo. Et hæc de re, partita est opinio.

Prima affirmat, siue titulum habeat, siue non habeat. hanc tenent Berous in cap. grauis. de rest. spoliator. num. 34. Syluester verb. Restit. 3. quest. 9. Menochius de recuperanda possessione, remedio 15. num. 606. & 607. Cynus in l. certum 22. num. 3. sine. C. de rei vind. & l. si fundum 17. sine. C. eodem sit Paulus de Castro d. l. si fundum, num. 3. Angelus §. si quis à non domino, num. 3. vers. quæro in sine. Instit. de rerum diuisione. Bellamera in cap. grauis, num. 25. ubi multos refert. Pichardus dicto §. si quis à non domino, num. 19. Balduinus §. & verò, num. 5. Instit. de rerum diuisione. Probatum in primis ex dicto cap. grauis, de rest. spoliator. in sine. & ex l. si nauis 62. §. ultimo. ff. de rei vind. ibi, Generaliter autem, cum de fructibus æstimandis quaritur, constat, animaduersi non debere, an malæ fidei possessor fructus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset. & ex l. fructus non modò 34. ff. eodem. ibi, Fructus non modò percepti, sed qui honestè percipi potuerunt, æstimandi sunt. Idem sumitur ex l. dominum 5. C. de rei vindic. & l. apud Iulianum 40. alias incipit, Africanus. §. fructus. ff. de legat. 1. Qui duo ultimi textus, cum indistinctè, & absolute loquantur, indistinctè, & absolute de quocumque possessore malæ fidei, siue titulum habeat, siue non habeat, intelligendi sunt.

Probatum rationibus; primò, quia possessor malæ fidei tenetur ad hos fructus, ratione culpæ, quam nullo modo aufert titulus; ergo, siue titulum habeat, siue non habeat, tenetur eos fructus restituere. Secundo, quia in horum fructuum restitutione, non consideratur interesse veri domini, tunc enim solum fructus ab illo percipiendi deberentur; sed consideratur quædam ficta perceptio; quos enim potuit possessor malæ fidei percipere ordinaria diligentia, finguntur percepti. Tertio, quia licet non consideretur interesse lucri cessantis, considerari debet interesse damni emergentis; non est autem negandum, magnum damnum inde emergere domino rei. nam, si illam habuisset, sine dubio eos percepisset, ut supponimus, & in illis damnificauit dominum rei; qui autem alteri est causa damni efficax, illud ei tenetur restituere, cap. finali, de iniurijs, & damno dato. Syluester verb. Restitutio 1. initio. Innocentius in cap. quia plerique, de immunit. Eccles. & alij communiter.

Limitant tamen Paulus Castrensis & Angelus in l. ex diuerso, in principio, num. 3. ff. de rei vindicat. ut hæc opinio intelligatur de vero malæ fidei possessore, id est, de illo, qui habuit veram conscientiam rei alienæ; secus de ficto malæ fidei possessore, & ex sola iuris præsumptione, qualis efficitur quis per solam litis contestationem: hic enim, si verè adhuc bona fide retinet, excusaretur in foro saltem poli à fructibus, qui percipi poterant à vero domino, si rem possideret, si illam haberet in manu sua.

Secunda negat, & ait, possessorem malæ fidei cum titulo (qualis est ille, qui emit rem scienter à non domino, veluti à latrone, ab usurario, vel illam accepit titulo donationis, scienter à non domino) non teneri ad restitutionem fructuum, qui percipi poterant communi, & ordinaria diligentia, ab ipso domino rei, si eam possidere licuisset, licet ipse possessor malæ fidei, illos, ex negligentia sua, non percepit; idque, tam in foro conscientie, quam in foro iudiciali; de his enim perceptis tenetur. Si autem titulo caret, ut quia rem alienam usurpauit, furatus est, vel falsis testimonijs acquisiuit, teneri etiam de fructibus, qui à domino rei percipi poterat, si possedisset. hanc opinionem sustinent Syluester verb. Restitutio, 3. quest. 9. Ludovicus Lopez 1. part. Instruct. conscient. cap. 238. paulo post principium. Ioannes Garcia de expensis, cap. 23. num. 43. Spino in speculo testamentorum, glossa 13. principali, num. 54. Angelus in summa, verb. Restitutio 1. & verb. Possessor. vers. quis dicitur mala fidei possessor. glossa finalis in l. si fundum 17. C. de rei vindicat. & l. si nauis 62. §. finali. verb. generaliter, & in l. si partus 12. verb. posuit, ff. de eo, quod metus causa, & glossa in cap. grauis, de restit. spoliator. verb. Fructus. Speculator tit. de fructibus, & interesse §. scias igitur, num. 3. & 4. Barrolus l. si fundum, allegata, num. 3. Baldus ibi, num. 2. notabilis, & oppositio 5. Angelus ibi, num. 3. Hostiensis in cap. causa, ad finem, de officio delegati, & in cap. grauis, de rest. spoliator. num. unico, ad finem. Ioannes Andreas 16. num. 8. Abbas num. 5. Imola ibi, num. 5. Ancharranus num. 12. Paulus de Castro conf. 227. incipit, In causa, qua vertitur, num. 6. vol. 1. Decius in reg. generaliter 79. in sine. ff. de regulis iuris. Romanus singulari 343.

Limitant. Modò tamen titulus non sit iure reprobatus, qualis esset ille, qui, lite iam pendente, fuit procuratus, & ille, ob quem, in fraudem creditorum, res empta fuit, & qui contra interdicta iuris, acquisitus fuit, tunc enim perinde se habent huiusmodi tituli iure reprobati, ac si tituli non

essent, O O

essent, & proinde non excusarent à restitutione fructuum; qui percipi poterant ordinaria diligentia, à vero domino, si rem haberet; ita probat Sancius ex multis, *lib. 2. Decalogi, cap. 23. num. 101.* Et ratio huius secundæ sententiæ, est; primo, quia titulus, quando est iustus, & à iure non reprobatus, aliquid debet operari: id autem est, ut iniustus, & malæ fidei possessor illud habens, non, nisi ad illos fructus restituendos, teneatur, quos ipse percepit, non verò ad illos, quos non percepit; percepturus autem erat dominus rei ordinaria diligentia, si rem suam possiderent. *Secundò*, quia negligentia possessoris malæ fidei, non debet nocere vero domino rei; noceret autem multum, si non esset obligandus ad restitutionem eorum fructuum, quos dominus ordinaria diligentia ex re sua foret percepturus: unde, cum culpa sua fuerit efficax causa damni per iniuriam iniustæ retentionis, quam sciebat esse alienam, tenetur ad illam.

7. Relatæ opiniones, ambæ sunt valde probabiles; sequere, quam malueris; in foro soli, modò secundum unam, modò secundum alteram iudicatur; frequentius tamen secundum primam.

Cui illa placuerit, respondebit ad fundamenta secundæ, titulum hinc nihil operari, quia percipitor malæ fidei tenetur ad hanc restitutionem, ratione culpæ iniustitiæ, quam nullo modo aufert titulus. Ad secundam rationem respondebit, negligentiam possessoris malæ fidei, solum posse esse damnosam domino rei, quando est peccaminosa, & damnosa per se, & directè: at supponimus, eam negligentiam in illo in non ferendis, & faciendis fructibus, non fuisse peccaminosam, quia non fuit malitiosa, nec affectata, aut habita causa inferendi illi damnum, sed fuit mera quædam incuria naturalis, in qua non fuit commissum peccatum. Et aliunde à principio fuit bonæ fidei possessor, quia, quando illam emit, vel accepit, à possessore malæ fidei, putabat, se illam accipere à vero domino, vel à possessore bonæ fidei; ex quo autem intellexit, rem esse alienam, non sit retentor malæ fidei; quia non tenetur illam statim domino reddere, sed potest rescindere contractum, reddendo illam ei, à quo accepit, & accipiendo pretium suum, ut infra dicemus.

8. Cui placuerit secunda, respondebit ad fundamenta primæ, id, quod iam tactum est, titulum hinc non esse necessarium, ut possessor malæ fidei excusetur à restitutione fructuum, quos ipse non percepit, & percepturus erat dominus, si rem suam possideret; quia hæc restitutio non fundatur in titulo, sed fundatur in peccato iniustæ retentionis ortæ ex iniusta acceptione, quia, ubi primum possessor bonæ fidei constitit, rem esse alienam, desiit esse possessor bonæ fidei, & constitutus est possessor malæ fidei, & factus est consequenter iniustus retentor rei, & consequenter etiam priuavit per iniuriam, iniustitiamque, dominum illius omnibus fructibus, quos ipse ex re sua, ordinaria diligentia, poterat colligere; qui autem alteri est causa iniusta, & iniuriosa damni, tenetur illud ei in utroque foro restituere; maximè, quia nulla ratio dicitur, ut negligentia iniusti possessoris, damnosa sit domino rei, ut propter illam, priuandus sit dominus fructibus, quos ipse ex re sua, communi, & ordinaria diligentia collecturus erat ex ea, si eam possedisset.

9. Dixi, *communi, & ordinaria diligentia*, quia non tenetur malæ fidei possessor, tam in foro poli, quam soli, ad restituendos eos fructus, qui, absolute loquendo, percipi poterant ex ea re ab aliquo ho-

mine diligentissimo, quos nec malæ fidei possessor accepit, nec dominus illius percepturus erat, si rem haberet in manu sua; quia in restitutione horum fructuum, non est attendendum ad illos fructus, qui absolute colligi possunt à quolibet homine vigilantissimo, sed ad illos, quos vel dominus colligeret, si rem haberet, vel ipse possessor malæ fidei collegit, alioqui inquietissimum semper foret iudicium conscientiæ, & forense, plenumque infinitis scrupulis: unde sacramentum Pœnitentiæ, quod institutum est à Christo Domino, ad pacificandas animas cum Deo, in inquietationem illarum verteretur, & forus iudicij externi, quod ad pacem Reip. inuentum est, in bellum fortius vergeret.

Sed quid, si singulari, & exquisita, hoc est, (vltima ordinariam, & communem) diligentia, dominus rei, fructus aliquos percepturus erat, si rem possideret, & possessor malæ fidei, nullos, vel non tantos, sua negligentia, percepit?

Respondeo, mihi videri, non teneri malæ fidei possessorem, ad restitutionem illorum. hanc opinionem tenet Decius in *reg. generaliter 75. num. 5. vers. sed tamen, ff. de reg. iuru.* ubi ait, in restitutione fructuum, nunquam attendi ad fructus, quos singularis industria domini acquisitura erat, si dominus rem suam haberet, sed ad eos tantum, quos dominus ordinaria, & communi diligentia percepturus foret, quod ordinarium est in omni restitutione; non enim restituenda res est secundum pretium exquisitum, & summum, sed secundum commune, ac currens. tenet etiam illam Sayrus in *claus. Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 3. num. 2. & 22.* quatenus asserit, teneri possessorem malæ fidei, restituere tot fructus, quot dominus communi & ordinaria diligentia perciperet, quando ipse possessor malæ fidei agrum negligenter coluit alienum, quasi contrarium diceret, quando singulari coluit diligentia, quod hæc restitutio per ordinariam, communemque diligentiam regulanda sit, non per singularem, & exquisitam. tenet Gabriel in *4. dist. 15. art. 3. dub. 1. quest. 2. art. 3. conclus. 2.* & Petrus Nauarra *lib. 4. de rest. cap. 1. in noua edit. dub. 5. num. 34. & 35.* quatenus id ipsum aiunt, quod Sayrus. Probat ex *l. pretia rerum 63. ff. ad legem falcidiam*, quæ statuit, pretia rerum communi pretio, & ordinario æstimanda esse, & secundum illud restitutiones esse faciendas; & ex *l. in furti 51. statim in principio, ff. de furtis*, in qua id ipsum statuitur. docet illam Fumus *verb. restitutio, num. 24.* Petrus de Ledesma *2. tom. summa, tract. 8. cap. 14. conclus. 6.* quatenus dicunt, teneri hunc ad fructus, quos sua negligentia non collegit, collecturus autem erat dominus, si diligens fuisset ordinariè, ac communiter.

Sed contra hanc resolutionem oppones eam Sancio contrarium tenente *lib. 2. cap. 23. in summa Decalogi, num. 121.* hanc obligationem restituendi fructus percipiendos à domino, non consergere ex culpa negligentia possessoris malæ fidei, in excolendo agro alieno, sed ex priori iniustitia, qua emit sciendo esse alienum, & ex retentione orta ex hac iniustitia, quæ impedimento fuerunt, ne dominus perciperet totos eos fructus ex singulari sua, & exquisita diligentia. Sed adhuc respondeo, ex hoc ad summum sequi, illum possessorem malæ fidei, qui à principio rem emit, sciendo, esse alienam, teneri ad restitutionem illorum fructuum, quos dominus rei singulari sua diligentia, erat percepturus, non illum, qui bona fide emit, vel accepit illam, & postea sciuit, esse alienam, quia iste, licet ob eam scientiam constitutus sit possessor malæ fidei, non tenetur

10.

11.

tenetur statim, ac alienam esse agnouit, eam restituere, potest illam retinere, donec rescindat contractum, reddendo rem, & accipiendo suum pretium, ut infra patebit.

12. Quid, etiam si possessor malæ fidei, rem illam meliorauit, sciens illam esse alienam, & ex ea sic meliorata pauciores fructus collegit, quam collecturus erat dominus, si rem suam sic melioratam haberet? Respondeo *in primis*, illam meliorationem, tanquam rei alienæ accessoriam, esse veri domini ipsius rei, & inique à possessore derineri; meliorationes enim factæ in re aliena, cedunt domino rei, tanquam ei accessorie; & hoc communiter docent Doctores, Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 12. dub. 117.* Sancius *lib. 2. summa in Decalogum cap. 23. num. 123.* & statim patebit ex dicendis infra. Respondeo *secundo*, probabilius esse, teneri malæ fidei possessorem, ad hoc fructuum augmentum vero domino restituendum, vel in fructibus, si extant, vel secundum æstimationem, si non extant; quia illa melioratio, tanquam rei alienæ accedens, est veri domini ipsius rei, & si dominus rem sic meliorem redditam possideret, illud fructuum augmentum percepturus erat, quod malæ fidei possessor non percepit, & eo ipso, quod hanc meliorationem fecit in re aliena, sciens, illam esse alienam, velit, nolit, ad hoc se obligauit. ita Lessius allegatus, & Sancius *dicto num. 123.* Dicit tamen, & addit Lessius *ibi*, si res esset apud dominum, & ab eo non foret melioranda, sicut meliorata est à possessore malæ fidei, probabile esse, non teneri possessorem malæ fidei, ad restituendum augmentum horum fructuum, sed id, quod dictum manet, esse probabilius.

13. Dixi semper *tam in foro soli, quam poli*, quia, quoad hanc fructuum restitutionem, idem dicendum est in utroque foro, ut bene animaduertunt Rosella *in summa verb. Restitutio 7. num. 28. paulo post principium.* Syluester *verb. Restitutio 3. quest. 7. dicto 1.* Ludouicus Lopez *1. part. Instruct. conscientie. cap. 237. vers. secundo tenetur.* Angelus *in summa. verb. Restitutio. 1. & verb. Emens. num. 1. sine.* Tabiena *verb. Restitutio. quest. 11. num. 12.* Fumus *verb. Restitutio. num. 24.* Petrus *tom. 2. summa. tract. 8. cap. 14. concl. 6. D. Antoninus 2. part. tit. 1. cap. 12. §. 16. vers. 5.* Et hac de re iterum redibit sermo infra *num. 33.*

14. Sed non exigua difficultas hic oritur, an expensæ illæ, quas possessor malæ fidei fecit in re aliena, pertineant ad illum; an cedant domino rei? Et anrequam rem decidamus, notabis, triplex genus esse expensarum; aliæ enim sunt necessariæ ad conseruationem ipsius rei, ut reficere domum ruinam minantem, seruo agro mederi; & hæc quidem pertinent ad possessorem malæ fidei, & ad latronem, & in utroque foro illi, debentur, & adiudicandæ sunt: ita docet Sancius *lib. 2. summa in Decalogum, cap. 23. num. 136 & 117.* Couarruias *in reg. Peccatum. 2. part. §. 6. num. 3.* Garcia *de expensis cap. 4. & duplici sequenti;* & de foro externo, tradunt communiter Doctores ad *l. domum. C. de rei vindicat.* De foro interno, præter Sancium, tradunt Sayrus *in Clau Regia. num. 10. tract. 2. cap. 3. num. 4.* Molina *tom. 3. de iust. part. 2. disp. 725. in fine.* & communiter Doctores. Solùm tamen expensæ necessariæ factæ in alieno, & furtiuo seruo curando excipiuntur, quæ in foro externo non debentur ei, qui seruum furto abstulit, & illas fecit; ut disponitur *in l. 1. C. de infantibus exposit.* in eo enim, propter pacem Reipublicæ, castigantur etiam fures seruatorum; in foro tamen conscientie, illi de-

Fagundez de Iustitia, &c.

tenentur. ita Sancius *utroque num. 136. & 137.* cum ibi allegatis.

Expensæ vtilis, quales sunt illæ, quæ rem meliorem, ac vtiliorem reddunt, ut plantare vineas, oliueta, aperire portas, & ianuas in domibus alienis, etsi in foro exteriori denegentur furi, aut possessori malæ fidei, ut docet Sancius allegatus *n. 136.* Menochius *de recuperanda possessione. remedio 15. à num. 501.* Sarmiento *lib. 1. selectarum. 1010 cap. 10.* Attamen in foro conscientie, ei debentur, ne alienis expensis, dominus rei ditior euadat, & quia cedunt in maiorem vtilitatem domini, & in maiorem æstimationem rei illius; quod verum habet, etiam si dominus rei eas expensas non esset factururus, nec esset factururus rem illam, meliorem: ita Ludouicus Lopez *1. part. Instruct. conscientie. cap. 237. col. 2. vers. Quinto grauatur.* Rebellus *de iust. 1. part. lib. 2. q. 8. n. 3.* Lessius *lib. 2. de iust. cap. 12. dub. 17. n. 111.* Sà *in summa, verb. Restitutio. n. 16.* Carbon. *de rest. q. 27. concl. 7.* Petrus Naparra *lib. 3. de rest. cap. 1. in noua edit. dub. 4. n. 23.* Emanuel Rodriguez *tom. 1. summa in 2. edit. cap. 151.* Gabriel *in 4. dist. 15. quest. 2. art. 3. dub. 1. sine.* Sayrus *in Clau Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 3. num. 3. & 4.* Molina *num. præcedenti citatus disp. 725. sine.* Syluester *verb. Furtum. quest. 16. num. 20. & verb. Expensæ, quest. 4. num. 5.*

Circa expensas voluntarias, seu voluptuarias, quales sunt, quæ ex sua natura, non augent fructus rei, sed magis inserunt ad ornatum, & voluptatem, ut arcolæ, picturæ, viridaria, &c. non conueniunt Doctores; Lessius enim *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 12. dub. 17. num. 113.* & Sayrus *eodem cap. 3. num. 4.* aiunt, si dominus hunc ornatum in re sua retinere velit, deducendas esse prædictas expensas; quod si nolit, integrum esse furi, vel possessori malæ fidei, eas cadere, & auferre ligna, lapides, & materiam, ex quibus constant, si absque rei læsione, id fieri possit; si non possit, rem esse, arbitrio boni viri, componendam. Sed placet magis, non teneri dominum rei, eas furi soluere, quando nequeunt separati absque læsione prioris status rei; quod clarè docet Couarruias *ad reg. Peccatum. 2. part. §. 6. num. 3.* & Carbon. *eadem quest. 27. post 7. conclusionem vers. Ex quibus.* & clariùs id docent Rebellus *dicta quest. 8. num. 3.* & Sancius *dicto lib. 2. summa. cap. 23. num. 139.* & rationem reddunt, quia id sibi imputet fur, & malæ fidei possessor, siquidem, sine domini consensu, fecerit; quidquid dicat Molina *dicto tom. 3. de iust. disp. 725. in fine*, asserens, posse furem deducere quantum plus valet res ob has expensas voluntarias; sed intelligendus est, quando illæ possunt deduci absque rei læsione.

Si tamen dominus rei minores expensas fecisset in reddenda re meliori, & vtiliore, & æquè meliori, & vtiliori, ac illam fecit malæ fidei possessor, eæ solùm possessori malæ fidei debentur, & ille eas tantùm deducere potest, quia eæ solùm cedunt in domini vtilitatem, ut bene docet Leonardus Lessius *dicta dubitat. 17. num. 111.* & Carbon. *conclus. 7. in secunda ratione,* & Molina *dicta disputat. 725. num. 3.*

Si autem deducta lis fuerit ad forum externum, & in illo damnetur prædictus malæ fidei possessor ad amissionem prædictarum expensarum, tunc quidem non illi debentur in foro interno, nec ille eas poterit deducere, quia postquam accessit iudicis sententia, quæ illum, in pœnam, iis priuauit expensis, in neutro foro, illas ampliùs poterit petere, aut deducere; ut optimè animaduertit Rosella *verb. Restitutio.*

O o 2

st. i. u. 7. num. 18. Ludouicus Lopez 1. part. instruct. consc. cap. 237. col. 2. versic. quinto granatur. Molina dict. disp. 725. num. 3. Petrus Nauarra lib. 4. de restitutione, cap. 1. in noua edit. dub. 4. num. 25. Syluester verb. furtum, quest. 16. num. 20.

19.

Quod si res illa ad manus domini peruenerit, sic meliorata, tunc poterit dominus rei, tuta conscientia, rem suam sic melioratam retinere, absque vlla obligatione soluendi latroni expensas illas, quas in illa melioranda, fecit, quia ille possessor malæ fidei non potest eas petere in iudicio, quia talis petitio illi in foro externo denegatur: docent Syluester verb. furtum, quest. 16. num. 20. Ludouic. Lopez, & Molina precedenti num. inducti.

Contrarium tamen docent Petrus Nauarra num. precedenti allegatus. Fundamentum illius, est, quia, si potest possessor malæ fidei, eas expensas, in foro conscientia, petere, & deducere, & rem melioratam retinere, donec sibi soluantur, iniuriam illi inferet dominus, si rem sibi cum illa melioratione retineat, quin sibi prædictas expensas exsoluat, utpote, quia ex non restitutione, locupletior euadet, & plus, quam sibi debetur, habet; cui fatis fauent Rosella verb. restitutio 7. num. 18. Angelus verb. expensa, num. 3. & ibi Tabiena num. 2. quest. 3. Armilla num. 3. Sayro in clauis Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 3. num. 3. & 4. quatenus aiunt, teneri dominum rei, eas expensas possessori malæ fidei, restituere. Præualet tamen prior resolutio; quia, quoties in iudicio conceditur alicui actio ad repetendam rem aliquam, contra aliquem, potest illam, tuta conscientia, retinere, si ad suam manum, & potestatem deuenerit; sic victo in ludo prohibito, conceditur actio, ad repetendum in iudicio, id, quod in eodem ludo amisit; & idem, si aliquid vincens ad illius manus deuenerit, iuste poterit illud, in conscientia, retinere, donec victor ei restituat pecuniam, quam ille, cum victus fuit in ludo, amisit, ut latè probat Sancius lib. 6. de matrimonio, disput. 38. num. 34. cum multis, quos ibi allegat. Ita quoque modò, cum denegetur actio in foro externo, possessori malæ fidei, ad repetendas prædictas meliorationes in iudicio, & concedatur actio domino rei, contra illum, ad repetendam rem suam sic melioratam, ut in penam furti, in expensarum amissione, in eodem iudicio puniatur, rectè poterit ipse dominus, rem aliquam possessoris malæ fidei, retinere, donec expectetur sententia.

20.

Sequebatur, ut ageremus de expensis factis in re aliena, à bonæ fidei possessore, quatenus ille eas potest petere, ac deducere; sed commodius ea de re, & de illis, sermonem inferemus num. ultimo huius capituli, & summarij sequentis.

De possessore rei alienæ, bonæ fidei.

S V M M A R I V M.

- 21 Si res aliena extet, & restitutio fiat domino illius, tenetur possessor bona fidei, ubi alienam esse agnouerit, illam apud se extantem domino restituere, nullum ab eo pretium exigendo.
An possit reddere latroni, vel ei, a quo illam accepit, ut recuperet pretium, & rescindat contractum?
Partita est opinio. *ibid.*
- 22 Refertur prima, affirmans, posse.
- 23 Refertur secunda, negans, & asserens, teneri illam statim domino restituere, amisso etiã pretio.
Iudicium Authoru. *ibid.*
- 24 Quid teneatur possessor bona fidei, restituere do-

mino comparenti, si res iam apud illum non extat.

- 25 An aliquid ei teneatur restituere, si, culpa illius, pereat, vel in totum, vel in partem.
- 26 Quando possessor bona fidei, dicatur ex ea fieri diuor.
- 27 An, si bona fide, quisquam à latrone, vel à possessore mala fidei, rem emat, putans, esse suam, & eadem bona fide illam alteri vendat, teneatur postea aliquid restituere vero domino.
Prima opinio refertur, dicens, ad nihil omnino ei teneri, *ibid.*
- 28 Refertur secunda, docens, teneri rescindere contractum cum suo emptore, reddendo rem alienam, & accipiendo pretium suum.
- 29 Præfertur tertia probabilior, dicens, si periculum sit, quod ad notitiam domini veniat, rem esse suam, & quod euincenda sit ab ipso domino, teneri pretium emptori suo restituere, & emptorem teneri similiter illi rem reddere, reque recuperata, & resciso contractu, teneri rem alienam domino restituere.
Secus, si non sit periculum euictionis. *ibid.*
- 30 Quid, si venditor bona fidei, postea sciat, rem esse alienam, an tunc teneatur dominum rei admonere, aut saltem emptorem suum de ipsius rei statu? & num. 31.
- 32 An, qui emit bona fide rem falsam pro vera, & eadem bona fide vendit, teneatur eam domino restituere secundum pretium, quo emit, & vendidit, an secundum pretium, quod in se habebat.
- 33 Qualiter emptores, & possessores bona fidei, teneantur ad restituendos fructus perceptos ex re aliena, quam bona fide possidebant.
- 34 An possessor bona fidei faciat fructus suos, tam naturales, quam industriales.
Refertur prima opinio, affirmans; & solum teneri restituere extantes comparenti domino rei. *ibid.*
- 35 Referuntur varia sententia hac de re, & n. seqq. usque ad 37.
- 38 Præfertur sententia docens, siue titulum habeas, siue non habeas, facere omnes fructus suos industriales, naturales verò solum, quando titulum habet, & num. 39.
- 40 An possessor bona fidei teneatur, ex fructibus industrialibus iam consumptis, restituere id, in quo ex illis factus est diuor.
Refertur prima opinio negans.
- 41 Refertur secunda affirmans, & num. 42. & 43.
- 44 Quid de iure Castella.
Soluuntur argumenta precedentium opinionum. *ibid.* & seqq. usque ad 49.
- 50 Quid de expensis, quas possessor bona fidei fecit in re aliena melioranda; & de fructibus illarum. *ibid.* cum num. 51. & 52.

Circa secundam difficultatem contentam sub titulo huius capituli, conspirant omnes Doctores, si res aliena extet, & restitutio fiat domino illius, teneri ementem, & possidentem bona fide, ubi alienam esse agnouerit, illam apud se extantem, domino restituere, nullum ab eo pretium exigendo. hoc probant, ut dixi, omnes Doctores, ut docet Sancius lib. 2. Decalog. cap. 23. num. 2. patetque expressè ex l. 1. C. de furtis, & ex l. si mancipium 25. C. de rei vindicat. quia res, dum extat, semper plorat pro domino suo. Dixi, si restitutio fiat domino rei, quia non exigua est dubitatio, an possit reddi à possessore bonæ fidei, latroni, vel possessori malæ fidei

21.

fidei, à quo illam emit, ad recuperandum pretium suum, an statim reddenda sit domino illius, amisso etiam pretio illius? Et in hoc partita est opinio.

22. Prima docet, non teneri eumentem, & possidentem bonæ fidei, eam vero domino restituere, sed posse, ubi sibi constiterit, esse alienam, rescindere contractum, & reddere furi, à quo accepit, ut pretium suum ab eo recuperet, etiamsi sciat, illum eam non redditurum domino, & teneri furem in conscientia, rescindere contractum, reddendo pretium, & accipiendo rem. Ita Ludovicus Lopez 1. part. *Instruct. cap. 25.* ubi illam communem appellat Petrus Navarra lib. 4. de rest. cap. 2. num. 18 Angelus verb. *Restitutio* 1. num. 1. Navarrus in *summa Latina*, cap. 17. num. 29. Gabriel in 4. dist. 15. quest. 3. art. 3. dub. 5. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 14. dub. 3. num. 16. Alensis 4. part. quest. 86. memb. 3. art. 5. Alcius doctor. lib. 4. tract. 6. de restit. quest. 5. à medio. Paludanus in 4. dist. 15. question. 2. art. 4. num. 5. D. Antoninus 2. part. tit. 1. cap. 12. §. 16. ante medium.

Fundamentum illorum est. Primo, quia, si quis inueniat rem alienam in platea, & sciat, & agnoscat dominum illius, & animaduertat, eam sibi fore grauitèr damnosam, non tenetur eam accipere, ut domino reddat, sed potest illam in eodem loco relinquere, quia cum graui damno suo, aut æquali, nemo tenetur ex charitate, id efficere; quamuis sciat, eam non esse domino restituendam. Ergo similiter ille, qui rem bona fide à possessore malæ fidei, emit, si postea dominum illius agnoscat, non tenetur eam domino restituere, amittendo pretium, quod pro illa dedit, sed poterit rescindere contractum, reddendo illam possessori malæ fidei, à quo accepit, accipiendoque ab eo pretium. Secundo, quia contractus emptionis fuit omnino inuoluntarius ex parte emptoris; error enim, & ignorantia incidens in illum, dedit causam contractui, nam si emptor bonæ fidei sciret, rem esse alienam, nullo modo contraheret, aut illam emeret; ergo poterit illum rescindere, reddendo rem, & recuperando pretium; contractus enim inuoluntarius, in quem error incidit, vel est natura sua, nullus, vel annullari potest, ut restantur Doctores. Tertio, quia emptor bonæ fidei, sciens postea, rem esse alienam, non tenetur in conscientia, & de iustitia, eam domino reddere, quia nullam ei iniuriam fecit, eam emendo, cum bona fide emerit; & aliunde nemo tenetur esse gratis procurator alterius, ut ei rem suam procuraret cum dispendio suo; non ex charitate, quia charitas non obligat, cum graui damno nostro, nec etiam cum æquali, damnum alterius curare, ut fieret in hoc casu; ergo sufficit, rem restituere venditori malæ fidei, à quo illam bona fide emit, ut pretium suum recuperet.

23. Secunda docet, teneri emptorem bonæ fidei, in conscientia, cum cognouerit, rem esse alienam, eam reddere statim domino suo, etiam non reddito, nec recuperato pretio, sed amisso. hanc tenent Conarruias 3. part. *Religionis ad reg. peccatum*, initio, num. 3. Caietanus 2. 2. quest. 62. art. 3. Ioannes Medina C. de rest. quest. 10. §. verum, quamuis. Sotus lib. 4. de iust. quest. 7. art. 2. ad medium. Ledesma 2. 4. qu. st. 18. art. 6. & alij. Addunt tamen, licitum esse, eam reddere latroni, quando certò moraliter creditur, quòd latro eam domino restituat, ad recuperandum ex illo pretium. Probat hanc opinio; quia, qui rem latroni, non domino suo reddit, ponit eam in peiori statu, quàm antea erat in sua manu: nemo autem ad restitutionem obligatus, potest rem, & dominum illius ponere in

Fagundes de iustitia, &c.

peiori statu, quàm antea fuerit, sed tenetur utrumque ponere in eodem statu, in quo fuerant, quando rem possidebat. Sed ad hoc facile respondent auctores primæ opinionis, eumentem, & possidentem bonæ fidei, nec rem, nec dominum illius ponere in peiori statu, quàm antea erant, quia antea erat in manu furis, & in eadem manu eam modò ponit. Deinde, quia bonæ fidei emptor potest in se esse peior iacro, quàm fur, qui eam ei vendidit. Quòd si respondeas, supponendo, quòd sit bonus vir, planè absurdum erit, ex eo tantum, quòd sit bonus vir, obligare illum ad restitutionem; iam enim bonitas erit ei nocua; quod nemo dicet.

Probat hanc deinde hanc opinio, quia ubi bonæ fidei emptor cognouit, rem esse alienam, tenetur illam domino restituere, ratione rei acceptæ: res enim, ubicumque est, plorat pro domino suo, & domini est, non latronis, & ex intrinseca ratione contractus emptionis, ad id videtur se obligare omnis bonæ fidei emptor, ut rem reddat domino suo, quoties comparuerit. At hoc etiam fundamentum facile eludunt auctores primæ opinionis, asserentes, verum esse, rem plorare pro domino suo, & solum teneri ex charitate bonæ fidei emptorem, eam restituere domino suo, non tamen ex iustitia, & falsum esse, ex intrinseca ratione contractus emptionis, ad id se tacite obligasse, alioquin multò minus valeret res in eo modo vendendi, & statim quisque emptor, ex ipso modo vendendi, & vilitate pretij, coniectaret, rem fore alienam, & iam non esset emptor bonæ fidei, sed malæ; ex charitate autem nemo tenetur ad restitutionem cum æquali damno, & detrimento suo, & ided, cum charitas bene ordinata incipiat à se ipsa, semper se quisquam potest præferre aliis, quando de æquali dispendio sui, & aliorum, agitur.

Probat tertio, quia, si non tenetur ex iustitia emptor bonæ fidei, rem domino restituere, cum agnouerit, esse alienam, sed posset eam reddere latroni, ut contractum rescindat, pretiumque recuperet, posset etiam, non inuento fure, aut demortuo, eam vendere, ut pretium suum recuperet, ne damnum patiatur; non enim est maior ratio in vno, quàm in alio casu. Ad hoc fundamentum, ego facile totum concederem. Respondet tamen Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 3. num. 16. negando illationem; quia, si non compareat, vel mortuus sit fur, à quo emptor bonæ fidei, illam emit; iam non potest poni ea res in eodem statu, in quo erat antea, nec potest recuperari pretium, sed in peiori, si alteri vendat, nec ea venditio erit valida, cum non possit dominium illius in alterum transferre, eò quòd res non sit sua: deinde non potest pretium illius à domino petere, quia nullum ius habet contra illum; solum ergo habebat ius contra venditorem, à quo solum poterat damnum reparari, & non ab alio; unde, si dominus illi offerat pretium, non poterit tuta conscientia, illud accipere, nisi gratis, & liberaliter censeatur illud donare, pro gaudio rei inuentæ.

Probat quarto, quia, si emptor bonæ fidei, rem furtiuam reddat furi, à quo illam bona fide emit, ad recuperandum suum pretium, cooperatur cum illius iniusta retentione, quia probabilius est, eum illam domino non daturum. Sed hoc facile negatur, quia reddendo illam latroni, offert latroni rem, in qua ille potest, benè, & malè operari; benè, restituendo illam, ut de iustitia tenetur facere; malè, non restituendo, quòd tenetur non facere, & sic sibi imputet latro peccatum, quòd committit.

O o 3 non

non restituendo, non emptori bonæ fidei, qui, ne suum pretium perderet, rem illi reddidit.

Ita se habent huiusmodi opiniones.

Prima est probabilior; non tamen est negandum, istam securitatem, probabilitatem suam etiam habere. Et per hæcenus dicta, responsum manet ad primam, & secundam quæstionem sub titulo huius capitis, contentam.

24.

Tertia quæstio, sub titulo huius capitis comprehensa, est: quid teneatur emptor bonæ fidei, restituere domino comparenti, si res apud illum iam non extet, vel illam iam consumpserit? Ad hanc quæstionem communiter respondent omnes, solum tenei restituere id, in quo factus est ditior, qualitercumque illam consumpserit, vel culpa sua, vel sine illa. Quare, si in nihilo factus est ditior, nihil teneri restituere. Est regula certissima. patet ex l. item venium 22. §. præter hæc. ff. de pet. hæred. ibi, *Eos autem, qui iustas causas habuissent, quare bona ad se pertinere existimassent, usque eo dumtaxat, quo locupletiores ex eo facti essent, condemnandos esse.* Quod idem patet etiam ex multis aliis iuribus, & præcipue ex l. sed si lege 28. §. item rem distraxerit, & ex l. si rem, & pretium 15. & lego sequenti ff. eodem tit. docet D. Thom. 2. 2. quæst. 52. art. 6. ab omnibus receptus. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 1. num. 7. Molina tom. 1. de iust. disp. 36. conclus. 2. & disp. 236. vers. in priori eventu, & tom. 3. disput. 718. num. 1. Toletus in summa lib. 5. cap. 17. num. 10. Valquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disput. 172. cap. 1. n. 3. & 4. Sayto in clavi Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 9. & 10. Ludouicus Lopez 1. part. instrukt. cap. 95. initio. Rebellus de iust. part. 1. lib. 2. quæst. 3. num. 1. & 2. Nauarrus in summa Latin. & Hispanica, cap. 17. num. 9. Conarruuias ad reg. peccatum 3. part. initio, num. 3. conclus. 2. Corduba in summa. quæst. 109. & in suo questionario, lib. 1. q. 39. punct. 1. vers. igitur. Ratio est, quia obligatio restituendi, ex duplici capite tantum oritur; videlicet, vel ex iniusta acceptione, sub qua intelligitur qualibet alia actio, iniuste, & per injuriam nocens proximo; vel ratione rei acceptæ, apud ipsum extantis: atqui hic possessor bonæ fidei, non tenetur, ratione iniustæ acceptionis, quia bona fide emit, & bona fide consumpsit. Nec ratione rei acceptæ, cum ipsa res non extet, nec aliquid ex illa in bonis illius perseneret, quando exinde non euasit locupletior; ergo ad nihilum tenetur. Quando autem ex illa factus est ditior, dicitur id, in quo factus est ditior ex illa, extare; in eo enim non censetur res illa consumpta, vt optimè docet Baldus in l. ubi adhuc 29. ad finem, vers. item per glossam. c. de iure dotium. & patet ex l. idem seruandum 78. ff. de legatis 1. ibi, *Non enim absumitur, quod in corpore patrimonij retinetur.* Quamobrem id tantum, in quo factus est ditior, tenebitur, ratione rei acceptæ, restituere.

25.

Sed quid, si culpa possessoris, seu emptoris bonæ fidei, perit? In hoc puncto, patita est opinio. Prima docet, si culpa lata, & graui possessoris, & emptoris bonæ fidei, perit, teneri illum eam restituere. ita Sotus lib. 4. de iust. quæst. 7. art. 2. colum. 4. Martinus de Ledesma 2. part. 4. quæst. 28. art. 6. col. 3. Valentia 2. 2. disp. 5. quæst. 6. part. 3. initio, colum. 3. vers. quinto quod attinet. Rosella in summa verb. rest. 7. num. 19. Nauarrus in summa cap. 17. num. 7. quia grauis culpa malitiam iniustitiæ arguit.

Secunda opinio, tanquam certissima, tenenda docet, nihil prorsus teneri illum restituere, nisi forte in aliquo ex ea, factus sit ditior, quantumuis culpa illius grauißima periisset. Ratio est, quia ille non

peccauit contra iustitiam, cum putaret, rem esse suam; eiusdem enim ad semetipsum non committitur iniustitia; iustitia enim, & iniustitia, est ad alium: at nulla culpa, quamuis grauißima, obligationem restituendi inducit, nisi sit contra iustitiam. ita docet Rebellus de iust. part. 1. lib. 2. quæst. 4. num. 13. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 1. num. 7. Molina tom. 1. de iust. disp. 246. col. 4. vers. in priori eventu. Petrus Nauarra lib. 4. de rest. cap. 1. in noua edit. dub. 3. num. 7. in fine, & plures alij, quos citat, ac sequitur Sancius in summa Decalog. lib. 2. cap. 23. num. 5.

Tunc autem, (vt iam tetigi) emptor, & possessor bonæ fidei, dicitur fieri ex re consumpta locupletior, quando occasione consumptionis illius, patrimonium illius in aliquo auctum est. Quare, v. c. si occasione illius, lautius comedit, aut splendidius vestiuit, non dicitur factus ditior, quia patrimonium illius in aliquo non est auctum; vt docent omnes allegati num. 4. & Sancius num. 7. optimèque explicuit Iuriconsultus in l. sed & si lege 28. §. quod autem quis ex hereditate, ff. de pet. hæreditat. ibi, *Et si quid lautius contemplatione hereditatis, impendit, in hoc non videatur factus locupletior; in statutis vero suis sumptibus videatur factus locupletior, utique enim, nisi non tam laute erogasset, aliquid tunc ad vitium quotidianum erogasset, v. c. si vestitum erat facturus ex panno ordinario, si non haberet eam rem, & quia habuit, fecit illum ex serico, in eo factus est ditior, quod expensurus erat in vestitu ordinario panni. Item, si non haberet, carnem bubalam esurus erat ex suo, quia habuit, edit perdicæ, & gallinas in eis sumptibus factus est ditior, quos facturus erat in carne bubula, quia id fuit auctum illius patrimonio, ex quo illi sumptus ordinarij deducendi erant.* Vide alia exempla similia apud Sancium in summa Decalog. lib. 2. cap. 23. num. 7.

26.

Accedamus ad quartam quæstionem, sub titulo huius cap. inclusam; ea est, an, si bona fide quispiam à latrone rem emat, & durante eadem bona fide, illam alteri vendat æquali, vel minori, aut maiori pretio, semper tamen intra latitudinem pretij iusti, teneatur postea veritatis conscius, aliquid restituere vero domino, an suo emptori. In qua quæstione, vt distinctè, & eam claritate procedamus, prius dicendum nobis est de obligatione, quam habet erga suum emptorem; dicemus de obligatione, quam habet erga verum dominum.

27.

Inueni tres sententias circa hanc obligationem, quam habet emptor bonæ fidei, erga suum emptorem in hoc casu, cui vendidit bona fide rem illam, quam bona fide emerat, & postea reperitur aliena.

Prima ait, venditorem hunc ad nihilum teneri suo emptori in foro conscientie, nec teneri eum immunem reddere, restituendo ei pretium, & rem accipiendo ab illo: eam docet Nauarrus in summa Lat. cap. 17. num. 8. Ludouicus Lopez 1. part. instrukt. conscientia, cap. 94. ad finem, & lib. 1. de contract. cap. 3. col. 2. vers. inter tam dubias. Philiar. de offic. sacerdot. tom. 2. part. 2. lib. 6. cap. 18. col. 3. vers. alterum, in quo. Probabilem appellat hanc sententiam Valentia, quem citat, sed non sequitur, Sancius in summa lib. 2. cap. 23. num. 16. ad finem. valde probabilem Sayto in clavi reg. lib. 10. tract. 2. cap. 1. num. 13. Duplicem tamen limitationem huic opinioni addit Ludouicus Lopez utroque loco. Prima est, nisi venditor scriptura se obligarit emptori ad eum indemnem seruandum. Secunda est, teneri solum venditorem cedere emptori actionem, quam habebat erga latronem, quando ea cessio non esset frustranea, veluti quando latro est pauper, aut abi-

rit.

rit. Probant hi auctores hanc suam opinionem, ex his rationibus; primo, quia hic venditor non tenetur suo emptori ratione rei acceptæ, cum illam iam apud se non habeat, nec ratione illius, aliquid auxerit patrimonio suo, aut locupletior factus sit, ut supponimus. Quod si dicas, habere pretium, quod loco illius succedit; respondent, pretium non succedere loco rei, nisi in solis iudiciis vniuersalibus, cuiusmodi sunt hæreditas, fideicommissum, & dos; quæ ideo iudicia vniuersalia dicuntur, quia vnius petitione, plures res censentur simul peti, etiam si nominatim singula non exprimentur, ut constat ex l. item videndum. §. finali. & l. sequenti. ff. de pet. hered. & l. 1. ff. de fideicommissis. non tenetur etiam, ratione iniustæ acceptionis, quia possessor erat bonæ fidei, cum illam vendidit emptori suo, non enim accepit illam cum mala fide à latrone, qui eam sibi prius vendidit, sed bona fide emit, & bona fide postea vendit.

Dixi in foro conscientia; quia in foro externo, ait Nauarrus in summa Hispanica dicto cap. 17. n. 8. teneri hunc venditorem suo emptori, de cuius tione, & ita in foro externo cogendum prædictum venditorem esse ad reddendam emptori totum pretium, si res ab eo euicta fuerit in iudicio; non tenetur autem ad prædictam euictionem in foro conscientia, sed solum in foro externo, quia, cum vendidit, culpa liber fuit, nec dirior factus est; quæ bona fide non præsumitur in foro externo, contra euictionis naturam.

28. Secunda sententia docet, teneri huiusmodi venditorem bonæ fidei, rescindere contractum cum suo bonæ fidei emptore, reddendo ei pretium, & accipiendo ab eo rem, cum postea res aliena esse reperitur. ita docet Aragonius 2. 2. quæst. 62. art. 6. dub. 1. col. 3. Salon ibi, eodem art. 6. controversia 2. Petrus Nauarra lib. 3. de rest. cap. 4. in noua edit. part. 3. dub. 5. n. 163. Sayrus in Clauis Regia lib. 10. tract. 2. cap. 1. num. 13. patet ex l. ex empto. ff. de actionibus empt. & ex l. sed ubi 16. ff. de minoribus. ibi, Sed ubi restitutio datur, posterior emptor reuertitur ad auctorem suum poterit, per plures quoque personas, si emptio ambulauerit, idem iuris erit. Probatur, primo, quia huiusmodi emptor solum negotium habuit, & contractum tantum fecit cum suo venditore bonæ fidei, à quo emit; ergo cum illo solum potest agere ad rescissionem contractus; ergo venditor tenetur ei, in foro conscientia, reddere suum pretium, & ab eo accipere rem, quam ei vendidit; quare, si nequiverit, non poterit iste emptor obligari ad accipiendam cessionem actionis in suam, aut alium anteriorem venditorem acceptare, sed potest cogere suum immediatum venditorem, cum quo tantum contraxit ad soluendum sibi suum pretium, & totum suum interesse, & ad accipiendam rem, quam sibi vendidit. Secundo, quia venditor bonæ fidei eam ei rem vendidit, quam putabat esse suam, vendidit eam emptori titulo dominij, quod in ea se putabat habere; qui autem titulo dominij, rem alteri vendit, tenetur ei rem venditam facere omnino bonam, & securam, ut optime explicat Molina tom. 2. de iust. disp. 38. colum. 19. vers. superest. explicemus.

29. Tertia sententia, quæ est probabilior, idcircoque illi adhaeremus, magis accedit ad istam secundam, quam ad primam; docet, si periculum sit, quod ad notitiam domini veniet, rem illam esse suam, & quod euincenda sit ab ipso domino, teneri bonæ fidei venditorem, pretium emptori suo restituere, & emptorem illi rem reddere, reque recuperata, & rescisso contractu, teneri rem alienam

domino restituere. Si autem istud periculum damni absit, liberum esse venditorem ab hac obligatione: hanc tenent Sancius lib. 2. summa. cap. 23. num. 18. Molina tom. 3. part. 2. disp. 721. n. 6. conclus. 3. num. 7. & 10. & tom. 2. de iust. disp. 380. col. 4. vers. Quando venditor. Sed hic obscure, priori loco clarè, & manifestè. Sorus lib. 4. de iust. quæst. 7. art. 2. col. 5. Martinus de Ledesma 2. part. 4. quæst. 18. art. 6. col. 4. Valentia 2. 2. disp. 5. quæst. 6. puncto 3. ad finem. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 5. num. 26. in uelto num. 29. Rebellus 2. part. lib. 9. quæst. 18. sect. 1. num. 12. & 13. Veiga tom. 1. summa. cap. 60. casu 14. & 15. Toletus lib. 5. summa. cap. 17. num. 8. ubi ait, teneri hunc venditorem, suum emptorem seruare indemnem, & ei suum pretium restituere, si fortè res ab eo ablata, seu euicta fuerit; idem docet etiam Mercado, quasi eisdem verbis Toleti lib. 6. de contractibus, cap. 14. ad finem. idem etiam Banhes 2. 2. quæst. 60. dub. 2. conclus. 1. Nec probatione eget, probata enim satis manet ex fundamentis secundæ sententia. Fundamenta autem primæ sententia, satis soluta manet ex fundamentis secundæ, & tertiæ.

Quod si quaeras, an si venditor iste bonæ fidei, postea sciat, rem esse alienam, id ignorante emptore, teneatur dominum rei, aut emptorem suum admonere? Sic distinguem: si illi damnum imminet ex ea admonitione, quia non poterit ab eo, à quo illam etiam bona fide emit, pretium recuperare, quod ei pro ea rem bona fide dedit, neutrum tenetur admonere; si verò absque suo damno, possit admonere, tenetur ex charitate tantum, non ex iustitia, vtrumque monere; quia cum bona fide emerit, & bona fide vendiderit, non tenetur eam iacturam sui pretij pati; charitas enim non obligat cum tanto damno, dispendioque proprio: ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 5. num. 30. & Sancius allegatus num. 20. Similiter dicendum est, teneri ex charitate, commonefacere latronem; seu primum malæ fidei possessorem, & in defectum illius, omnes post illum sequentes, ut integrant restitutionem faciant domino rei, & curare, ut id exequatur, adhibendo omnia media necessaria, quæ omnes alij ex charitate, adhibere tenentur, ut optime docet Molina tom. 3. de iust. part. 2. disp. 721. num. 1. modò sit spes, ut illi restituant, nec id ei periculum sit amittendi suum pretium, ut dictum manet.

Diximus de obligatione, quam habet venditor bonæ fidei, si sciat postea, rem esse alienam. Nunc dicemus de obligatione emptoris bonæ fidei, si id postea sciat. Et in primis inquirimus, an, si emptor hic posterior sciens, postquam rem bona fide emit, illam esse alienam, ideoque illam vero domino restituat, non admonendo prius suum venditorem, qui similiter bona fide vendidit, teneatur venditor illi pretium restituere? Et est quinta quæstio sub titulo huius capituli comprehensa. Cui respondet Lessius statim citandus & si ex ea restitutione accelerata, damnum aliquod venditor incurrit, non valens recuperare pretium illius, quod pro illa dedit, cum illam etiam emit, quod sine dubio recuperaret, si prius admoneretur, teneri ex iustitia, pretium illi refundere, ac restituere; quia reddendo domino rem suam, in causa fait, cur venditor pretium suum non recuperaret, cum possit illud recuperare, & sic causam damni dedit efficacem, & qui alteri causa efficax est damni, illud ei tenetur restituere, maxime, quia hic nullam causam habuit eum excusantem à tali admonitione facienda. ita Lessius dicto tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 5. n. 28.

Dices; solum tenebatur ex charitate, eam admonitionem facere; ob peccatum autem contra charitatem commissum, non resultat obligatio restituendi ex iustitia. Respondet Lessius, id verum esse, quando non precessit contractus, & obligatio ex iustitia, ex qua ista obligatio charitatis resultat; hic autem precessit prefatus contractus, & obligatio iustitiae; ut patet. At melius responderet Sancius *lib. 2. summa in Decalogum, cap. 23. num. 21.* non teneri ex iustitia, pretium illi restituere, quia non tenebatur ex iustitia, illum admonere, sed solum ex charitate, & sic non peccavit contra iustitiam, non admonendo, cum facile possit admonere, sed contra charitatem, ideoque non fuit ei causa efficiens damni iniusta, & iniuriosa cum in ea negligentia non offenderit iustitiam presens, sed lato modo, offendendo charitatem, quae est fundamentum iustitiae; quare non offendit iustitiam formaliter, sed materialiter in suo fundamento; ideoque non video, cur lege iustitiae, teneretur admonere prius suum venditorem, quando ille posset suum pretium recuperare; lege enim iustitiae, patefacta postea veritate, tenebatur rem domino suo restituere, ut bene animadvertit Sancius allegatus.

32. Quinta questio in huius capituli titulo comprehensa, est, an qui emit bona fide rem falsam pro vera, v. c. vitrum pro gemma, crystallum pro margarita, aurichalcum pro auro; & eadem bona fide eam vendidit pro eodem pretio, quo emit; teneatur postea, comparante domino, eam ei restituere, secundum pretium, quo emit, & vendidit, an secundum pretium, quod habebat in se? Ad questum, ut hic iacet, respondeo restitutionem esse faciendam secundum pretium, quo emit, & vendidit. Ratio est; quia nec in emptione, nec in venditione, cum bona fide facta fuerit, intercessit peccatum aliquod, neque contra iustitiam, neque contra charitatem. Vbi autem non intercessit peccatum, non datur ratio restitutionis; durum enim admodum esset, obligare aliquem ad restitutionem, in conscientiae foro pro actione aliqua, in qua nec mortaliter, nec venialiter, contra iustitiam, imò neque contra charitatem, peccavit.

Ad alias quaestiones, quae hic solent excitari, respondeo, illum, qui emendo aliquid, pro illo dedit monetam adulterinam aurichalci, bona fide, putando, esse aurum, teneri postea in conscientia, dare bonam monetam, aut rescindere contractum; ut docet Sotus *lib. 4. de iust. quest. 7. art. 2. colum. 6. Ledesma 2. part. 4. quest. 18. art. 6. Rebellus de iust. part. 2. lib. 9. quest. 18. sect. 1. num. 12. Lessius tom. 1. de iust. cap. 14. dub. 5. num. 26. Aragonius 2. 2. quest. 62. art. 6. dub. 2. Salon. ibi controversia 2. & ibi Basios dub. 2.* Et ratio est, primo, quia tenetur reddere indemnem ex ipso contractu, suum venditorem; est enim contractus, utrinque de iustitia obligatorius, & onerosus; & sicut in foro conscientiae, venditor tenebatur dare veram rem, & non falsam, indemnemque reddere suum emptorem; ita emptor tenetur etiam reddere venditorem indemnem, prefato modo. Secundo, quia ille, qui bona fide emit rem minori iusto pretio, & ille, qui vendidit etiam rem maiori eodem iusto pretio, tenentur damnum excessus, sibi adinvicem restituere, reducendo contractum ad aequalitatem, aut rescindendo illum, ut omnes faterentur; ergo similiter, qui emendo aliquid, dedit pro illo monetam falsam, putando bona fide, esse veram, tenebitur postea dare bonam monetam, aut rescindere contractum. Optio autem refectionis, aut rescisionis, datur decepto. Nam quod ipse se deceperit, putan-

do, monetam esse veram, nullum ei ius tribuit, ut postea non resciat contractum, & emendet errorem, dando bonam, ut optime animadvertit Sancius *tom. 1. summa Decalog. lib. 2. cap. 23. num. 23.*

33. Grauis est sexta questio inquisita, & contenta sub titulo huius capituli. Illa autem est, qualiter emptores, & possessores bonae fidei, teneantur ad restituendos fructus rei emptae, & possessae, durante bona fide, perceptos? Et in primis animadverto, hanc quaestionem in utroque foro procedere, tam poli, quam soli. nam licet Angelus *in summ. verb. fructus, num. 1.* & ibi Sylvester *quest. 1. num. 2. Tabiena in summa verb. restitutio, quest. 11. num. 12. Armilla ibi, num. 24. Petrus Navarra lib. 3. de rest. cap. 4. in noua edit. part. 3. dub. 3. num. 131. Ludouicus Lopez tom. 1. instr. conscientiae. cap. 236. col. 2. versic. sed iam his praemissis*, existiment, rationes, quae militant in hoc negotio pro foro interno, non militare semper in foro externo, diuersumque iudicium esse faciendum in vno, atque in altero foro. Dicendum tamen est, idem prorsus censendum esse in utroque foro, quoad hanc obligationem, vel de obligationem restituendi fructus; quia leges, quae de his fructibus acquirendis, aut non acquirendis, agunt, iustissimae sunt, nec praesumptioni innituntur, sed iustissimae directioni in futurum: quando verò forum externum non fundatur in falsa praesumptione, sed in mera aequitate naturali; idem est in utroque foro omnino seruandum, ut docet Couarruias *ad reg. peccatum 3. part. initio. num. 1. versic. sed tamen. Vasquez 1. 2. quest. 69. art. 5. disp. 172. cap. 1. num. 2. Soares tom. 5. in 3. partem D. Thoma, disp. 40. sect. 5. num. 16. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 18. num. 166. Bal. 5. in Authent. Ingressi, num. 49. C. de sacros. Ec. lej. & late, ac doctè Sancius tom. 1. lib. 1. Decalog. cap. 10. num. 11.*

34. His animaduersionibus, questio grauissima est, an possessor bonae fidei faciat fructus suos, siue naturales, siue industriales, durante bona fide, perceptos; an teneatur eos restituere domino rei postea comparanti, cum ipsa re? Et in hoc puncto variae sunt sententiae.

Prima docet, praedictum possessorem bonae fidei, facere omnes fructus suos iam consumptos, (nam de fructibus extantibus, clarum est, & conueniunt omnes, illos esse restituendos cum re, comparanti domino rei,) tam naturales, quam industriales, & non teneri eos restituere, quando ex contractu, & titulo oneroso, eos acquisiuit; secus, quando ex titulo gratuito, & lucratiuo, ut ex donatione liberali, tunc enim, (ait) solum industriales consumptos lucratur, & naturales tantummodo tenetur restituere, quatenus ex illis factus est ditior: hanc opinionem tenet Curtius Barginensis *lib. 2. coniectur. cap. 44. Loriothus de fructibus axioma 47. & 48.* & dicit non esse improbabilem. Rebellus *de iust. 1. part. lib. 2. quest. 4. num. 9.* Confirmatur haec opinio ex *l. bone fidei 48. ff. de acquirendo rerum dominio, ibi, Bona fidei emptor non dubiè percipiendo fructus, etiam ex aliena re, suos interim facit, non tantum eos, qui diligentia, & opera eius prouenerunt, sed omnes, quia quoad fructus attinet, loco domini penè est.* Fundamentum huius sententiae, est, quia ratio naturalis suadet hanc differentiam; longè enim diuersa ratio est, inter fructus consumptos bona fide, ex re donata, & ex re aliena, bona fide empti; siquidem eodem pretio posset emptor ille emere aliam rem non vitiosam, sibi fructus afferentem; nec aequitas patitur, ut ementi, ac possidenti bona fide, cesset potius lucrum, quam domino rei, cum melior sit conditio possidentis bonae fidei.

Secunda

35. Secunda ait, hunc possessorem bonæ fidei, teneri in foro conscientiæ, restituere omnes fructus naturales extantes; consumptos verò, quatenus ex illis factus est locupletior: industriales autem teneri omnes restituere deductis labore, & expensis. hanc docet Petrus Navarra *lib. 3. de rest. cap. 4. in noua editione. part. 3. dubio 3. num. 15*. Ratio illius, est, quia res, quæ fructificat, domino suo fructificat; quare fructus industriales, deductis expensis, & labore, eius esse debent, qui est dominus rei.
36. Tertia asserit, inspecto foro conscientiæ, nullum esse discrimen inter possessorem bonæ, & malæ fidei, quoad fructus naturales consumptos, & utrumque teneri eos integrè restituere, & solum esse discrimen, inter illos fructus, qui, adhibita diligentia debita, percipi poterant, quia à restitutione illorum, excusatur possessor bonæ fidei, eò quòd absque culpa, illos consumpserit; non autem possessor malæ fidei, eò quòd in culpa fuerit, illos absumendo. hanc sequitur Tabiena *in summa. verb. Restitutio. quest. 11. num. 12. & verb. Fructum. quest. 12. num. 23. Armilla verb. Restitutio. num. 24*
37. Quarta sententia tenet, possessorem bonæ fidei, efficere fructus suos industriales, & non teneri absumptos restituere, nisi, quatenus factus est ditior ex illis; naturales verò teneri restituere, & suos non facere. eam defendunt glossa *in c. graui. verb. Fructus de rest. spoliator. Natta conf. 536. n. 16. vol. 3. Copus de fructibus. lib. 2. tit. 4. de fructibus, qui in singularum rer. pet. veniunt. cap. 6. num. 3. Rebelus de iust. part. 1. lib. 2. quest. 4. num. 8. conclus. 2. iuncto. num. 11. concl. 4. Menochius de recup. possessione. remedio 15. num. 580. iuncto num. 581. sine, & num. 593. & magnum præsidium habet hæc opinio in *l. fructus percipiendo 45. ff. de usuris*, ibi, *Fructus percipiendo vxor, vel vir ex re sibi donata, suos facit illos tantum, quos operis acquisierit, veluti serendo: nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, non sit eius, sicut nec cuiuslibet bona fidei possessoris, quia non ex facto eius, in fructus nascitur.* Imò Natta cum multis, quos allegat, expressè asserit, nullum bonæ fidei possessorem facere fructus naturales suos, quamuis titulum habeat. Confirmatur hæc opinio ex *§. si quis à non domino. Instit. de rerum diuisione*. Dum enim ait, possessorem bonæ fidei facere fructus suos, statim addit, *pro cultura, & cura*; quæ verba solum de fructibus industrialibus intelligi possunt; & malè possunt accommodari fructibus naturalibus, cum in eis, nulla, aut modica cultura, aut industria ponatur.*
38. Quinta, & vltima sententia docet, possessorem bonæ fidei, siue titulum habeat, siue non habeat, efficere fructus suos industriales, naturales verò, solum, quando titulum habeat. hanc sententiam sequitur Bartolus *in l. ex diuerso 36. in princ. num. 1. ff. de rei vindicat. Garcia de expensis. cap. 23. num. 3. ff. de rei vindicat. Spino speculo testam. glossa 3. principali. num. 50. & 51. Picard. §. si quis à non domino. Instit. de rerum diuisione. num. 13. & 14. Antonius in cap. grauis. de rest. spoliator. num. 12. Abbas ibi, num. 4. Ancharranus num. 8. Imola num. 12. Berous n. 23. & 26. & alij.*
- Hæc sententia habet duas partes. Prior est, possessor bonæ fidei, siue titulum habeat, siue non habeat, omnes fructus industriales, suos facere. hæc satis probata manet, ex omnibus sententiis relatis (si secundam Petri Navarra excipias) omnes enim fatentur, fructus industriales, esse possessoris bonæ fidei, & non teneri illos restituere, si non ex-

tant, & bona fide consumpti sunt; secus, si extant, quia tunc restituendi sunt, deductis expensis, æstimationeque laboris, & æstimatione industriæ, vt infra explicabimus. Posterior est, fructus naturales solum pertinere ad possessorem bonæ fidei, quando titulum habeat. Et verò hæc posterior pars satis patet ex *l. bona fidei emptor 48. ff. de acquirendo rer. dominio. ibi, Bona fidei emptor non dubiè, percipiendo fructus, etiam ex aliena re, suos interim facit, non tantum eos, qui diligentia, & opera eius perueniunt, sed omnes, quia, quoad fructus attrinet, loco domini penè est.* Vbi verbum illud, *interim*, significat interim, dum est in bona fide; & dictio illa, *omnes*, intelligitur de omnibus fructibus, tam intelligitur de omnibus fructibus, tam industrialibus, quàm naturalibus, modò, quoad naturales, titulum ipse possessor bonæ fidei, habeat. Nam solutio Authorum præcedentis sententiæ, qui asserunt, non facere illum fructus naturales suos, siue titulum habeat, siue non habeat, in qua explicant, verbum illud, *omnes*, referendum esse ad fructus industriales, quasi dicant, ad illum pertinere omnes fructus industriales, id est, tam collectos ex sua propria diligentia, & industria, quàm ex industria, opera, & diligentia aliorum; ita quòd verbum, *omnes*, referatur potius ad personas operantes, quàm ipsos fructus, tam naturales, quàm industriales, non quadrat; neque enim talis sensus intendit vnquam Iuriconsultus, cum de vtriusque fructibus semper, tam industrialibus, quàm naturalibus, loquatur; ac proinde dictio illa, *omnes*, vniuersalis cum sit, non potest ad solos fructus industriales referri, eò, vel maximè, quia ille ibi de omnibus fructibus loquebatur, tam industrialibus, quàm naturalibus.

Et quamuis Iuriconsultus ibi nullam tituli mentionem faciat; tamen, cum textus loquatur de emptore, qui titulum emptionis habebat, satis indicauit, sermonem ibi esse de habente titulum, satisque ostendit, ad faciendos fructus naturales suos, titulum requiri, & clariùs id ostendit in *l. fructus percipiendo 45. ff. de usuris*. vbi ipse Iuriconsultus loquens de fructibus naturalibus, ait, eos vxoris non fieri, si ex rebus sibi à viro donatis, percipiantur. ibi, *Fructus percipiendo vxor, vel vir ex re sibi donata* (intellige donata vxori à viro, vel viro ab vxore) *suos facit illos tantum, quos operis, id est, industria acquisierit, veluti serendo: nam, si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit* (hoc est, nam si naturales sint, veluti poma, & non industria acquisiti,) *non sit eius, sicuti cuiuslibet bona fidei possessoris, quia non ex facto eius in fructus nascitur.* Vbi loquens Iuriconsultus de fructibus naturalibus dicit, eos vxoris non fieri, si ex rebus sibi donatis à viro, percipiantur; quia donatio inter virum, & vxorem, in iure prohibetur. Et statim addit, *sicuti cuiuslibet bona fidei possessoris*. Vbi siste, & pondera, non dixisse, *sicuti*, nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris; nam, si hoc dixisset, & illud, *nec*, ibi intromisisset, sine dubio excludet omnes bonæ fidei possessores, tam habentes, quàm non habentes titulum; sed dixisse, *sicuti cuiuslibet bona fidei possessoris*, ad significandum, non omnes bonæ fidei possessores facere suos fructus naturales, sed aliquos bonæ fidei possessores, illos suos facere: nempe illos tantum, qui præter bonam fidem, titulum habent; sicuti, cum dicimus, non est cuiuslibet, adire Corinthum, non significamus, nullum esse, sed non omnium; esse tamen aliquorum.

Nec obstat, quòd Iuriconsultus ibi dicat, vxorem non facere fructus naturalis suos ex re sibi donata à marito, cum tamen illa titulum donationis habeat,

habeat, quia, cum donatio inter coniuges, sit à iure prohibita, titulus ille erat illegitimus, & à iure reprobatus, & habitus pro non titulo, nec colorato quidem, quia bona fides, quæ in facto, hoc est, in dictamine propriæ conscientiæ, consistit, neque limites facti transgredi, & se extendere ad ea, quæ sunt prohibita à iure; at verò titulo comitata, cum habeat facti, & iuris præsidium, satis est ad fructus, etiam naturales, comparandos, & sic ex vera explicatione huius textus, quam tradidimus modò, manet vltima hæc sententia, cui, tanquam verosimiliori, adhæreo, probata, & confirmata.

40. Sed hæc iam emergit quædam difficultas non exigua, circa fructus industriales bonæ fidei consumptos. Ea est, an possessor bonæ fidei, teneatur ex illis restituere id, in quo factus est ditior? Et in hac re, partita est opinio.

Prima negat; fundatur hæc opinio, quia iura absolutè dicunt, possessores bonæ fidei, omnes fructus industriales, suos facere, & absolutè illis tribuunt dominium illorum, & ubi leges, & iura non distinguunt, nec nos distinguere debemus; sed hæc ratio, si vera est, multum conuincit, conuincit enim, nec extantes fructus, si industriales sint, teneri bonæ fidei possessores, restituere, deductis expensis, & labore. Fundatur etiam, quia in huiusmodi bonæ fidei possessoribus, duæ causæ legitimæ acquisitionis dominij super fructus industriales, concurrunt. *Prima*, est propria industria, & diligentia in eis serendis, & colligendis posita, & ideo fructus industriales, seu industriæ, & non reales, hoc est, rei, dicuntur; quare, cum sint industriales, toti ad personas, ex quarum industria prouenerunt, pertinebunt. *Secunda* est, illorum consumptio, quæ consumptio efficit dominium istorum fructuum, irrevocabile: nam cultura, & collectio illorum, dum fructus extant, operantur acquisitionem dominij irrevocabilis; consumptio autem operatur dominij irrevocabilitatem; unde fit, ut ratione culturæ, seu industriæ, & ratione contumptionis, ac bonæ fidei, eos plenè, & irrevocabiliter possessor bonæ fidei acquirat, ita, ut consumptos non teneatur restituere, quamuis, ratione illorum, auctum sit patrimonium consumptis, extantes verò tenentur, deductis expensis in eis serendis, & colligendis, factis, deductoque valore industriæ, & laboris; quod est iuxta æquitatem, ac rationem naturalem; & ideo ex his duobus fundamentis, hanc opinionem sustinent glossa §. *si quis à non domino. verb. Non potest. Institut. de rerum divisione.* & in l. *ex diuerso 36. in princ. verb. Non habendam. ff. de rei vindicat.* & glossa in cap. *grauis. verb. fructus. ff. de rest. spoliator.* Anton. *ibi. num. 12.* Cardinalis *u. uniu. co. Inola num. 4. & 12.* Berous *num. 29. & 30.* Baldus in l. *1. num. 13. vers. Oppono, nam uno, C. de usuris. & fruct. legator.* Capolla *conf. 25. num. 9. tom. 1.* Curtius senior *conf. 71. num. 15. col. penult. vers. Quia ad ista.* Curtius iunior *conf. 6. n. 26. & conf. 66. vol. 1.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 2. num. 10.* Ioannes Garcia *de expensis, cap. 23. n. 40. in fine,* & alij.

41. *Secunda* affirmat, & hanc teneo; quia est magis consentanea iuri communi; *Primo*, quia sicut pingens bona fide in tabula aliena, quamuis fiat dominus rei pictæ, cedente tabula (quæ vilior est) picturæ pretiosiori, ut expressè habetur §. *si quis in aliena tabula. Inst. de rer. divisione.* Dominium tamen hoc non deobligat pictorem à restituenda tabula domino suo, eo quod sit in pretio tabulæ, factus ditior; similiter igitur, quamuis natura concurrans ad fructus ex re aliena perceptos,

cedat industriæ, quæ præualeat; tenebitur tamen horum fructuum industrialium perceptor, restituere domino rei, id, in quo, ex illorum consumptione, factus est locupletior. *Deinde*, quia in iudiciis vniuersalibus, ut in petitione hæreditatis, dotis, patrimonij, &c. fatentur omnes, tenei huiusmodi possessorem bonæ fidei, ex fructibus industrialibus iam consumptis, restituere id, in quo factus est ditior, quando bona fidei putabat, hæreditatem illam, dotemque, suam esse, sibi que pertinere; ut constat ex l. *item veniunt 20. §. fructus. ff. de petit. hæredit.* Ergo similiter in nostro casu, id, in quo possessor bonæ fidei, & fructibus industrialibus collectis ex re aliena, quam bona fide possidebat, putans, esse suam, licet industria vincat, terraque cedat industriæ, tenebitur prædictos fructus restituere, quatenus ex illis pinguior factus est. *Tertio*, quia nulla æquitas humana, aut naturalis ratio patitur, quempiam locupletari, & patrimonium suum augere ex re aliena, & cum iactura aliena, iuxta *reg. locupletari 48. de reg. iuris. in 6. & reg. iure natura 206. ff. eodem tit.* Ergo non est cogendus dominus rei, ut id, in quo possessor bonæ fidei, factus est ditior ex re sua, & extat in patrimonio ipsius possessoris, perdat; & ex his fundamentis, hanc opinionem defendit Innocentius in cap. *in literis. num. 1. vers. simul si autem, de rest. spoliat.* Bartolus in l. *ex diuerso 36. in princ. num. 7. & 8. ff. de rei vindicat.* Abbas in cap. *grauis. num. 6. de rest. spoliat.* Ancharranus *ibi. num. 9.* Matthæus de Afflictis *decis. Neapolit. 240. num. 4.* Toletus *lib. 5. summa. cap. 17. num. 9. & 10.* Molina *tom. 2. de iustitia, disp. 569. col. 4. versic. quando aliquid, & tom. 3. par. 2. disp. 718. n. 1. & 719. n. 4.* Menochius *de recuper. possessione, remedio 15. n. 598.* Cardinalis Tusch. in *summa. conclus. tom. 4. conclus. 490. num. 4.* Caietanus in *summa. verb. Rest. cap. 1. ad finem. vers. & hac ideo. & 2. 2. quest. 62. art. 6. col. 2. vers. Ad euidentiã huius.* Syluester *verb. Fructus. quest. 1. num. 2.* Rodriguez *tom. 2. summa, cap. 42. num. 1.* Saytus in *Clauis Reg. lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 2.* Rebellus *1. part. lib. 2. quest. 4. num. 10. & 11.* Valquez *1. 2. q. 96. art. 5. disp. 172. cap. 1. num. 3.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 2. n. 9. & 10.*

42. Quod verum est, quamuis fructus illi ad quemcumque deuenierint possessorem, quia cum ipse bonæ fidei possessor, qui ex re aliena factus est ditior, nequeat in alterum transferre ex illis, plus iuris, quam ipse in re habeat, iuxta *reg. Nemo plus, de regulis iuru in 6. & iuxta l. traditio 20. ff. eodem tit.* & dominium possessoris bonæ fidei in fructus extantes, sit reuocabile, & restitutioni obnoxium, extetque, quoad id, in quo factus est ditior, in illius patrimonio aliquid incorporatum, ex illis; sequitur *primò*, ut ille teneatur illud restituere, quamuis reliquos in alios possessores transtulerit; sequitur etiam possessores illos, ad quos prædicti fructus translati fuerint, quicumque illi sint, teneri fructus illos apud se extantes, domino rei, consumptos autem, quatenus locupletiores euaserint, restituere; sicut tenebatur, qui eos ad illos bona fidei transtulit. deducenda tamen sunt expensæ in fructibus illis industrialibus colligendis, & serendis factæ, valorque industriæ, & laboris impensæ ab ipso bonæ fidei possessore; ut optime docet Angelus in *summa. verb. Fructus. num. 2.* Molina *tom. 3. de iustitia, part. 2. disp. 719. num. 4.* Rebellus *de iustitia, part. 1. lib. 2. quest. 8. num. 4.* Sotus *lib. 4. de iustitia, quest. 7. art. 2. col. 4.* Mercado *lib. 6. de contractibus cap. 14. §. Cerca de los frutos.* Martinus de

nec amplius, quàm expensum est, tenetur dominus rei restituere possessori bonæ fidei, qui illas fecit, etiamsi valor rei, qui, ratione illarum, domino accretuit, illas longè excedat; quia illud incrementum valoris rei, qui, ratione illarum, crevit, cum sit valor ipsius rei, & res habeat dominum, domino cedit, non possessori bonæ fidei expensas facienti: Si autem prædictæ expensæ factæ à possessore bonæ fidei, minus augeant valoris in ipsa re, quàm expensæ restituentur, tenetur dominus rei ad solas expensas, non in se sumptas, sed, quatenus rem auxerint, nec hoc damnum compensare tenebitur illas facienti, solum enim illas ei tenetur solvere, pro ratione augmenti valoris ipsius rei, ut patet ex *l. in fundo. ff. de rei vindicat. & utrumque docent Rebellus de iustit. part. 1. lib. 8. quest. 8. num. 1. & Sancius dict. l. d. 2. cap. 23. num. 147. in summa Decalog.*

52. Tenetur quoque possessor bonæ fidei, restituere fructus extantes collectos ex maioratione per ipsum facta, & consumptos, quatenus ex eis factus est ditior; sic latè probat Barboza in *l. diuortio. §. finali. num. 52. ff. soluto matrimonio*, præsertim Sancius allegatus. Fructus verò iam consumptos, ex quibus non est factus ditior, tenetur possessor bonæ fidei, cum meliorationibus compensare, etiamsi pretium meliorationum excedat fructus collectos; & id, quod deest, soluendum est possessori bonæ fidei; è contrario autem, si fructus excedant pretium meliorationum, tenetur de solis fructibus extantibus, & de consumptis, quatenus locupletior factus num. 42. & §. 1. in fine.

CAPVT XXVII.

Utrum ex circumstantia loci, & temporis, licita, vel illicita, valida, vel inualida sit venditio, & an reddatur illicita, quòd res carius alienigenis, quàm incolis, vendantur?

1. Qua res, ratione loci, in quo sunt, reddantur illicitæ.
2. Sacrilegium est de necessitate confessionis, res venales vendere in Ecclesia, tanquam in foro publico.
3. Pacta, & contractus venditionis, ad breue tempus, in Ecclesia fieri possunt, absque peccato mortali, sed cum veniali. Confabulari, & deambulare in Ecclesia, quod nam peccatum sit. ibid.
4. Vendere candelas in Ecclesia, & alia ad cultum diuinum spectantia, an sit peccatum.
5. Perinuria, & mendacia commissa in emptionibus, & venditionibus, animo fallendi, & vendendi ultra iustum pretium rigorosum, quatenus sint mortalia; & an ad restitutionem obligent.
6. Peccat quis lethiferè, si ex in ordinato affectu lucrandi, paratus est, diuina præcepta violare.
7. Quatenus actus iudiciales facti in Ecclesijs, vel cæmeterijs, tam ciuiles, quàm Ecclesiastici, reddantur illiciti, & inualidi, & num. 9.
8. Quare ibi sint prohiberi, cum sint opera virtutis. ibid.
9. An saltem actus iudiciales Ecclesiastici, sint liciti, & validi, si in Ecclesia fiant, & num. 10.

11. Actus Ecclesiastica iurisdictionis voluntaria, ut seruum manumittere, emancipare, adoptare, restitutum facere, gradum Doctoratus accipere, in Ecclesia fieri licitè possunt. Secus de actibus iurisdictionis contentiose. ibid.
12. Conuentus ciuiles, comitia, & parlamenta, quatenus in templis licitè possint fieri.
13. Actus iudicij secularis in Ecclesia facti, sunt illiciti, & inualidi. Idem de actibus Ecclesiasticis; quidquid alij dicant, esse illicitos, sed validos.
14. Contractus in Ecclesia facti, sunt validi.
15. Vendere res carius alienigenis, è quòd sint alienigena, quàm incolis, est illicitum, cum obligatione restituendi.
16. Quid, si ad locum aliquem accedant multi alienigena in classe aliqua nauali, anidi emendi. Quid, quando ad insulas Terceiras appellunt classes Hispania, ex nouo orbe. ibid.

Hæc quaestio, est valdè ordinaria, & ab omnibus authoribus tractari solet, idèd illam etiam hîc tractamus, quamuis in primo Ecclesiæ præcepto, iam à nobis tractata fuerit; sed ne per incuriam, illam omisisse videamur, breuiter illam hîc percurremus: nam multa de se licita sunt, quæ tamen, ex circumstantia, & ratione loci sacri, Ecclesiæque, in qua fiunt, redduntur illicita, ut vendere, & emere, comedere, & conuiuia facere, actus iudicij conuentus ciuiles, comitia, & parliamenta facere. Hic ergo solum agemus de emptione, & venditione, ex instituto; de alijs actibus, obiter, & per accidens aliquid attingemus.

Statuo ergo primò. Sacrilegium est mortiferum, de necessitate confessionis, res venales ad Ecclesiam, locumque sacrum, asportare, ut ibi, tanquam in foro publico, vendantur. Ita docet D. Thomas 1. ad Corinth. 2. ibi, super illud, *Nunquid domos non habetis ad manducandum? Non enim est licitum, domum Dei, qua deputata est pro sacris usibus, communibus usibus applicare; unde & Dominus, Ioannis 2. eiecit vendentes, & ementes, de templo, dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur.* Colligitur ex D. Chrysostomo homil. 27. ex D. Ambrosio, explicante locum Apostoli, ex D. Hieronymo ad illa verba, *Aut Ecclesiam Dei contemnitis? ibi, Facientes eam, ait Hieronymus, triclinium epularum, patet exemplo Christi Domini, qui, Matth. 21. ementes, & vendentes, facto de funiculis flagello, de templo eiecit; quod mitissimus Dominus non faceret, si solum culpa venialis esset, docet Molina tom. 2. de iust. disp. 344 Syluester verb. immunitas 1. num. 3. quest. 2. in fine. Panormitanus in cap. cum Ecclesia, de immunit. Ecclesia. constat ex cap. relinqui, de custod. Eucharist. ubi summus Pont. prohibet, ne supellestilia in Ecclesijs admittantur, nisi in magna necessitate, propter incendia repentina, hostiles incursus, aut alias urgentes necessitates; & ex cap. decet, de immunit. Eccles. vers. ordinarij. & ex Concil. Trident. sess. 22. in Decreto de obseruandis, & vitandis in celebrat. Missarum. Vbi iubet inter alia, Prælati, ut omnes secularis actiones, deambulationes, & profana colloquia, strepitus, & clamores arceant ab Ecclesijs; probatur deinde, quia hæc omnia impediunt diuina officia, & Missarum celebrationem, & dedecet locum sanctum; ut de se patet.*

Statuo secundò. Quando in Ecclesia solum fierent pacta, & contractus emptionis, & venditionis, ad breue tempus, & res existerent extra Ecclesiam,

nec amplius, quàm expensum est, tenetur dominus rei restituere possessori bonæ fidei, qui illas fecit, etiamsi valor rei, qui, ratione illarum, domino accretuit, illas longè excedat; quia illud incrementum valoris rei, qui, ratione illarum, crevit, cum sit valor ipsius rei, & res habeat dominum, domino cedit, non possessori bonæ fidei expensas facienti: Si autem prædictæ expensæ factæ à possessore bonæ fidei, minus augeant valoris in ipsa re, quàm expensæ restituentur, tenetur dominus rei ad solas expensas, non in se sumptas, sed, quatenus rem auxerint, nec hoc damnum compensare tenebitur illas facienti, solum enim illas ei tenetur solvere, pro ratione augmenti valoris ipsius rei, ut patet ex *l. in fundo. ff. de rei vindicat. & vtrumque docent Rebellus de iustit. part. 1. lib. 8. quest. 8. num. 1. & Sancius dict. l. d. 2. cap. 23. num. 147. in summa Decalog.*

52. Tenetur quoque possessor bonæ fidei, restituere fructus extantes collectos ex maioratione per ipsum facta, & consumptos, quatenus ex eis factus est ditior; sic latè probat Barboza in *l. diuortio. §. finali. num. 52. ff. soluto matrimonio*, præsertim Sancius allegatus. Fructus verò iam consumptos, ex quibus non est factus ditior, tenetur possessor bonæ fidei, cum meliorationibus compensare, etiamsi pretium meliorationum excedat fructus collectos; & id, quod deest, soluendum est possessori bonæ fidei; è contrario autem, si fructus excedant pretium meliorationum, tenetur de solis fructibus extantibus, & de consumptis, quatenus locupletior factus num. 42. & §. 1. in fine.

CAPVT XXVII.

Vtrum ex circumstantia loci, & temporis, licita, vel illicita, valida, vel inualida sit venditio, & an reddatur illicita, quòd res carius alienigenis, quàm incolis, vendantur?

1. Qua res, ratione loci, in quo sunt, reddantur illicitæ.
2. Sacrilegium est de necessitate confessionis, res venales vendere in Ecclesia, tanquam in foro publico.
3. Pacta, & contractus venditionis, ad breue tempus, in Ecclesia fieri possunt, absque peccato mortali, sed cum veniali. Confabulari, & deambulare in Ecclesia, quod nam peccatum sit. ibid.
4. Vendere candelas in Ecclesia, & alia ad cultum diuinum spectantia, an sit peccatum.
5. Perinuria, & mendacia commissa in emptionibus, & venditionibus, animo fallendi, & vendendi ultra iustum pretium rigorosum, quatenus sint mortalia; & an ad restitutionem obligent.
6. Peccat quis lethiferè, si ex in ordinato affectu lucrandi, paratus est, diuina præcepta violare.
7. Quatenus actus iudiciales facti in Ecclesijs, vel cæmeterijs, tam ciuiles, quàm Ecclesiastici, reddantur illiciti, & inualidi, & num. 9.
8. Quare ibi sint prohiberi, cum sint opera virtutis. ibid.
9. An saltem actus iudiciales Ecclesiastici, sint liciti, & validi, si in Ecclesia fiant, & num. 10.

11. Actus Ecclesiastica iurisdictionis voluntaria, ut seruum manumittere, emancipare, adoptare, restitutum facere, gradum Doctoratus accipere, in Ecclesia fieri licitè possunt.

Secus de actibus iurisdictionis contentiose. ibid.

12. Conuentus ciuiles, comitia, & parlamenta, quatenus in templis licitè possint fieri.

13. Actus iudicij secularis in Ecclesia facti, sunt illiciti, & inualidi. Idem de actibus Ecclesiasticis; quidquid alij dicant, esse illicitos, sed validos.

14. Contractus in Ecclesia facti, sunt validi.

15. Vendere res carius alienigenis, è quòd sint alienigena, quàm incolis, est illicitum, cum obligatione restituendi.

16. Quid, si ad locum aliquem accedant multi alienigena in classe aliqua nauali, anidi emendi. Quid, quando ad insulas Terceiras appellunt classes Hispania, ex nouo orbe. ibid.

Hæc quaestio, est valdè ordinaria, & ab omnibus authoribus tractari solet, idèd illam etiam hîc tractamus, quamuis in primo Ecclesiæ præcepto, iam à nobis tractata fuerit; sed ne per incuriam, illam omisisse videamur, breuiter illam hîc percurremus: nam multa de se licita sunt, quæ tamen, ex circumstantia, & ratione loci sacri, Ecclesiæque, in qua fiunt, redduntur illicita, ut vendere, & emere, comedere, & conuiuia facere, actus iudicij conuentus ciuiles, comitia, & parliamenta facere. Hic ergo solum agemus de emptione, & venditione, ex instituto; de alijs actibus, obiter, & per accidens aliquid attingemus.

Statuo ergo primò. Sacrilegium est mortiferum, de necessitate confessionis, res venales ad Ecclesiam, locumque sacrum, asportare, ut ibi, tanquam in foro publico, vendantur. Ita docet D. Thomas 1. ad Corinth. 2. ibi, super illud, *Nunquid domos non habetis ad manducandum? Non enim est licitum, domum Dei, qua deputata est pro sacris vsibus, communibus vsibus applicare; unde & Dominus, Ioannis 2. eiecit vendentes, & ementes, de templo, dicens: Domus mea, domus orationis vocabitur.* Colligitur ex D. Chrysostomo homil. 27. ex D. Ambrosio, explicante locum Apostoli, ex D. Hieronymo ad illa verba, *Aut Ecclesiam Dei contemnitis? ibi, Facientes eam, ait Hieronymus, triclinium epularum, patet exemplo Christi Domini, qui, Matth. 21. ementes, & vendentes, facto de funiculis flagello, de templo eiecit; quod mitissimus Dominus non faceret, si solum culpa venialis esset, docet Molina tom. 2. de iust. disp. 344 Syluester verb. immunitas 1. num. 3. quest. 2. in fine. Panormitanus in cap. cum Ecclesia, de immunit. Ecclesie. constat ex cap. relinqui, de custod. Eucharist. vbi summus Pont. prohibet, ne supellestilia in Ecclesijs admittantur, nisi in magna necessitate, propter incendia repentina, hostiles incursus, aut alias vrgentes necessitates; & ex cap. decet, de immunit. Ecclesie. vers. ordinarij. & ex Concil. Trident. sess. 22. in Decreto de obseruandis, & vitandis in celebrat. Missarum. Vbi iubet inter alia, Prælati, ut omnes secularis actiones, deambulationes, & profana colloquia, strepitus, & clamores arceant ab Ecclesijs; probatur deinde, quia hæc omnia impediunt diuina officia, & Missarum celebrationem, & dedecet locum sanctum; ut de se patet.*

Statuo secundò. Quando in Ecclesia solum fierent pacta, & contractus emptionis, & venditionis, ad breue tempus, & res existentes extra Ecclesiam,

Ecclesiis fieri vetantur, & sic è contrario sensu videntur in eis Ecclesiastica admitti. Facit vltimò textus in *dilt. cap. cum in Ecclesia, hoc eod. titulo, de immunit. Ecclesia*, & in specie tenet glossa in *dilt. cap. qua fronte*.

10. In contrarium tamen est textus expressus in *dilt. cap. decet, vers. cessent, ibi, cessent fori cuiusquam tumultus*, quibus verbis excluduntur omnia iudicia, etiam Ecclesiastica, & omnes actus iudiciales Ecclesiastici, quia hi etiam strepitum iudiciale afferunt, officia diuina interturbant, & silentio, & deuotioni orantium, impedimento sunt, ac proinde pariunt eisdem effectus, propter quos, iudicia secularia ibi fieri prohibentur. Hæc sunt fundamenta pro vtraque opinione.

11. Pro resolutione, animaduerto, & statuo primò, actus Ecclesiasticos in duplici esse differentia. Vel enim dicuntur voluntariæ iurisdictionis, vel contentiosæ. Priorum exemplum sit in actibus, qui solent exerceri inter volentes, iuxta textum in *l. 2. ff. de officio Proconsulis*; ad quorum expeditionem tribunal non requiritur. Posteriorum exemplum sit in actibus, qui inter inuitos exercentur, iuxta textum in *cap. cum Episcopus, de officio ordinar. lib. 6.* Hoc supposito, dicendum est, actus iurisdictionis Ecclesiasticæ ad iurisdictionem voluntariam pertinentes, posse in Ecclesiis licitè fieri, & celebrari, vt sunt, manu seruum aliquem mittere, promoueri aliquem ad Doctoratum, emancipare, adoptare, testamentum conficere, & similia, vt docet Syluester *verb. immunitas 1. num. 3.* de quibus latè egimus *lib. 1. cap. 12. num. 14. in quinque præcepta Ecclesie, præcepto 1.* Secus de actibus Ecclesiasticis ad iurisdictionem contentiosam spectantibus, quia hi, licet fiant per personas Ecclesiasticas, strepitum tamen iuris habent, & fieri in Ecclesiis prohibentur, & sic conciliantur textus pro vtraque parte adducti, qui videbantur sibi contrarij. Præcipuè verò textus in *cap. qua fronte, & in cap. decet*. Ille enim intelligitur de actibus iurisdictionis voluntariæ; iste, de actibus iurisdictionis contentiosæ, & forensis.

12. Ex quibus iam colliges, conuentus ciuiles, comitia, & Parlamenta, in Ecclesiis fieri non posse, nisi proponantur, & fiant ad pia opera, vt docet Francus in *dilt. cap. decet, num. 3.* Possunt tamen laici in Ecclesiis tractare de instituenda aliqua soliditate, de faciendò aliquo festo, de eligendo iudice, aut Procuratore Ecclesiæ, de dando alicui tutorem, aut curatorem, sunt enim hæc opera, de se pia, ita tradit Baldus in *l. nemo 1. C. de sacros. Ecclesijs, à num. 2.* Possunt etiam agere de manumissione, vt probat textus in *l. 1. C. de ijs, qui in Eccles. manumittuntur*.

13. Diximus, actus iudiciales vtriusque fori contentiosi, tam seculares, quàm Ecclesiasticos, esse illicitos, si fiant in Ecclesia, & loco sacro. Inquirimus modò, an sint validi, supposito, quòd in eo fiant? Respondeo, actus seculares in Ecclesia gestos non valere, ex textu in *præfatio cap. decet, §. ordinarij, ibi, omni careant robore firmitatis*, vbi solum processus, & actus iudiciales cassantur; si verò sint extraiudiciales, quamuis seculares sint, valent; quia textus loquitur de iudicialibus solummodo, & cum pœnalis sit, non debet extendi ad extraiudiciales, iuxta regulam, in *panis, lib. 6.* Actus verò Ecclesiastici iudiciales, validi sunt, & suam firmitatem habent, quia ex eo, quòd sint Ecclesiastici, videntur conducere ipsi Ecclesiæ. ita docet Doctor Ludouicus Cortea in sua relectione ad *cap. inter alia, de im-*

munitate Ecclesia, 2. part. n. 27. §. pro complemento, in fine, pag. 93. & 94. sed in hoc non bene docet, vt enim ait Soares tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 30. num. 6. pag. 339. colum. 1. & num. 2. pag. 397. col. 2. Omnis actus illicitus in hac materia iudicij forensis, necesse est, vt sit etiam inualidus: quod patet ex relatis verbis citati *cap. decet, careant robore firmitatis*. Vbi sermo est de omnibus actibus forensibus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, & nescio planè, quo fundamento hæc verba huius capituli referat ad actus solos seculares, cum tamen absoluta sint, & postquam prædictum caput, vt ipse Ludouicus fatetur, statuerit, omnes actus iudiciales vtriusque iudicij Ecclesiastici, & secularis, esse illicitos, statim addit, *careant robore firmitatis*; quæ verba comprehensua sunt etiam actuum iudicij Ecclesiastici; quare immeritò, & sine fundamento suam protulit sententiam: sicut enim ius canonicum prohibet, & irritat omnes iudiciales, tam Ecclesiasticos, quàm seculares, factos in diebus festis, vt patet, ex *cap. vltimo, de ferijs*, vt docet Soares allegatus, Toletus *lib. 4. summa, cap. 24. à num. 4.* & Maranta 6. part. *Ordinis iudicarij, tit. 6. relectè concipiatur, fol. 322. num. 120.* ita etiam illos irritat factos in Ecclesiis, imò maiori cum ratione irritat.

Ex suprà dictis sequitur, contractus omnes in Ecclesiis celebratos, validos, ac firmos esse, quia non sunt actus iudiciales, sed extraiudiciales, & voluntarij, ac proinde in prohibitione non comprehenduntur; ita tradit glossa in *dilt. cap. decet, §. ordinarij, verb. processus*, Armilla *verb. immunitas, num. 4.* non ita tamen erit dicendum de citatione facta in Ecclesia, quia est actus iudicialis, vt ait textus in *cap. quoniam 11. de probat.* & resoluit Tiracuellus *retractu lignagier, §. 8. glossa 2. in fine*, & Peres ad *leg. 11. tit. 2. lib. 3. ordinamentis*, etiam si citatio sit verbalis, quidquid dicat Vallascus tom. 1. *consul. 81. num. 1.* vbi allerit, citationem verbalem in Ecclesia factam valere. Sed tandem ipse se colligit asserendo, posse in Ecclesia verbaliter citari eum, qui ad illam confugit, vt ipse se in iudicio defendat, vel per se, vel per suum procuratorem; quo in casu, propter necessitatem, bene poterit procedere opinio Vallasci, vt tenet Ludouic. Cortea citatus num. 28.

14. Accedamus ad secundam partem tituli, an venditio reddatur illicita, eò quòd res carius vendantur alienigenis, quàm incolis; quod perinde est, ac quærere; an venditio, ratione personatum, reddatur illicita, cum alioquin sit licita? Et circa hoc punctum, sic statuo: Vendere res carius extraneis, & peregrinis, quàm incolis naturalibus (nisi ex multitudine illorum, subito rerum pretia augeantur) est illicitum, & contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem, ille, qui ita carius extraneis vendit, vt limites iusti, ac rigorosi pretij excedantur: ita Molina tom. 2. de *inst. disp. 346.* Conradus de *contractibus, quæst. 51. ad finem.* Ioannes Medina *C. de rest. quæst. 5. art. 4.* constat ex *cap. 1. de emptione, & venditione*. Ratio est, quia nunquam licet citra obligationem restitutionis, excedere iustum pretium super premium.

15. Sitamen ad aliquem locum accedant multi extranei, præsertim diuites, & auidi emptionum rerum necessariorum, tunc, cum, multiplicatis emptoribus, subito accrescant rerum pretia, non erit illicitum, carius illis vendere, quàm incolis, & quàm, illis recedentibus, res vendantur eodem loco alijs extraneis. Imò, si res sint sufficientes, naturalibus, & extraneis aduenientibus, non erit iudicanda illicita venditio, si tunc carius illis vendantur auidis ad

14.

15.

16.

ad emendum, quàm naturalibus: ita Molina citatus §. *observa. v. c. si Rex in transitu cum suo Regio apparatu, & comitatu, ad aliquem locum accedat, die sequenti discessurus, aut post paucos dies, vel classis Hispanica ex nouo orbe adueniens insulas Azoris teneat, Terceiras, vocant Lusitani, subito accrescant solita rerum pretia, quas ipsi emere volunt, vel ut ibi consumant, vel in mari, vel in Hispanias, aut alias orbis partes aduehant, licitum erit illis, carius tunc vendere, quàm aliis indigenis, qui ibi manent, vel sunt, & nolunt dare, nisi pretium consuetum.*

Ratio est, *primò*, quia illæ res comparatione multorum emptorum, qui superuenerunt, dirissimi, & auidissimi ad emendum, plus valent, quàm comparatione aliorum indigenarum, qui ibi sunt, & manent; non quòd, ob illorum auiditatem, possint illi res carius vendi, quia auiditas emendi tenet se ex parte emptoris, & non venditoris, & venditor non potest emptori vendere rem carius, propter voluptatem emptoris, alioqui venderet illi id, quod non est suum, sed id, quod est ipsius emptoris, quod illicitum est; sed quia in ea occasione, res carius valeant. *Secundò*, quia in illa subita rerum mutatione, illud est pretium iustum, & supremum illarum rerum, siquidem multi sunt emptores, & propter illud desiderium emendi, & penuriam rerum, liberaliter censentur donare id, in quo aliquid exceditur: ita idem Molina, & deducitur ex *Rebello 2. part. de obligatione iustitie, lib. 9. quest. 1. sect. 7. num. 34.* ubi late probat, quòd ex multitudine emptorum, rerum pretia augeantur.

Hactenus in præcedentibus egimus de personis, quæ emere, & vendere possunt, & de rebus, quæ emi, & vendi possunt: qua in re, si diuinius immorati sumus, quàm fortasse par erat, velim animaduertas, principia rerum, quia semper acerbiora sunt, longiora videri, quàm sint.

Nunc agendum nobis est de pretio, tam taxato, quàm non taxato. Pretium taxatum consistit in indimibili: non taxatum, in communi arbitrio, & æstimatione hominum; vtrumque per excessum, & defectum, inducit peccatum, & obligationem iustitiæ ad restitutionem æqualitatis; sicut & venditio, in æquilibrio æquæ libræ rei ad pretium, & pretij ad rem, consistere debet. Priùs ergo agemus de pretio non taxato, deinde ad taxam illius veniemus. Rem igitur bono animo aggrediamur, ut nos ab huius libri tractatione citius expediamus.

CAPVT XXVIII.

Num res, quæ non habent pretium legitimum, ac taxatum, vt gemmæ, canes, falcones, vendi possint, quanti velint domini. An cogi quis possit, rem suam vendere; & an liceat vilius emere, vt carius vendatur.

1 Refertur prima opinio asserens, res, quæ nullum habent pretium taxatum, vt gemma, canes, aues Indica, &c. vendi posse tanti, quanti venditores velint.

2 Negat verior opinio.

3 Emptor, quando emit ultra rigorosum pretium, Fagundez de Iustitia, &c.

non censetur liberè donare excessum, etiamsi dicat, se illum liberè dimittere.

- 4 Proloquium commune, Res tanti valet, quanti vendi potest, intelligitur intra limites iusti pretij.
- 5 Quid, si diuites rem ultra rigorosum pretium emant, putantes, ad suum honorem pertinere eam tanti emere, non minoris.
- 6 Ius civile, & canonicum permittit emptiones, & venditiones ultra iustum, & rigorosum, & infra infimum pretium, dummodo non sit ultra dimidium, quod res habet, ad præscindendas literas, non tamen id approbat, tanquam licitum; & cum dicit, id licitum esse, intelligendum est, impune fieri posse.
- 7 Quomodo intelligende sunt leges, quæ asserunt, naturaliter licitum esse ementibus, & vendentibus, se circumuenire, & fallere, emendo, & vendendo.
- 8 Quatenus quis cogi possit vendere res suas ad vitium necessarias, quoties Respublica, & populus grauetur annona inopia.
- 9 An potestates publica possint tunc taxare illius pretium.
- 10 Si duo habeant vnum seruum, & vnus illum manumittere velit, cogendus est alter per potestatem publicam, partem suam vendere.
- 11 Quatenus quis possit cogi ad vendendas domos, prædia, aut agros, propter bonum commune, v. c. ad ampliandam, vel fundandam Ecclesiam, monasterium, aut xenodochium.
- 12 An liceat vilius emere, & carius vendere.
- 13 An id licitum sit, facere in eodem loco, an in diuerso, ita vt hic emantur res, & alio loco vendantur, & n. 14.
- 15 Negotiatio, absolute loquendo, est utilis, & necessaria Reipublica, tam pauperibus, quàm diuitibus.

SUNT multæ res, quæ non habent pretium taxatum, nec legitimum, nec vulgare, vt gemmæ aliquæ peregrinæ, aues, & alia similia, vt canes, aues Indica, & animalia ex Africa; & de his inquirimus, an vendi possint licite, & tuta conscientia, quanti velint domini illarum? Affirmant nonnulli: ita Sotus lib. 6. de iust. quest. 2. art. 3. Petrus Nauarra lib. 3. de rest. cap. 1. num. 11. Fundamentum illorum, est, *primò*, quia, cum non sint res necessariae vitæ humanæ, si quis velit eas emere spontè, & non coactè, censentur donare, quod alter petit, alioqui non emerent, cum sibi necessariae non sint. *Secundò*, quia commune proloquium est, rem tanti valere, quanti vendi potest. l. 2. §. si heres, ff. ad S. C. Trebel. Confirmatur, quia in rebus suis quisque est moderator, & arbiter. l. in re mandata, Cod. mandati. Quare domini illarum illas vendere possunt quanti velint, & emptores pretium pro illis dare ex suo, quanti etiam volent.

Negant tamen verosimilius Nauarrus in *summa Latina. cap. 23. num. 78.* Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. num. 16. dub. 3. Caietanus 2. 2. q. 77. art. 1. & alij communiter. Ratio est, *primò*, quia iustum pretium earum rerum, quæ nullum habent pretium taxatum, nec lege, nec communi hominum æstimatione, est fundatum in iudicio intelligentium mercatorum, qui, spectatis circumstantiis ad rei valorem facientibus, eas iuste æstiment; atqui res quælibet vendi debet iusto pretio, siue taxato, siue naturali. Igitur non est licitum, eas vendere tanti, quanti illarum dominis libeat. Minor,

ad emendum, quàm naturalibus: ita Molina citatus §. *observa. v. c. si Rex in transitu cum suo Regio apparatu, & comitatu, ad aliquem locum accedat, die sequenti discessurus, aut post paucos dies, vel classis Hispanica ex nouo orbe adueniens insulas Azoris teneat, Terceiras, vocant Lusitani, subito accrescant solita rerum pretia, quas ipsi emere volunt, vel ut ibi consumant, vel in mari, vel in Hispanias, aut alias orbis partes aduehant, licitum erit illis, carius tunc vendere, quàm aliis indigenis, qui ibi manent, vel sunt, & nolunt dare, nisi pretium consuetum.*

Ratio est, *primò*, quia illæ res comparatione multorum emptorum, qui superuenerunt, dirissimi, & auidissimi ad emendum, plus valent, quàm comparatione aliorum indigenarum, qui ibi sunt, & manent; non quòd, ob illorum auiditatem, possint illi res carius vendi, quia auiditas emendi tenet se ex parte emptoris, & non venditoris, & venditor non potest emptori vendere rem carius, propter voluptatem emptoris, alioqui venderet illi id, quod non est suum, sed id, quod est ipsius emptoris, quod illicitum est; sed quia in ea occasione, res carius valeant. *Secundò*, quia in illa subita rerum mutatione, illud est pretium iustum, & supremum illarum rerum, siquidem multi sunt emptores, & propter illud desiderium emendi, & penuriam rerum, liberaliter censentur donare id, in quo aliquid exceditur: ita idem Molina, & deducitur ex *Rebello 2. part. de obligatione iustitiae, lib. 9. quest. 1. sect. 7. num. 34.* ubi late probat, quòd ex multitudine emptorum, rerum pretia augeantur.

Hactenus in præcedentibus egimus de personis, quæ emere, & vendere possunt, & de rebus, quæ emi, & vendi possunt: qua in re, si diuinius immorati sumus, quàm fortasse par erat, velim animaduertas, principia rerum, quia semper acerbiora sunt, longiora videri, quàm sint.

Nunc agendum nobis est de pretio, tam taxato, quàm non taxato. Pretium taxatum consistit in indimibili: non taxatum, in communi arbitrio, & æstimatione hominum; vtrumque per excessum, & defectum, inducit peccatum, & obligationem iustitiæ ad restitutionem æqualitatis; sicut & venditio, in æquilibrio æquæ libræ rei ad pretium, & pretij ad rem, consistere debet. Priùs ergo agemus de pretio non taxato, deinde ad taxam illius veniemus. Rem igitur bono animo aggrediamur, ut nos ab huius libri tractatione citius expediamus.

CAPVT XXVIII.

Num res, quæ non habent pretium legitimum, ac taxatum, vt gemmæ, canes, falcones, vendi possint, quanti velint domini. An cogi quis possit, rem suam vendere; & an liceat vilius emere, vt carius vendatur.

1 Refertur prima opinio asserens, res, quæ nullum habent pretium taxatum, vt gemma, canes, aues Indica, &c. vendi posse tanti, quanti venditores velint.

2 Negat verior opinio.

3 Emptor, quando emit ultra rigorosum pretium, Fagundez de Iustitia, &c.

non censetur liberè donare excessum, etiamsi dicat, se illum liberè dimittere.

- 4 Proloquium commune, Res tanti valet, quanti vendi potest, intelligitur intra limites iusti pretij.
- 5 Quid, si diuites rem ultra rigorosum pretium emant, putantes, ad suum honorem pertinere eam tanti emere, non minoris.
- 6 Ius civile, & canonicum permittit emptiones, & venditiones ultra iustum, & rigorosum, & infra infimum pretium, dummodo non sit ultra dimidium, quod res habet, ad præscindendas literas, non tamen id approbat, tanquam licitum; & cum dicit, id licitum esse, intelligendum est, impune fieri posse.
- 7 Quomodo intelligende sunt leges, quæ asserunt, naturaliter licitum esse ementibus, & vendentibus, se circumuenire, & fallere, emendo, & vendendo.
- 8 Quatenus quis cogi possit vendere res suas ad vitium necessarias, quoties Respublica, & populus grauetur annonæ inopia.
- 9 An potestates publica possint tunc taxare illius pretium.
- 10 Si duo habeant vnum seruum, & vnus illum manumittere velit, cogendus est alter per potestatem publicam, partem suam vendere.
- 11 Quatenus quis possit cogi ad vendendas domos, prædia, aut agros, propter bonum commune, v. c. ad ampliandam, vel fundandam Ecclesiam, monasterium, aut xenodochium.
- 12 An liceat vilius emere, & carius vendere.
- 13 An id licitum sit, facere in eodem loco, an in diuerso, ita vt hic emantur res, & alio loco vendantur, & n. 14.
- 15 Negotiatio, absolute loquendo, est utilis, & necessaria Respublica, tam pauperibus, quàm diuitibus.

SUNT multæ res, quæ non habent pretium taxatum, nec legitimum, nec vulgare, vt gemmæ aliquæ peregrinæ, aues, & alia similia, vt canes, aues Indica, & animalia ex Africa; & de his inquirimus, an vendi possint licite, & tuta conscientia, quanti velint domini illarum? Affirmant nonnulli: ita Sotus lib. 6. de iust. quest. 2. art. 3. Petrus Nauarra lib. 3. de rest. cap. 1. num. 11. Fundamentum illorum, est, *primò*, quia, cum non sint res necessariæ vitæ humanæ, si quis velit eas emere spontè, & non coactè, censentur donare, quod alter petit, alioqui non emerent, cum sibi necessariæ non sint. *Secundò*, quia commune proloquium est, rem tanti valere, quanti vendi potest. l. 2. §. si heres, ff. ad S. C. Trebel. Confirmatur, quia in rebus suis quisque est moderator, & arbiter. l. in re mandata, Cod. mandati. Quare domini illarum illas vendere possunt quanti velint, & emptores pretium pro illis dare ex suo, quanti etiam volent.

Negant tamen verosimilius Nauarrus in *summa Latina. cap. 23. num. 78.* Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. num. 16. dub. 3. Caietanus 2. 2. q. 77. art. 1. & alij communiter. Ratio est, *primò*, quia iustum pretium earum rerum, quæ nullum habent pretium taxatum, nec lege, nec communi hominum æstimatione, est fundatum in iudicio intelligentium mercatorum, qui, spectatis circumstantiis ad rei valorem facientibus, eas iuste æstiment; atqui res quælibet vendi debet iusto pretio, siue taxato, siue naturali. Igitur non est licitum, eas vendere tanti, quanti illarum dominis libeat. Minor,

& consequentia sunt eorū. Maior probatur, quia nulla hic certior regula haberi potest, quam iudicium mercatorum intelligentium. *Secundo*, quia non ideo res tanti valet, quia venditori placet eam tanti vendere, sed quia prudentium iudicio, omnibus consideratis, tanti aestimatur: ergo non potest venditor eam vendere, quanti ei libeat. Quando tamen venditor erga illam valde afficitur, poterit etiam hic illius affectus aestimari, ingredique aestimationem, tamquam circumstantia augens illius valorem, vt bene docet Lessius allegatus, & Nauarrus *num. 83.*

3. Ad primum fundamentum primæ opinionis, respondeo, emptorem non posse censi sponde donare excessum iusti pretij naturalis rigorosi, quia non intendit donare, sed emere, & soluere dumtaxat pretium iustum rei, vnde cum in ipsa re nihil sit, quod respondeat valori excessus; (iam enim, vt supponimus, omnes circumstantiæ, quæ porrant valorem illius vsque ad iustum naturalem augere, consideratæ, & aestimatæ fuerunt) sequitur, vt prædictus excessus iusti valoris, restituendus sit. Nec obstat, quod ei nulla vis, aut necessitas inferatur ad emendum, quia alioqui possint licite vsuræ ab eo peti, qui nulla necessitate coacti, sed ad oblationem, vel ludos, mutuum petit.

Urgebis: si non intendit donare excessum pretij, cur rem emit, cum optime sciat emptor, rem non tanti valere, & nemo illum ad emendum constingat? Respondeo, ideo illam emere, quia erga illam valde afficitur; ille autem affectus, cum se teneat ex parte emptoris, & non sit venditoris, non potest ab ipso venditore vendi, nec pretium aliquod pro illo accipi: alioquin venderet, quod suum non est. Nec etiam obstat, si dicat, se libenter donare excessum, quia voluntarium miscet cum inuoluntario; ideo enim id dicit, quia eam rem alibi non inuenit eodem pretio, quod promittit: iniusti sunt etiam venditores isti, tam secundi, quam primi.

4. Ad secundum respondeo, legem istam nihil ad rem facere; quia non loquitur de pretio rebus imponendo, sed loquitur, & ostendit, posse quemquam de rebus suis disponere pro suo arbitratu, etiam in suum incommodum; mandatarium autem non posse. Commune autem illum essatum, *Res tanti valent, quanti vendi possunt*, intelligitur intra limites iusti pretij rigorosi, quia iustum pretium non consistit in indiuisibili, & si aliud intelligatur, non est admittendum. Quamobrem, dum non constat, emptorem libenter voluisse donare illum excessum, obligandus est venditor ad restitutionem illius, quia in dubio nemo præsumitur donare voluisse, *l. cum de indebito. versic. qui enim soluit, ff. de probationibus. Menoch. lib. 2. de arbitris. centuria 1. casu 88. Mascardus de probationibus. conclus. 555. num. 13. & 14. cum multis aliis, quos ibidem refert.*

5. Animaduertes autem hic, duobus modis posse se habere viros locupletes, in emenda veteri pictura, aut statua, aut in emendis gemmis pretio excessiuo: vno, rem ipsam emendo tam magno pretio, quia eam valde desiderant, & quam emisse, ad suum decus, vel domus suæ splendorem pertinere putant, quia venditor minori pretio iuste rem vendere non vult; si enim voluisset, minori pretio illam emissent. Altero modo, emendo eam rem pretio tanto, quia etiam si ea res non tanti valeat, ipsi tamen iudicant, ad suam auctoritatem pertinere tanti emisse, non minoris. Quando ergo venditor se habet priori modo, venditio est iniusta, quoad ex-

cessum pretij iusti rigorosi, oriturque inde manifesta obligatio restituendi huiusmodi excessum. Quando verò se habet posteriori modo, est iusta; quia, quoad excessum, habet donationem adnexam liberalem, sub quo titulo licitum est venditori accipere excessum. Ita Medina *C. de rest. quest. 38. & 32. circa finem. Valentia 2. 2. disp. 5. quest. 20. puncto 2. §. 3.* Qui donationem hanc ex coniecturis, aiunt, colligendam esse, vt si emptor est valde locuples, & liberalis, honorisque, & magnificentiæ domus suæ cupidus.

Obiicies: iure civili, & canonico permissum est, merces pluris, aut minoris vendere, quam valeant, dummodò nec emantur infra iusti pretij dimidium; nec vendantur ultra iusti pretij dimidium. pater ex *l. 2. & l. si voluntate. C. de rescind. vendit. & ex cap. cum dilecti, & cap. cum causa. de empt. & vendit.* quibus locis decernitur, defraudantes infra dimidium iusti pretij, conuentos in iudicio, absoluedos esse, quin ad fraudem resarciendam obligentur. Cum ergo quod quis agit auctoritate legis, iuste, & licite faciat, videtur, nullum ibi peccatum interuenire, & nullam obligationem restituendi.

Ad hanc obiectionem respondeo, neque ius canonicum, neque civile, id, tamquam licitum, approbare, sed solum ad præscindendas lites, & alia maiora mala euitanda, id tantum permittere, & negare actionem in foro externo aduersus huiusmodi fraudantes, quemadmodum permittuntur in Republica Christiana, publica lupanaria, ad vitanda maiora scandala, & peccata, non tamen approbantur; falsumque proinde esse, fraudem hanc fieri auctoritate legis, quia leges eam non approbant, imò reprobant, permittunt tamen illam, ob bonum finem vitandi maiora scandala in Republica; imò non potest Princeps condere iustam legem, quæ his fraudibus patrocinetur; sicut non potest iustam legem statuere, quæ malæ fidei possessionibus in præscriptionibus suffragetur. Quamobrem reprobandus est Gerson *de contractibus*, & in suis floribus asserens, peccatum omittere emptorem defraudantem citra dimidium iusti pretij, non tamen ad restitutionem obligari, quia volenti, & consentienti non est iniuria; non est, inquam, audiendus, quia, quamuis volenti, & consentienti non fiat iniuria, quando vult aliquid omnino voluntarie, ei tamen iniuria fit, quando vult aliquid voluntarie mixte, vt in vsuris contingit; vnde consequens est, vt defraudans non solum peccet, sed vt ad restitutionem quoque teneatur.

Rursus obiicies: eumentibus, & vendentibus licitum est naturaliter, se circumuenire, & fallere, *l. in causa, §. idem Pomponius, ff. de minoribus, l. item si pretio, §. quemadmodum, ff. locati.* Ergo potest quisque licite id, quod pluris valet, minoris emere, etiam si egrediatur limites iusti pretij, versus infimum, & supremum? Ad hanc obiectionem, responsionem dat Covarruias *lib. 2. variar. cap. 3. num. 1.* Iurisconsultos illis in legibus fuisse loquutos de fraude, & circumuentione intra limites iusti pretij. Merito tamen hæc responsio reiicitur à Molina *tom. 2. de iustitia. disp. 350.* quia præposterè id tunc applicaretur fraudi, & circumuentioni.

Dicendum ergo est cum eodem Molina, sensum verum, ac germanum earum legum, esse, licere naturaliter, hoc est, iure gentium, eumentibus, & vendentibus, seipos inuicem fallere, improprie loquendo, quatenus scilicet ea circumuentione iure gentium relinquitur impunita, & iure permittitur; nulla

6.

7.

posse Deo placere, & ideo nullum Christianum debere esse mercatorem. Respondeo loquutum fuisse de iis, qui finem suum vltimum ponunt in lucro, parati mortiferè Deum offendere pro illo, quod indignum est homini Christiano.

14. **Urgebis:** Verum est, licitum esse, emere hinc vilius, vt vendatur carius in alio loco, ratione laboris, & periculi mercium, non verò in eodem loco. Respondeo, pretium currens in eodem loco, non esse semper idem, & punctuale, neque consistere in indiuisibili; modò enim accrescit, modò decrescit: sicut enim variantur tempora, ita variantur pretia; quò sit, vt si quis tempore abundantiae rem emat bona fide vilius, rectè eam possit seruare, vt vendat tempore cariori in eodem loco: nam etiam se exponit periculo iacturæ suarum mercium; fortasse enim tanta erit rerum abundantia, vt vilius vendat, quàm emerit; & quia aliter poterat licitè negotiari cum sua pecunia, & lucrari tantum, & fortasse magis.

15. **Iam verò,** quòd negotiatio absolutè loquendo, sit utilis Reipublicæ, inde patet, quia omnes terræ, non possunt omnia ferre ad vitam humanam necessaria, nec in ea abundantia, quæ omnibus sufficiat. Utile ergo est ipsis Rebus publicis, vt inueniantur homines mercatores, qui ipsas prouincias, & terras, alioqui caras, & infæcundas, fertiles reddant varia mercium aduectione.

CAPVT XXIX.

Quotuplex sit rerum pretium? an ad valorem, & perfectionem venditionis, pretium determinatum, ac certum requiratur; & quid, si referatur ad arbitrium alicuius; & an vendenti pretio infimo, liceat se recompenfare vsque ad pretium rigorosum, contra emptorem?

1. *Pretium rerum, duplex est: alterum per potestatem publicam taxatum, alterum naturale, quod res in se habent, seclusa taxatione; quare naturale dicatur, & à quo illud imponendum est?*
2. *Pretium naturale non consistit in puncto indiuisibili, quemadmodum pretium taxatum, sed habet iustam latitudinem intra infimum, & supremum, quam non habet taxatum pretium.*
3. *Quòdnam discrimen sit inter vtrumque pretium, taxatum, & naturale, præter iam tactum.*
4. *Iustum pretium rerum naturalium, quæ non sunt taxata, est triplex, & quale.*
5. *Intra latitudinem horum trium pretiorum, non potest dari iniustitia, neque obligatio restitutionis.*
6. *An hæc venditio sit valida: Vendo tibi hanc rem tanti, quanti voles, tanti, quanti aestimaueris; & quid de hac: Vendo tibi hanc rem tanti, quanti aestimaueris Petrus. Et an pretium rerum debeat esse certum, vt venditio sit valida, ibid.*
7. *An valeat hæc venditio: Vendo tibi hanc rem tanti, quanti illam emi tali loco; & quid, si dicam: Vendo tibi hanc rem pro pecunia, quæ est in illa arcula.*

Et quid, si nulla in ea sit pecunia, nec ego unquam rem emerim, ibid.

8. *Quid de ista venditione: Vendo tibi hanc rem pro pretio, quod modò habet in foris, aut, quòd habebat tali mense.*
9. *Quid de ista venditione: Vendo tibi hanc rem pro iusto pretio, an tunc sit valida.*
10. *Ex contractu innominato, quæ obligatio oriatur circa restitutionem rei, & fructuum illius, & num. 11.*
12. *An vendenti pretio infimo, liceat se compensare contra emptorem, vsque ad supremum rigorosum; & quid de conducente, aut emente, quando conductio, aut emptio sibi est minus utilis, aut molesta.*

AND E M ad rerum pretium accessimus; 1. emptiones enim, & venditiones potissimum iustæ, vel iniustæ sunt ex parte pretij: pretium autem iustum duplex est. Alterum lege publica taxatum, vt quòd mensura tritici tanti vendatur, carnis libra, cubitus panni, vini cadus tanti, & hoc appellatur legitimum pretium ab Aristotele *Ethicor. cap. 7* & communiter à Doctoribus. Consistit autem hoc pretium in puncto indiuisibili, aded, vt si pro re aliquid amplius accipiatur, excessus statim restituendus sit, modò tamen lex iusta, & æqua sit, de quo statim dicemus. Alterum est pretium naturale, quo res ipsæ, quæ venduntur, seclusa lege taxæ, in se habent; & hoc illis imponi solet per communem hominum, qui de illis intelligentiam habent, æstimationem, vnde dicitur naturale, quasi à naturali prudentia hominum intelligentium pendens, cerniturque in iis rebus, quæ non habent pretium per publicam potestatem taxatum. Quòd autem hoc pretium iustum sit, patet ex *l. pretia. ff. ad leg. falcidiam*. vbi dicitur, *pretia rerum non ex affectu ad ipsas res, nec ex utilitate singulorum hominum, sed communiter, hoc est, ex communi, & naturali prudentia, funguntur, id est, definiuntur, taxanturque.*

Non consistit autem hoc pretium naturale in 2. indiuisibili, quemadmodum consistit pretium legale, & taxatum per legem taxæ, sed habet suam latitudinem. Ratio est, quia pendet ex multis circumstantiis; nimirum ex affectu ad res ipsas, ex voluptate propria, ex comparatione diuerforum vsuum, ex temporum variatione, ex varietate, inopia, aut abundantia rerum, & ex aliis circumstantiis, de quibus agit Nauartus *cap. 23. num. 79*. Medina *C. quæst. 31*. Covarruias *lib. 2. variar. cap. 3. initio*. Vnde, cum huiusmodi pretium naturale ex tam variis circumstantiis pendeat, varium erit: ad minimum tamen dicendum est, dari ex natura rei certam latitudinem pretij naturalis iusti, intra quam non violatur iustitia illius per excessum. Vide Molinam *tom. 2. de iustit. disput. 347*. & Lessium *tom. 1. lib. 1. cap. 21. dubit. 2. num. 8. & 9*.

Hoc tamen discrimen est inter vtrumque pretium, legale, & legitimum, seu taxatum, ex vna parte; (his enim omnibus nominibus appellatur pretium taxatum;) & inter pretium naturale, seu vulgare, ex altera. *Primo*, quòd pretium legitimum, legale, seu taxatum, consistit in indiuisibili, vt dixi. Pretium autem naturale, seu vulgare non consistit in indiuisibili, sed habet suam latitudinem. *Secundo*, quia legitimum taxatur ab vno, hoc est, ab vna potestate publica, seu multis per modum vnius, & conuenientibus in vnum. Vulgare verò, seu naturale à plurimorum iudicio pendet, qui non idem omnino iudicant; non enim omnium idem est 3. iudicium:

posse Deo placere, & ideo nullum Christianum debere esse mercatorem. Respondeo loquutum fuisse de iis, qui finem suum ultimum ponunt in lucro, parati mortiferè Deum offendere pro illo, quod indignum est homini Christiano.

14. **Urgebis:** Verum est, licitum esse, emere hinc vilius, ut vendatur carius in alio loco, ratione laboris, & periculi mercium, non verò in eodem loco. Respondeo, pretium currens in eodem loco, non esse semper idem, & punctuale, neque consistere in indivisibili; modò enim accrescit, modò decrevit: sicut enim variantur tempora, ita variantur pretia; quò sit, ut si quis tempore abundantiae rem emat bona fide vilius, rectè eam possit seruare, ut vendat tempore cariori in eodem loco: nam etiam se exponit periculo iacturæ suarum mercium; fortasse enim tanta erit rerum abundantia, ut vilius vendat, quàm emerit; & quia aliter poterat licitè negotiari cum sua pecunia, & lucrari tantum, & fortasse magis.

15. **Iam verò,** quòd negotiatio absolutè loquendo, sit utilis Reipublicæ, inde patet, quia omnes terræ, non possunt omnia ferre ad vitam humanam necessaria, nec in ea abundantia, quæ omnibus sufficiat. Utile ergo est ipsis Rebus publicis, ut inveniatur homines mercatores, qui ipsas provincias, & terras, alioqui caras, & infæcundas, fertiles reddant varia mercium advectione.

CAPVT XXIX.

Quotuplex sit rerum pretium? an ad valorem, & perfectionem venditionis, pretium determinatum, ac certum requiratur; & quid, si referatur ad arbitrium alicuius; & an vendenti pretio infimo, liceat se recompenfare vsque ad pretium rigorosum, contra emptorem?

1. *Pretium rerum, duplex est: alterum per potestatem publicam taxatum, alterum naturale, quod res in se habent, seclusa taxatione; quare naturale dicatur, & à quo illud imponendum est?*
2. *Pretium naturale non consistit in puncto indivisibili, quemadmodum pretium taxatum, sed habet iustam latitudinem intra infimum, & supremum, quam non habet taxatum pretium.*
3. *Quòdnam discrimen sit inter utrumque pretium, taxatum, & naturale, præter iam tactum.*
4. *Iustum pretium rerum naturalium, quæ non sunt taxata, est triplex, & quale.*
5. *Intra latitudinem horum trium pretiorum, non potest dari iniustitia, neque obligatio restitutionis.*
6. *An hæc venditio sit valida: Vendo tibi hanc rem tanti, quanti voles, tanti, quanti aestimaveris; & quid de hac: Vendo tibi hanc rem tanti, quanti aestimaveris Petrus. Et an pretium rerum debeat esse certum, ut venditio sit valida, ibid.*
7. *An valeat hæc venditio: Vendo tibi hanc rem tanti, quanti illam emi tali loco; & quid, si dicam: Vendo tibi hanc rem pro pecunia, quæ est in illa arcula.*

Et quid, si nulla in ea sit pecunia, nec ego unquam rem emerim, ibid.

8. *Quid de ista venditione: Vendo tibi hanc rem pro pretio, quod modò habet in foris, aut, quòd habebat tali mense.*
9. *Quid de ista venditione: Vendo tibi hanc rem pro iusto pretio, an tunc sit valida.*
10. *Ex contractu innominato, quæ obligatio oriatur circa restitutionem rei, & fructuum illius, & num. 11.*
12. *An vendenti pretio infimo, liceat se compensare contra emptorem, vsque ad supremum rigorosum; & quid de conducente, aut emente, quando conductio, aut emptio sibi est minus utilis, aut molesta.*

¶ ANDEM ad rerum pretium accessimus; 1. emptiones enim, & venditiones potissimum iustæ, vel iniustæ sunt ex parte pretij: pretium autem iustum duplex est. Alterum lege publica taxatum, ut quòd mensura tritici tanti vendatur, carnis libra, cubitus panni, vini cadus tanti, & hoc appellatur legitimum pretium ab Aristotele *Ethicor. cap. 7* & communiter à Doctoribus. Consistit autem hoc pretium in puncto indivisibili, aded, ut si pro re aliquid ampliùs accipiatur, excessus statim restituendus sit, modò tamen lex iusta, & æqua sit, de quo statim dicemus. Alterum est pretium naturale, quo res ipsæ, quæ venduntur, seclusa lege taxæ, in se habent; & hoc illis imponi solet per communem hominum, qui de illis intelligentiam habent, æstimationem, unde dicitur naturale, quasi à naturali prudentia hominum intelligentium pendens, cerniturque in iis rebus, quæ non habent pretium per publicam potestatem taxatum. Quòd autem hoc pretium iustum sit, patet ex *l. pretia. ff. ad leg. falcidiam*. ubi dicitur, *pretia rerum non ex affectu ad ipsas res, nec ex utilitate singulorum hominum, sed communiter, hoc est, ex communi, & naturali prudentia, funguntur, id est, definiuntur, taxanturque.*

Non consistit autem hoc pretium naturale in 2. indivisibili, quemadmodum consistit pretium legale, & taxatum per legem taxæ, sed habet suam latitudinem. Ratio est, quia pendet ex multis circumstantiis; nimirum ex affectu ad res ipsas, ex voluptate propria, ex comparatione diuerforum vsuum, ex temporum variatione, ex varietate, inopia, aut abundantia rerum, & ex aliis circumstantiis, de quibus agit *Nauartus cap. 23. num. 79. Medina C. quæst. 31. Covarruias lib. 2. variar. cap. 3. initio*. Unde, cum huiusmodi pretium naturale ex tam variis circumstantiis pendeat, varium erit: ad minimum tamen dicendum est, dari ex natura rei certam latitudinem pretij naturalis iusti, intra quam non violatur iustitia illius per excessum. Vide *Molinam tom. 2. de iustit. disput. 347. & Lessium tom. 1. lib. 1. cap. 21. dubit. 2. num. 8. & 9.*

Hoc tamen discrimen est inter utrumque pretium, legale, & legitimum, seu taxatum, ex vna parte; (his enim omnibus nominibus appellatur pretium taxatum;) & inter pretium naturale, seu vulgare, ex altera. *Primo*, quòd pretium legitimum, legale, seu taxatum, consistit in indivisibili, ut dixi. Pretium autem naturale, seu vulgare non consistit in indivisibili, sed habet suam latitudinem. *Secundo*, quia legitimum taxatur ab vno, hoc est, ab vna potestate publica, seu multis per modum vnius, & conuenientibus in vnum. Vulgare verò, seu naturale à plurimorum iudicio pendet, qui non idem omnino iudicant; non enim omnium idem est 3. iudicium:

iudicium : nam , quod hi æstimant valere centum , illi pluris , alij minoris æstimant.

4. Hinc fit, vt iustum pretium naturale rerum, quæ non sunt taxatæ, sit triplex : supremum, seu rigorosum ; medium, seu moderatum : infimum, seu piuum, quæ distinctio non habet, nec habere potest locum in pretio taxato, cum in indiuisibili consistat : v.c. Pretium medium, sit centum : rigorosum, erit centum, & quinque. Pium, & infimum, erit nonaginta quinque. Rursus medium, sit decem ; infimum, octo ; supremum, duodecim. quæ exempla ponit Couarruias *lib. 2. variarum. cap. 3. n. 1.* Lessius, & Molina citati. Hæc tamen tria pretia modò in his exemplis numerata, si singula in se sumantur, suam adhuc habent latitudinem : nam ipsa pretium medium, suam adhuc habet ; similiter infimum, & supremum, vt benè notant Lessius inductus *num. 11.* & Molina *§. hinc autem.*

5. In his tribus pretiis, medio, infimo, & supremo, iniquitas, & iniustitia contingere nequit ; & ideo in vno, atque eodem tempore, & loco intra illorum latitudinem, potest quis vendere, modò vni cariùs, modò alteri viliùs, eandem rem. Itemque sine vitio vsuræ, potest vendi eadem res intra eandem latitudinem huiusmodi pretiorum cariùs creditò, quàm pecunia numerata : vt si creditò vendatur pretio rigoroso ; pecunia numerata, pretio infimo. Ratio est, quia, dum tota latitudo iusti pretij rigorosi, non exceditur, non committitur iniquitas, nec iustitia violatur : ita colligitur ex D. Thoma 2. 2. *quæst. 77. art. 1.* docet Caietanus *ibi, ad finem.* Molina *tom. 1. de iust. disp. 347. §. cum autem.* Lessius *tom. 1. lib. 2. cap. 21. dub. 2. num. 11.* Sotus *lib. 6. de iust. quæst. 2. art. 3.* Couarruias *lib. 2. variarum. cap. 3. num. 1. & ad finem numeri 4.* Scotus *in 4. dist. 15. quæst. 2. & ibi Maior quæst. 29. & 40.* Conradus *de contractibus 3. part. quæst. 56. concl. 5.* Nauarrus *in cap. qualitas. de Pœnitentia. distinct. 5. num. 45.* Semper tamen requiritur determinatio pretij, ad valorem venditionis, & eius perfectionem. Vnde

6. Sic statuo primò. Ad valorem, & perfectionem venditionis, requiritur certum, & determinatum pretium. Vnde hæc venditio, inualida est : Vendo tibi hanc rem tanti, quanti voles, seu pro eo pretio, quo volueris. Idem, si dicatur, quanti putaueris, quanti æstimaueris valere. Erit tamen valida, si dicas : Vendo tibi hanc rem tanti, quanti æstimauerit Petrus illam valere ; sed tunc erit ea venditio, conditionata, pendens à futuro arbitramento Petri, qui si illam noluerit arbitrari, irrita manebit venditio, cum non sortiatur effectum ; si irrationabiliter arbitretur, fas erit cuique contrahentium, recedere, & ad iudicem concurrere, vt eligantur duo alij periti viri, qui pretium sub iuramento determinent, quorum iudicio standum erit, si conueniant ; si non conueniant, ipse iudex erit tertius arbitrator, & illius iudicio stabitur, si conueniat cum altero ex electis, & iuratis : ita nostræ Ordinationes nouæ Lusitanæ *lib. 4. tit. 1. §. 2. n. 1.* & *lex Castella 9. tit. 5. part. 5. & lex Casarea, quod sape 35. §. illud. ff. de contrahend. empt.* & in hoc concordant ius commune Lusitanum, & Castellanicum.

Item inualida erit hæc venditio : Vendo tibi, vel emo à te hanc rem iusto pretio, quo æstimatum fuerit eam valere, non determinando certum, vel certos æstimatores. Si autem determinetur, dicendo, quod determinatum fuerit per vnum, vel duos viros probos, valebit, sed erit conditionalis, vt iam dictum manent. ita Rebellus 2. *part. de ius-*

stitia, lib. 9. sect. 3. num. 14. & patet ex *§. pretio. Institut. de empt. & vendit. & ex l. ult. C. de contrah. empt.*

7. Sic statuo secundò. Si tamen pretium determinetur per relationem ad alium actum venditionis, iam factum in aliquo loco, valida erit emptio, & venditio, vt sic : Conueniam tecum tanti tibi rem vendere, quanti illam emi, aut emit ille, qui mihi illam vendit, vel : Conueniam emere pro pecunia, quæ in illa arcula, factòve est ; iuxta *leg. hac venditio. §. huic. ff. de contrahend. empt.* ita Antonius Gomez *tom. 2. variarum. cap. 2. num. 9.* Rebellus *citatus num. 15.* & patet ex nouo iure Lusitano inducto *num. precedenti.* Si tamen rem nunquam emerim, nec pecunia in eo loco sit, inualida erit venditio ex defectu determinationis pretij veri, in eo enim, quod non est, determinatio esse non potest.

8. Sic statuo tertio. Si autem determinetur pretium commune, ac currens, & ita dicatur in contractu : Vendo tibi, vel emo à te hanc rem pro eo pretio, quo nunc valet in foro, vel quæ tali tempore, vel mense valebit in foro, valida erit ea venditio. Ita docet Antonius Gomez *tom. 2. variarum. cap. 2. num. 9.* Pinellus tamen 2. *part. de rescind. vend. cap. 3. num. 1.* rem in dubium vertit ; sententia tamen Gomezij, certa est, quando pretium fuerit taxatum, vt docet Rebellus allegatus *hic num. 6. in suo num. 15. concl. 1.* minùs probabilis, vbi non fuerit pretium taxatum, cum tunc, nec infimi, nec supremi, nec moderati, seu medij determinatio fiat : si tamen tempore illo, vnum, idemque pretium currens, fuerit certum, & inuariabile, excludens illam latitudinem, quæ datur inter pretium medium, rigorosum, ac supremum, puto, valere eam venditionem, quia tunc perinde est, ac si pretium sit taxatum. Nam illa latitudo minutissima, quæ datur in illo pretio currenti, vnus oboli, vel, aut duorum, non est considerabilis ; de minimis enim non curat Prætor.

9. Statuo quarto. Vbi pretium non fuerit taxatum per legem, vel per tempus, ita tamen, vt pretium taxatum per tempus, sit ita certum, & inuariabile, vt perinde sit, moraliter loquendo, ac si per legem taxatum fuerit, inualida erit ea venditio, quæ facta fuerit pro iusto pretio absolute, aut pro iusto pretio tali mense currenti : ita docet Pinellus *vbi supra cap. 1. num. 20.* ex Gomezio inducto, & ex alijs à se citatis. & Rebellus 2. *part. de iustitia, lib. 9. sect. 3. à num. 14.* contra alios relatos ab ipsa Pinello, nempe contra Fulgosium, & Albericum, quos ipse Pinellus citat. Ratio est, quia cum contrahentes mentionem pretij faciunt, necessariò intelligunt pretium iustum. Cum ergo non sit perfecta venditio, si dicatur : Vendo tibi pro pretio iusto, non determinando illud, ita profectò nec ista valida, & perfecta erit, nisi fortè partes contrahentes intellexerint de pretio iusto postea per ipsos, aut alios determinando, de quo aduersarij explicari possunt. Valida tamen erit venditio, si fiat pro tanto pretio, quanto alij emptores emerint, tunc enim vbi primum alij pro aliquo emerint, id præstandum erit : ita Rebellus allegatus *num. 15.*

10. Ex contractu innominato oritur obligatio, quando res traditur emptori, soluendi pretium rei venditæ per talem contractum velit, nolit emptor ; vel cogitur ipse emptor restituere rem cum omnibus illius fructibus perceptis, iuxta ea, quæ diximus *lib. 1. de contractibus in communi. cap. 1.* Quæres ergo, an si venditio fiat pro iusto pretio absolute, & res tradatur emptori non soluenti pretium, dicen-

CAPVT XXX.

An ex aliquibus causis, & circumstantiis, & quibus, possit naturale pretium mutari infra infimum, aut augeri supra summum.

- 1 Cur pretium naturale rei, qua venditur, modo maius, modo minus sit, cum tamen res naturales semper sint perpetua, & varietatem non admittant?
- 2 Mercium penuria, & emptorum abundantia, augent pretium naturale rei supra supremum. Sicut mercium abundantia, & emptorum penuria illud minuit infra infimum. ibid.
- 3 Abundantia pecunie in locis multum pecuniosis etiam illud auget.
- 4 Modus vendendi res minutatim seu per minutias, etiam illud auget.
- 5 Modus venditionis sub hasta, & per proxenetas, & quando scholastici, finitis suis studiis, ab Academijs discedunt, minuit rerum, quas vendunt, pretia infra infimum; & agitur de modo vendendi sub hasta.
- 6 Tempore necessitatis, an possint diuites emere operas pauperum licite pro pretio infra infimum.
- 7 Quam ob causam, primi fructus maris, vel terra, iuste, & licite carius emantur, quam postea, & in se valeant.
- 8 Maior utilitas rerum, & mercium in Republica pretium illarum auget, sicut minor illam minuit.
- 9 Res, quando est utilior vendenti, quam ementi, potest iuste carius vendi supra iustum rigorosum.
- 10 Bonitas rei efficere potest, ut res carius ematur supra supremum; sicut vitium illius, ut vilius vendatur infra infimum.
- 11 Transportatio mercium ex uno loco in alium, in causa esse potest, ut accrescat pretium supra rigorosum.
- 12 An ad aestimandum iustum pretium rei, computanda sint expensae, quas mercatores faciunt in illis asportandis ad loca, ubi illas vendunt.
- 13 Res immobiles iuste emuntur per aestimationem fructuum illorum in viginti annis.
- 14 Per quam rem sit aestimandum pretium rerum, que de nouo ad aliquod Regnum, urbem, vel Prouinciam aduehantur.

I. **H**A, quae naturalia sunt, mutari non possunt, sunt enim de se perpetua. Inquirimus igitur, an propter aliquas circumstantias, & causasque extrinsecas, pretium naturale rerum mutari, hoc est, minui, vel augeri possint. Et verò non est negandum, huiusmodi pretium rerum naturalem hanc varietatem maioris, & minoris augmenti, recipere posse respectu diuersarum circumstantiarum, & causarum ab extrinseco aduenientium; nam ea solum naturalia, perpetua sunt, & varietatem non accipiunt, quae fluunt ex essentia rei, aut illas constituunt; at pretium naturale, non ideo dicitur naturale, quia naturam habeat immutabilem, aut ex intima essentia rerum vendibilium fluat; sed ideo dicitur naturale, quia nulla lege taxæ

est taxatum, sed pender à communi, & naturali hominum prudentia, & iudicio intelligentium rerum; quare, cum hoc hominum iudicium, & hæc prudentia in ponendis pretiis rebus, sit ex natura sua, variabile, & pendeat ex causis, & circumstantiis extrinsecis, necesse est, ut variari possit; & oportet scire, quæ causæ, & circumstantiæ sint, ob quas crescere supra supremum, & minui infra infimum currere possit.

Multæ igitur sunt causæ augentes pretium naturale rerum vendibilium supra summum, & multæ minuentes infra infimum.

Prima, ex numero augentium illud, est mercium penuria, & emptorum abundantia; sicut enim mercium abundantia, & emptorum penuria, multum minuunt rerum pretia naturalia; ita mercium penuria, & emptorum abundantia, illa augent, quod enim rarum est, pretiosum est; hinc est, quod in fine nundinarum, quia supersunt merces, & deficient emptores, propter abundantiam illarum, & penuriam istorum, ordinariè, & regulariter loquendo, pretium vilescat, ut notant Sorus lib. 6. de iustitia, quæst. 2. art. 3. Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quæst. 1. sect. 1. num. 34. Conarruuias lib. 2. variarum. cap. 3. num. 4. ad finem. Caietanus 2. 2. quæst. 77. art. 1. Hinc etiam est, quod tempore belli, post victoriam ex hostibus consequutam, & tempore pestis, res vilius emantur, propter abundantiam rerum, & propter inopiam emptorum.

Secunda causa augens naturale rerum pretium, est abundantia pecunie in aliquibus orbis partibus; unde, posita æquali mercium abundantia in Hispania, & nouo Orbe, vel in Belgio, propter abundantiam pecunie, carius res emuntur in nouo Orbe, quam in Hispania, & in Hispania, quam in Flandria.

Tertia causa augens, est modus vendendi; modus enim vendendi aliquando auget naturale rerum pretium; aliquando minuit. Unde eadem res multò carius venduntur minutatim, quam in magna quantitate, ut vulgare est, & notant Rebellus citatus num. 36. Syluester verb. emptio. quæst. 20. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 348. §. obserua tamen. nam prior ille modus vendendi per minutias, plus laboris, plus expensarum secum affert, & in causa est, ut per eas minutiarum diuisiones, res ipsæ multum deficient.

Hinc fit, ut res vilius, & iuste emantur infra infimum pretium in eo modo vendendi, quo sub hasta venduntur, aut per proxenetas; vel quando scholastici finitis studiis, in discessu suos libros, & mobilia vendunt; quia tunc in eo modo vendendi, illud pretium infra infimum, quo venditur, est iustum; respectu alterius modi vendendi, quo officiales communiter vendunt, ut docent Caietanus 2. 2. quæst. 77. art. 1. Nauarrus in Manuali Latino cap. 23. num. 78. Sotus lib. 6. de iustitia. quæst. 2. art. 3. Molina tom. 2. disp. 348. §. Quarto obserua. & alij. Primo, quia venditores tunc offerunt ipsas merces, & querunt, rogantque emptores cum illis. Vltroneæ autem merces aliquando pro tertia parte vilescunt, ut notat Molina citatus: aliquando pro dimidietate, aded, ut dixerit Palatius in Adnotationibus ad summam Caietani, verb. Emptio, cap. 1. iuste posse emptorem, quando illi merx offertur, emere pallium, quod valet quatuor, duobus; excessit tamen Palatius, ut ait Rebellus 2. p. de obligat. iust. lib. 9. q. 1. sect. 7. n. 36. nisi interueniat libera donatio excessus, vel alia circumstantia notabiliter pretium minuens, ut est pestis, vel belli tempus; quare æquior est opinio Molina, & iustior.

Querunt

CAPVT XXX.

An ex aliquibus causis, & circumstantiis, & quibus, possit naturale pretium mutari infra infimum, aut augeri supra summum.

- 1 Cur pretium naturale rei, qua venditur, modo maius, modo minus sit, cum tamen res naturales semper sint perpetua, & varietatem non admittant?
- 2 Mercium penuria, & emptorum abundantia, augent pretium naturale rei supra supremum. Sicut mercium abundantia, & emptorum penuria illud minuit infra infimum. ibid.
- 3 Abundantia pecunie in locis multum pecuniosis etiam illud auget.
- 4 Modus vendendi res minutatim seu per minutias, etiam illud auget.
- 5 Modus venditionis sub hasta, & per proxenetas, & quando scholastici, finitis suis studiis, ab Academijs discedunt, minuit rerum, quas vendunt, pretia infra infimum; & agitur de modo vendendi sub hasta.
- 6 Tempore necessitatis, an possint diuites emere operas pauperum licite pro pretio infra infimum.
- 7 Quam ob causam, primi fructus maris, vel terra, iuste, & licite carius emantur, quam postea, & in se valeant.
- 8 Maior utilitas rerum, & mercium in Republica pretium illarum auget, sicut minor illam minuit.
- 9 Res, quando est utilior vendenti, quam ementi, potest iuste carius vendi supra iustum rigorosum.
- 10 Bonitas rei efficere potest, ut res carius ematur supra supremum; sicut vitium illius, ut vilius vendatur infra infimum.
- 11 Transportatio mercium ex uno loco in alium, in causa esse potest, ut accrescat pretium supra rigorosum.
- 12 An ad aestimandum iustum pretium rei, computanda sint expensae, quas mercatores faciunt in illis asportandis ad loca, ubi illas vendunt.
- 13 Res immobiles iuste emuntur per aestimationem fructuum illorum in viginti annis.
- 14 Per quam rem sit aestimandum pretium rerum, que de nouo ad aliquod Regnum, urbem, vel Prouinciam aduehantur.

I. **H**A, quae naturalia sunt, mutari non possunt, sunt enim de se perpetua. Inquirimus igitur, an propter aliquas circumstantias, & causasque extrinsecas, pretium naturale rerum mutari, hoc est, minui, vel augeri possint. Et verò non est negandum, huiusmodi pretium rerum naturalem hanc varietatem maioris, & minoris augmenti, recipere posse respectu diuersarum circumstantiarum, & causarum ab extrinseco aduenientium; nam ea solum naturalia, perpetua sunt, & varietatem non accipiunt, quae fluunt ex essentia rei, aut illas constituunt; at pretium naturale, non ideo dicitur naturale, quia naturam habeat immutabilem, aut ex intima essentia rerum vendibilium fluat; sed ideo dicitur naturale, quia nulla lege taxæ

est taxatum, sed pender à communi, & naturali hominum prudentia, & iudicio intelligentium rerum; quare, cum hoc hominum iudicium, & hæc prudentia in ponendis pretiis rebus, sit ex natura sua, variabile, & pendeat ex causis, & circumstantiis extrinsecis, necesse est, ut variari possit; & oportet scire, quæ causæ, & circumstantiæ sint, ob quas crescere supra supremum, & minui infra infimum currere possit.

Multæ igitur sunt causæ augentes pretium naturale rerum vendibilium supra summum, & multæ minuentes infra infimum.

Prima, ex numero augentium illud, est mercium penuria, & emptorum abundantia; sicut enim mercium abundantia, & emptorum penuria, multum minuunt rerum pretia naturalia; ita mercium penuria, & emptorum abundantia, illa augent, quod enim rarum est, pretiosum est; hinc est, quod in fine nundinarum, quia supersunt merces, & deficient emptores, propter abundantiam illarum, & penuriam istorum, ordinariè, & regulariter loquendo, pretium vilescat, ut notant Sorus lib. 6. de iustitia, quæst. 2. art. 3. Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quæst. 1. sect. 1. num. 34. Conarruuias lib. 2. variarum. cap. 3. num. 4. ad finem. Caietanus 2. 2. quæst. 77. art. 1. Hinc etiam est, quod tempore belli, post victoriam ex hostibus consequutam, & tempore pestis, res vilius emantur, propter abundantiam rerum, & propter inopiam emptorum.

Secunda causa augens naturale rerum pretium, est abundantia pecunie in aliquibus orbis partibus; unde, posita æquali mercium abundantia in Hispania, & nouo Orbe, vel in Belgio, propter abundantiam pecunie, carius res emuntur in nouo Orbe, quam in Hispania, & in Hispania, quam in Flandria.

Tertia causa augens, est modus vendendi; modus enim vendendi aliquando auget naturale rerum pretium; aliquando minuit. Unde eadem res multò carius venduntur minutatim, quam in magna quantitate, ut vulgare est, & notant Rebellus citatus num. 36. Syluester verb. emptio. quæst. 20. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 348. §. obserua tamen. nam prior ille modus vendendi per minutias, plus laboris, plus expensarum secum affert, & in causa est, ut per eas minutiarum diuisiones, res ipsæ multum deficient.

Hinc fit, ut res vilius, & iuste emantur infra infimum pretium in eo modo vendendi, quo sub hasta venduntur, aut per proxenetas; vel quando scholastici finitis studiis, in discessu suos libros, & mobilia vendunt; quia tunc in eo modo vendendi, illud pretium infra infimum, quo venditur, est iustum; respectu alterius modi vendendi, quo officiales communiter vendunt, ut docent Caietanus 2. 2. quæst. 77. art. 1. Nauarrus in Manuali Latino cap. 23. num. 78. Sotus lib. 6. de iustitia. quæst. 2. art. 3. Molina tom. 2. disp. 348. §. Quarto obserua. & alij. Primo, quia venditores tunc offerunt ipsas merces, & querunt, rogantque emptores cum illis. Vltroneæ autem merces aliquando pro tertia parte vilescunt, ut notat Molina citatus: aliquando pro dimidietate, aded, ut dixerit Palatius in Adnotationibus ad summam Caietani, verb. Emptio, cap. 1. iuste posse emptorem, quando illi merx offertur, emere pallium, quod valet quatuor, duobus; excessit tamen Palatius, ut ait Rebellus 2. p. de obligat. iust. lib. 9. q. 1. sect. 7. n. 36. nisi interueniat libera donatio excessus, vel alia circumstantia notabiliter pretium minuens, ut est pestis, vel belli tempus; quare æquior est opinio Molina, & iustior.

Querunt

valde augere solet apud omnes, & secundum omnium estimationem, ut ex multis iuribus confirmat Pinellus 3. part. C. de rescind. vendit. cap. ult. n. 32. vnde num. 39. insinuat, ratione periculi, non esse vendendam seruum pregnantem, maiori pretio; sed Rebellus num. 37. & Alexander, & Paulus Castrensis inducti ab eodem Pinello, melius contrarium docent, cum multo verosimilius sit lucrum ex prole nascitura, quam periculum mortis ex partu; hac tamen de causa, minus valet res litigiosa, vel cui onus adnexum est, quam res immunis à litigio, & ab onere.

11. Septima causa augens pretium naturale rei, est translatio mercium ex loco, ubi vilius, ad locum, ubi carius, venduntur; & melioratio illis facta per humanam industriam, vel per naturam, & tempus currens, ut si equus, vel aliud animal creuit, vel melius factum est, propter tuam industriam: ita Molina tom. 2. disp. 348. §. Translatio.

12. Ex dictis euidenter sequitur, falsam esse regulam, quam tradit Scotus in 4. dist. 15. quest. 2. art. 2. ad finem, & Maior. ibi. quest. 41. ad iustum scilicet pretium rerum in manu mercatoris arbitrandum, computandas esse expensas in iisdem mercibus asportandis, conseruandisque, factas, & computandum valorem industriz, & periculorum, quibus se exposuit, non secus, ac si mercede conductus, ea in re inferuisse mercator Reipublice; & asserunt, non esse iniustum pretium, si his omnibus respondeat augmentum pretij mercium. Vnde inferunt, si calu periret nauis, in qua merces vehabantur, vel domus, in qua custodiebantur, posse mercatores, ad damnum compensandum, alias merces carius vendere in eadem Republica, oppido, aut ciuitate, in qua erant vendendae: sed istam regulam communiter, ut falsam, reprobant Doctores, & specialiter illam reprobat Molina tom. 2. de iust. disp. 348. §. ex distis. Sotus lib. 6. de iust. quest. 2. art. 3. Conarruuias lib. 2. variarum. cap. 3. num. à versu 2. usque ad 6. Medina C. de rest. quest. 31. Contrad. de contrahib. quest. 56. nec enim pretia rerum inde arbitranda sunt, quid mercator prudenter, aut imprudenter negotiatus fuerit, multumque lucrum, aut damnum recipiat, exponat se maioribus, aut minoribus periculis, aut quod merces suas in hanc, vel illam nauem vehendas inferret ad locum, ubi exponendae sunt venditioni, sed ex communi hominum iudicio, quo hic, & nunc, hoc est, in tali tempore, & loco, quo res venduntur, valent: quod patet ex l. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. & ex textu in cap. 1. de empt. & vendit. & ex l. si seruum meum. ff. ad legem Aquilianam. Nemo enim ignorat pretia rerum, alia in aliis locis esse, & omnibus penè annis mutari, prout navigationes constiterint, felicesque, aut infelices fuerint; vnde patet etiam, in pretij iusti estimationem, non esse considerandum, quanti res empta fuerit, nec quos labores, & pericula mercatores in eis aduehēdis, fuerint perpeffi, sed quantum hic, & nunc, tempore, quo venduntur communi hominum intelligentium iudicio, & estimatione, valent; sic planè mercator ille, qui maioribus expensis, quam alius, merces suas attulit ex Flandria, non ideo eas poterit carius vendere in hoc loco, quam communi hominum estimatione, & iudicio, ibi valeant. Nec etiam poterit quidquam exigere, aut recipere vltra pretium commune rigorosum, ex eo, quod rem illam pluris emerit, aut propter damnum, quod ipse ex venditione patitur, quia estimatio iusti pretij, ut patet ex citatis legibus, rerumque pretia non pendunt ex his circumstantiis, sed pendet ex commu-

ni hominum estimatione, consideratis omnibus circumstantiis temporis, quo hic, & nunc venduntur.

Magis verò probanda erit regula illa pro estimando pretio rerum immobilium, quam tradit Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 1. sect. ult. §. ultimo. & communiter probatur ab omnibus, ut tantum valeant, regulariter loquendo, quantum valent illarum redditus, & fructus, deductis expensis spatio viginti annorum; quanti autem valeant prædicti fructus, quos reddant in singulos annos, habenda erit ratio viginti trium annorum præcedentium, ut docet idem Rebellus, & Angelus verb. estimatio, §. 1. & 2. & Pinellus, quem citat præfatus Rebellus, nam quamuis, ob multitudinem, aut paucitatem emptorum, variari pretium possit, ut dictum manet, ideo tam amplum 23. annorum spatium, ad id, quoad valent, considerandum, datur.

Quando verò de nouo aliqua merces in aliquas provincias asportantur, pretium tunc ponendum est, & arbitrandum, ex qualitate, quantitate, utilitate illarum, itemque ex necessitate maiori, vel minori ad vsum communem, attentis aliis difficultatibus in iis deferendis, asportandisve, nam nouitas, utilitas communis, raritasque, & inopia illarum, magnopere auget pretium, & hoc quidem pretium statuendum est, vel per Reipublice magistratus, vel per venditores, vel per emptores, vel per homines intelligentes earum rerum: neque idcirco tunc pretium damnandum est, quod lucrum sit multum, si res nouæ sint, & multos emptores habeat. Ita Molina tom. 2. disp. 348. §. ultimo.

CAPVT XXXI.

An, ratione lucri cessantis, & damni emergentis, possit venditor rem carius vendere, quam pretio supremo currenti valeat? & an mercator, qui scit pretium mercium breuiter minuendum, vel per legem, vel per multarum mercium abundantiam, possit suas pretio currenti distrahere?

- 1 Licite res possunt emi maiori, & minori pretio intra latitudinem supremi & infimi.
- 2 An, ratione lucri sibi cessantis, & damni emergentis, possit venditor licite res carius vendere vltra supremum, & quantum.
- 3 An, quando vendens constituit vendere triticum, oleum, vel merces suas in mense Maij, possit licite illas modo vendere pro pretio, quod tunc habuerint.
- 4 Et tempus tunc determinabit pretij certitudinem.
- 5 An iustus sit iste contractus, & licitus: Vendo, vel lauo tibi hanc rem pro hoc pretio, seu pro tot mensuris tritici, vini, vel olei, soluendus in die Natalitij Domini?
Et an sit etiam iustus iste contractus, quando simul cum illo celebratur; si tunc illas mihi non solueris, persolues illas pro maiori pretio, quod habuerint in toto illo anno, ibid.

valde augere solet apud omnes, & secundum omnium estimationem, ut ex multis iuribus confirmat Pinellus 3. part. C. de rescind. vendit. cap. ult. n. 32. unde num. 39. insinuat, ratione periculi, non esse vendendam seruum pregnantem, maiori pretio; sed Rebellus num. 37. & Alexander, & Paulus Castrensis inducti ab eodem Pinello, melius contrarium docent, cum multo verosimilius sit lucrum ex prole nascitura, quam periculum mortis ex partu; hac tamen de causa, minus valet res litigiosa, vel cui onus adnexum est, quam res immunis à litigio, & ab onere.

11. Septima causa augens pretium naturale rei, est translatio mercium ex loco, ubi vilius, ad locum, ubi carius, venduntur; & melioratio illis facta per humanam industriam, vel per naturam, & tempus currens, ut si equus, vel aliud animal creuit, vel melius factum est, propter tuam industriam: ita Molina tom. 2. disp. 348. §. Translatio.

12. Ex dictis euidenter sequitur, falsam esse regulam, quam tradit Scotus in 4. dist. 15. quest. 2. art. 2. ad finem, & Maior. ibi. quest. 41. ad iustum scilicet pretium rerum in manu mercatoris arbitrandum, computandas esse expensas in iisdem mercibus asportandis, conseruandisque, factas, & computandum valorem industriz, & periculorum, quibus se exposuit, non secus, ac si mercede conductus, ea in re inferuisse mercator Reipublice; & asserunt, non esse iniustum pretium, si his omnibus respondeat augmentum pretij mercium. Unde inferunt, si calu periret nauis, in qua merces vehabantur, vel domus, in qua custodiebantur, posse mercatores, ad damnum compensandum, alias merces carius vendere in eadem Republica, oppido, aut ciuitate, in qua erant vendendae: sed istam regulam communiter, ut falsam, reprobant Doctores, & specialiter illam reprobat Molina tom. 2. de iust. disp. 348. §. ex distis. Sotus lib. 6. de iust. quest. 2. art. 3. Conarruuias lib. 2. variarum. cap. 3. num. à versu 2. usque ad 6. Medina C. de res. quest. 31. Contrad. de contractib. quest. 56. nec enim pretia rerum inde arbitranda sunt, quid mercator prudenter, aut imprudenter negotiatus fuerit, multumque lucrum, aut damnum recipiat, exponat se maioribus, aut minoribus periculis, aut quod merces suas in hanc, vel illam nauem vehendas inferret ad locum, ubi exponendae sunt venditioni, sed ex communi hominum iudicio, quo hic, & nunc, hoc est, in tali tempore, & loco, quo res venduntur, valent: quod patet ex l. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. & ex textu in cap. 1. de empt. & vendit. & ex l. si seruum meum. ff. ad legem Aquiliam. Nemo enim ignorat pretia rerum, alia in aliis locis esse, & omnibus penè annis mutari, prout navigationes constiterint, felicesque, aut infelices fuerint; unde patet etiam, in pretij iusti estimationem, non esse considerandum, quanti res empta fuerit, nec quos labores, & pericula mercatores in eis aduehēdis, fuerint perpeffi, sed quantum hic, & nunc, tempore, quo venduntur communi hominum intelligentium iudicio, & estimatione, valent; sic planè mercator ille, qui maioribus expensis, quam alius, merces suas attulit ex Flandria, non ideo eas poterit carius vendere in hoc loco, quam communi hominum estimatione, & iudicio, ibi valeant. Nec etiam poterit quidquam exigere, aut recipere vltra pretium commune rigorosum, ex eo, quod rem illam pluris emerit, aut propter damnum, quod ipse ex venditione patitur, quia estimatio iusti pretij, ut patet ex citatis legibus, rerumque pretia non pendent ex his circumstantiis, sed pendent ex commu-

ni hominum estimatione, consideratis omnibus circumstantiis temporis, quo hic, & nunc venduntur.

Magis verò probanda erit regula illa pro estimando pretio rerum immobilium, quam tradit Rebellus 2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 1. sect. ult. §. ultimo. & communiter probatur ab omnibus, ut tantum valeant, regulariter loquendo, quantum valent illarum redditus, & fructus, deductis expensis spatio viginti annorum; quanti autem valeant praedicti fructus, quos reddant in singulos annos, habenda erit ratio viginti trium annorum praecedentium, ut docet idem Rebellus, & Angelus verb. estimatio, §. 1. & 2. & Pinellus, quem citat praefatus Rebellus, nam quamuis, ob multitudinem, aut paucitatem emptorum, variari pretium possit, ut dictum manet, ideo tam amplum 23. annorum spatium, ad id, quoad valent, considerandum, datur.

Quando verò de nouo aliqua merces in aliquas provincias asportantur, pretium tunc ponendum est, & arbitrandum, ex qualitate, quantitate, utilitate illarum, itemque ex necessitate maiori, vel minori ad vsum communem, attentis aliis difficultatibus in iis deferendis, asportandisve, nam nouitas, utilitas communis, raritasque, & inopia illarum, magnopere auget pretium, & hoc quidem pretium statuendum est, vel per Reipublicae magistratus, vel per venditores, vel per emptores, vel per homines intelligentes earum rerum: neque idcirco tunc pretium damnandum est, quod lucrum sit multum, si res nouae sint, & multos emptores habeat. Ita Molina tom. 2. disp. 348. §. ultimo.

CAPVT XXXI.

An, ratione lucri cessantis, & damni emergentis, possit venditor rem carius vendere, quam pretio supremo currenti valeat? & an mercator, qui scit pretium mercium breuiter minuendum, vel per legem, vel per multarum mercium abundantiam, possit suas pretio currenti distrahere?

- 1 Licite res possunt emi maiori, & minori pretio intra latitudinem supremi & infimi.
- 2 An, ratione lucri sibi cessantis, & damni emergentis, possit venditor licite res carius vendere vltra supremum, & quantum.
- 3 An, quando vendens constituit vendere triticum, oleum, vel merces suas in mense Maij, possit licite illas modo vendere pro pretio, quod tunc habuerint.
- 4 Et tempus tunc determinabit pretij certitudinem.
- 5 An iustus sit iste contractus, & licitus: Vendo, vel laeo tibi hanc rem pro hoc pretio, seu pro tot mensuris tritici, vini, vel olei, soluendus in die Natalitij Domini?
Et an sit etiam iustus iste contractus, quando simul cum illo celebratur; si tunc illas mihi non solueris, persolues illas pro maiori pretio, quod habuerint in toto illo anno, ibid.

456 De translat. dominij per empt. & vend.

- 6 Primus tunc contractus est licitus, & secundus usurarius, & num. 7. & 8.
- 9 An ille mercator, qui scit, merces mox habituras vilissimum pretium, possit licite modo vendere suas pretio currenti, absque restitutione. Referitur prima opinio, negans.
- 10 Praefertur affirmans, & num. 11.
- 12 An saltem id sit contra charitatem.
- 13 Quid, si tunc unum emptori vendat tantam quantitatem, ut ille deperderetur.
- 14 Quid, si fraudulenter inducat venditor ad illas tunc pretio currenti emendas.
- 15 An ille mercator, qui citius peruenit ad portum, & affirmat, nullas naues secum soluisse, & ob id citius suas merces vendit, teneatur ad restitutionem, & an peccet, & num. 16.
- 17 Quomodo explicanda sit regula: Quae parum distant, nihil distare videntur; & solvantur argumenta prima opinionis n. 9. posita.
- 18 An ille, qui secreto scit, pretium rerum, aut monetae, per pragmaticam, vel legem, mox esse minuendum, possit licite, & absque obligatione restituendi, res, & monetas suas distrahere pretio currenti. Referitur prima opinio asserens, id esse contra iustitiam, & teneri ad restitutionem.
- 19 Praefertur secunda negans, & num. 15. & 20.
- 21 Quid, si res, quae distrahantur, sint alicuius magistratus, qui fecit pragmaticam.

1. **Q**UESTIONES tactae in titulo, procedunt de pretio ultra supremum currentis, & de pretio infra infimum: nam intra totam hanc latitudinem, infimi, & supremi, licita est venditio, & ideo, nomine pretij currentis, venit tam infimum, quam supremum, quia licitum est mercatoribus, modò hoc, modò illo vendere, absque obligatione restitutionis; & ideo inquirimus, an ultra supremum currentis, possint licite mercatores vendere merces suas, ratione lucri cessantis, & damni illis emergentis ex tali venditione: & illas etiam emere vilius infimo, ratione eiusdem lucri cessantis, damni que emergentis; & circa hanc rem, iam aliquid attingimus capite praecedenti, in num. 9. modò tamen, claritatis gratia, rem amplius explicamus.

2. Dubium ergo est; an, ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, possit venditor licite rem vendere citius, quam nunc valeat? Et clarè, & resolutivè respondeo, posse. v. c. constituit venditor servare rem, usque in talem mensuram, vel tempus, in quo plus valitura est, ut tunc illam vendat, & modò se offerunt emptores, poterit illam eis vendere eo pretio, quo valitura erat tempore, quo constituerat illam vendere: & quidem, si moraliter certum sit, illam eo tempore valituram viginti, poterit modò illam viginti vendere, detracta tamen, arbitrio prudentis, aestimatione custodiae, & periculi corruptionis, interitusve rei. Unde, si custodia, & periculum aestimetur duobus, poterit solum illam vendere octodecim. Si autem sit dubium, an valitura sit viginti, & probabile sit, quòd sit valitura inter quatuordecim, aut quindecim, plus, minusve, pro ratione dubij, potest eligi pretium, quòd sit medium inter hos quatuordecim, aut quindecim autcos, vel regales, augendo semper, vel minuendo pretium, pro ratione maioris, vel minoris dubij. ita Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 21. de empt. & venditione, dub. 4. num. 3. ubi dicit, ita intelligendum esse cap. in civitate, de usuris; loquitur enim istud caput de illo, qui rem erat serva-

turus usque ad tempus solutioni determinatum; & ait, venditorem, modò posse illam vendere pro eo pretio, quòd plus, minusve, tunc putatur habitura: & praeter Lessium, hanc quoque opinionem tenet Covarruvias lib. 2. variar. cap. 3. num. 6. vers. ceterum, ibi, Ceterum licet mercatori rem vendere, ob dilatam pretij solutionem, citius iusto pretio, quo res ipsa valebat tempore contractus; & id permittitur, ubi adest dubium, an res ipsa tempore solutionis, sit plus, vel minus valitura, nec venditor erat ante tempus solutionis, venditurus: his enim duobus contingebus, licita est hac venditio. Hæc ille; & id probat ex cap. in civitate, de usuris, & ex cap. naviganti, eodem titulo, & ex Sylvestro verb. usura 2. §. 2. maiori, in 4. dist. 15. quest. 32. & ex aliis.

Iam verò licitum esse hunc venditionis contractum: Vendo tibi modò hanc vini, vel tritici mensuram pro eo pretio, quòd habebit mense Maij, quo ego constituo illud vendere; si reuera usque ad illud tempus, illud erat venditor servaturus, non est dubium, & in hoc conveniunt omnes Doctores; modò tamen deducatur aestimatio periculi deteriorationis ipsius rei, quòd usque ad illud tempus habitura erat arbitrio prudentis.

Dices: Incertum est, & sciri non potest, quòdnam pretium habitura sit res, eo tempore, quo venditor constituerat illam vendere. Respondeo, posse venditorem tunc illam vendere pretio per tempus determinando, nempe ut emptor venditori solvat, quantum euentus; & tempus ostendet rem tali tempore valituram, quo ille constituerat illam vendere pro summo pretio, & rigoroso, quo tunc valebit, quia certius esse non potest, illum tunc eo pretio eam venditurum, & ideo non cessat illi certò hoc lucrum; quare detrahenda etiam erit hæc incertitudo summi pretij, & tantum de venditione detrahendum, minuendumque, quantum iudicio prudentis, arbitrabitur. ita Lessius modò allegatus num. 28.

Ex dictis venit resoluendus casus, à nobis olim ab illusterrimo Episcopo Lerinensi, D. Dionysio de Mello, inquisitus. Talis erat casus: Certus Dynasta, in hoc Regno Lusitaniae, habet in vrbe certa, & illius termino, tributum Regium, quòd vocatur *Ingada*, quòd tributum, agricolae, iuxta antiquissimum forale huius tributi, tenentur illi solvere in Natalitio Domini; non solventibus autem tali tempore, poena est ipsius foralis, ut solvant singulas mensuras frumenti maiori pretio, quo illo anno valebit, & ita ab antiquissimis temporibus observatur, omnesque contractus, qui in illa vrbe, & termino illius, in venditionibus frumenti, & annonae, celebrantur, fiunt iuxta contractum huius foralis. Illustrissimus hic Prælati, indicans, huiusmodi contractus esse usurarios, sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, inhibuit, ne aliquis in posterum talibus contractibus uteretur. Restitit populus huic præcepto, & prohibitioni, allegans contractum foralis, & possessionem multorum annorum, in qua erant omnes. Quæsitum est, an sint hi contractus usurarij, & an possit Prælati in conscientia reuocare præceptum, & permittere illis suum usum antiquissimum.

Respondi ego, hunc contractum habere duos contractus simul implicitos. Primus, est, ut vinum, vel triticum emptum soluturi sint venditores emptoribus in Natalitio Domini, vel pro pretio, quo tunc valebit. Secundus, est, ut si tunc venditores non soluerint, solvant pro pretio maioris aestimationis, quòd in discursu anni habebit.

Quantum ad primum contractum, dixi, mihi videri,

3.

4.

5.

6.

videri, esse licitum, & iustificatum, & consequenter non esse usurarium, quia praefigitur tempus certum ad solutionem, quo tempore, quemadmodum mensura panis, vel vini potest valere plurius, quam valebat tempore venditionis, & celebrationis contractus, ita etiam poterat valere minoris; atque ita periculum lucri, vel iacturae, spectat ad utrumque contrahentem, & ideo, ratione huius dubij, & periculi, cui se utrique contrahentes exponunt, manet contractus iustificatus, iuxta communem opinionem Doctorum, quam sequitur Rebellus tom. 1. de iustitia. 2. part. lib. 9. quest. 11. n. 3. Medina C. de rest. quest. 38. causa 35. Hostiensis in summa. tit. de usuris. §. an aliquando, vers. Quid ergo. Sylvester verb. usura 2. §. 2. Couarruias lib. 2. variarum. cap. 3. n. 6. vers. Caterum. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dub. 6. num. 2. & iuxta ius Canonicum in cap. naviganti, & in cap. in ciuitate de usuris. & quamuis ius Canonicum in his capitulis approbet speciem huius contractus, semper tamen, ut notant Doctores allegati, & communiter omnes, intelligendum id est, dummodo minuatut aestimatio periculi deteriorationis vini, vel frumenti, quam poterat habere, vsque ad illud tempus Natalitij Domini, & expensae, quae faciendae erant, in custodia, & conseruatione illius; est enim hoc, arbitrio prudentis, aestimabile; & ideo valor huius diminutionis, qui detrahendus est, arbitrio etiam prudentis committitur.

7. Quantum ad secundum, respondi, esse usurarium, & minimè posse iustificari, quia in eo non praefigitur tempus certum, quo venditores teneantur soluere, & in quo triticum, vel vinum poterit plurius, vel minoris valere, quam tempore venditionis, & celebrationis contractus; sed assignatur tantum tempus incertum maioris pretij, quod habuerit in discursu totius anni, & ita manent tuti & securi emptores, in lucro, & relinquunt, ac refundunt periculum minoris aestimationis, ac valoris, in venditores: atque adeò in lucro excludunt omnem rationem iustificantem hunc contractum, ab ipso contractu, & manet contractus, usurarius, quia tota ratio iustificans illum, erat periculum maioris, vel minoris valoris, cui contrahentes, hoc est, tam emptor, quam venditor, se exponebant. Haec enim est ratio, ob quam, iustificatum, & minimè usurarium esse, ait, praedictum contractum, ipsum ius Canonicum in cap. naviganti, de usuris. ibi, *Ratione huius dubij, etiam excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum vendit, ut amplius recipiat in certo termino, quam tunc valeant pro istis; si tamen tempore contractus, non fuerit venditurus.* & glossa ibi, *Propter dubium excusatur, quia tam emptor, quam venditor, aequaliter commodum, aut incommodum ex dilatione expectat.* & consequenter manet usura palliata, quia expectatur solutio, & illi dilationi, & expectationi respondet tunc totum illud maius pretium, quod pannus, oleum, vel vinum habiturum est in toto discursu illius anni, in quo maiori pretio erat aestimandum: accipere autem pretium, vel aliquid pretio aestimabile praecise pro expectata solutione, dilationeque illius, est illicitum, usuraque palliata cum obligatione restitutionis, ut tenent communiter Doctores, D. Thomas 2. 2. quest. 78. art. 2. ad 7. ibi, *Expectatio pretij soluendi, habet rationem mutui, & quidquid pro hac expectatione accipitur, vel exigitur, est usura.* Molina tom. 2. de iustitia, disp. 355. §. Conueniunt. & §. Quamuis. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 6. num. 50. Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 11. num. 1. Toletus lib. 5. Summa cap. 28. n. 1.

Fagundez de Iustitia, &c.

Sorus lib. 6. de iust. quest. 1. tunc enim celebratur iste contractus implicite, & palliate: Do tibi mutuum hunc panem, & vinum, & pro mutuo dabis, soluesque mihi valorem maioris pretij, quod in toto hoc anno habebit, & quamuis hic contractus coloretur nomine contractuum emptoris, & venditionis, re vera non est venditio, est mutuum, est usura, quia in illo pro mutuo re vera pretium accipitur, contra illud sacrae paginae Lucae 6. num. 35. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* & num. 34. *Si mutuum dederitis huic, a quibus speratis recipere, quae gratia vobis est? Nam & peccatores peccatoribus saenerantur, ut recipiant aequale.*

8. Incola autem huius vrbis, & illius termini colorabant hunc secundum, cum colore primi, dum illum faciebant, iuxta formam contractus tributi Iugatae antiquissimi, & post celebrationem, & colorem hunc, deserebant illum primum, & sequebantur istum secundum usurarium, quod scilicet soluent iuxta maius pretium, quod habuerit triticum, oleum, vel vinum, toto illo anno, non designando certum tempus ad soluendum; quemadmodum designat contractus foralis, in quo sicut poterat valere plus, ita & minus: sed designando absolute tempus maioris aestimationis totius anni, & sic ponunt se emptores in tuto, & relinquunt venditores in periculo; quod est usura, iuxta decisionem cap. naviganti, & cap. in ciuitate. de usuris, ut diximus. Quam ob rem ex dictis colligitur, esse huiusmodi contractum, qui in ea vrbe, & illius termino ab antiquissimis temporibus celebratur sub specie, & contractus foralis usurarium, & iustificari non posse, sua antiquitate, incumbereque proinde Praelatis ex officio, illum abolete. Episcopus enim teneretur reddere rationem Deo pro animabus sibi commissis, si male custodierit oues suas. Ioannis 21. 1. Petri cap. 5.

9. Quaestio est non vulgaris; an mercator ille, qui scit, mox minuendum esse pretium mercium, per magnam abundantiam breuiter superuenturam, possit licite omnes merces suas vendere pretio currenti: Et hac de re, partim inuenio opinionem. Prima negat. eam tenet Conradus de contractibus, quest. 63. & 64. Ioannes Medina C. de rest. q. 35. post Ciceronem cum Antiparro lib. 3. de officijs. affirmantes, eos, qui merces suas vendunt pretio currenti, scientes, breui illarum pretium minuendum per magnam copiam superuenturam, emptoribus id ignorantibus, contra iustitiam peccate, & restitutioni manere obnoxios: primo, quia ea, quae parum distant, nihil distare censentur, ut est regula iuris communis, & quae certo, & moraliter breuiter praesentia futura sunt, iam praesentia esse censentur. Sic vnus Euangelista dicit, *Hic est sanguis qui pro vobis effundetur*, Matth. cap. 26. & Lucae 22. Similiter loquens de sanguine, ait, *qui pro vobis effundetur*; de corpore vero loquens, ait, *Quod pro vobis traditur*; cum tamen corpus eodem tempore mortuum, & sanguis simul, & eodem tempore effusus fuerit; sed in vtroque modo loquendi verum dixit Euangelista, quia, quae parum distant, nihil distare censentur, & quae mox futura sunt, iam praesentia esse dicuntur. Ergo abundantia breuiter superuentura iam praesens esse censetur, ac proinde non potest mercator merces suas vendere, absque obligatione restitutionis, pretio currenti, sed teneretur illas vendere pretio mox futuro, cum iam praesens esse moraliter censetur. Secundo, quia communis aestimatio iudicans pretium currentis tunc, & in ea circunstantia esse iustum, fundatur in communi errore, & ignorantia omnium ciuium,

Q9 qui

qui ignorant eam abundantiam breuiter superuenturam, quæ autem in errore fundantur, iusta esse non possunt. *Tertio*, quia venditor manifestate tenetur emptori vitium rei venditæ, quod eam vilescere facit, aut saltem detrabere tantum de pretio, quantum vitium illud æstimatur; sed non minus facit rem vilescere vitium occultum, quam copia mercium breuiter superuentura; ergo etiam tenetur mercator copiam manifestare, vel reducere merces ad pretium, quod post illam copiam, habitura erunt.

10. Secunda opinio verior, & probabilior, affirmat. hanc tenent D. Thomas 2. 2. *quest. 77. art. 3. ad 4.* Caietanus *ibi*. Syluester *verb. emptio. quest. 15.* Sotus *lib. 6. de iust. quest. 3. art. 2. ad 3.* Couarruias *ad reg. peccatum 2. part. §. 4. num. 5. & 6.* Molina *tom. 2. disp. 354. §. contrariam.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 5. num. 40.* Pinellus *l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. cap. 2. num. 24.* & alij, quos ipsi inducunt. Ratio est, *primò*, quia ille tunc iuste vendit rem, & iusto pretio currenti, illo scilicet, quod vel communis hominum æstimatio taxauit, vel iusta taxa, nemo autem tenetur ad restitutionem, ex eo, quod iusto pretio, & per taxam assignato vendidit. *Secundò*, quia priuata scientia venditionis, quam habet de pretio breui minuendo per superuenturam abundantiam, non mutat pretium taxatum, vel currenti; sicut nec priuata scientia emptoris illam non mutat, alioqui nec emptor posset emere pretio currenti, si sciat statim valde augendum, quod nemo diceret. *Tertio*, quia si scientia particularis alicuius de futura breuiter abundantia minueret pretium currentium, quas vendit, profectò etiam scientia particularis alicuius futura egestatis, augetur illud, eòdem sit par utrobique ratio; quare peccaret Ioseph, *Genes. 41.* & teneretur ad restitutionem, emens triticum pretio currenti tempore abundantie; sciens, breuiter per futuram egestatem augendum, quam si Ægyptij scirent, nequaquam illud ei venderent prædicto pretio. *Quarto*, quia sequeretur, eum, qui dum pluuia desideratur, venderet frumentum pretio tunc currenti, teneri ad restitutionem, si subito per causas naturales pluuia superueniat, quia circumstantia illa, quod breui per causas naturales pluuia sit superuentura, talis est, vt minueret pretium iustum rerum, si ab emptoribus agnosceretur.

11. Ex hac opinione, quæ est certa, patet, posse illum licet, & honestè, qui scit breuiter obsidionem vrbis futuram, emere celesiter merces pretio currenti, vt eas tempore obsidionis carius vendat. Patet etiam, posse se elocare domum tuam pretio solito, & currenti, etiam si scias, pretium domorum mox fore minuendum, ob aulæ discessum, vel ob eminentem pestem, vt doctè animaduertunt Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 5. num. 44.* Rebellus 2. *part. de iust. lib. 9. quest. 6. num. 8. §. similiter*; quia illud periculum, cum sit extrinsecum mercibus, nihil illas minuit, vel auget, quoad pretium.

12. Patet igitur, non esse hoc contra iustitiam, an sit contra charitatem, dubitant nonnulli. Respondendum tamen, nec contra charitatem esse, quia tunc venditores vtuntur iure suo, quod habent ad vendendum suas merces currenti pretio tempore presenti, & propter illam scientiam, quam habent de diminutione pretij breuiter futura per superuenturam abundantiam rerum illarum vendibilium, non redditur peioris conditionis, quam erant, dum illam non habebat, nec scientia particularis illis nocere debet; quare, sicut illam non haberent, non

peccarent contra charitatem, res suas pretio currenti vendentes. ita Molina *tom. 2. de iust. disp. 354. §. dubium est.* Lessius modò inductus *num. 43.* & D. Thomas 2. 2. *quest. 77. art. 3.* dum ait, id non facere, & manifestare futuram abundantiam, solum esse opus supererogationis, & maioris virtutis: quibus verbis aperte significat, in eo nullum esse peccatum, neque contra iustitiam, neque contra charitatem, regulariter loquendo.

Dixi, *regulariter loquendo*, quia, vt doctè animaduertit Lessius, aliquando fieri potest, vt sit contra charitatem; veluti, si vni ingentem copiam talium mercium vendas, ita vt maius sit illius incommodum, quam tuum commodum, & ita vt graue damnum ille inde incurrat. Et mox sit fortunis, & statu euerendus, vel saltem multum maius inde detrimentum patiatur, quam tu lucti acquiras, cum Lessio ita sentit Rebellus *tom. 1. de obligat. iust. lib. 9. quest. 6. num. 5.*

14. Quamuis autem fas sit scienti, breuiter mercium pretium minuendum per superuenturam abundantiam rerum, vendere totas suas merces pretio currenti: tamen illicitum esset, & contra iustitiam, & charitatem, cum obligatione restitutionis, si fraudibus, dolis, mendaciis, emptores induceret ad illas emendas; quia, vt non illas emissent, aut non in tanta quantitate, nisi illis mendaciis, fraudibus, & dolis deciperentur: habet enim vnusquisque ius, ne per fraudes, & iniurias decipiatur, & sic iniquè fuit illi causa damni, ac proinde tenetur ex iustitia, illud ei restituere, ac reficere, ita, præter Molinam citatum, docet Lessius inductus *dicto num. 45. §. sed est dubium.*

15. An autem teneatur ad restitutionem mercator, qui in Brasiliam veniens naui sua onusta mercibus, sciens, brevi tempore alias naues iis mercibus onustas illuc peruenturas, quia omnes ab eodem portu Lusitaniæ simul soluerunt, & rogatus affirmat, nullas peruenturas, nec fuisse ex Regno Lusitaniæ profectas cum illo, vel corrumpit aliquos, vel nautas suæ nauis, vt per urbem id spargant, emptoribusve suadeant, vt sic suis mercibus pretium augeat, quod mox, propter aliarum nauium aduentum, minuendum foret; dubium planè est scitu dignum, quod à nobis fuit inquisitum. Cui respondi; si alios corrupit pretio, aut muneribus, qui fraudulenter emptores decipiant, mihi extra dubium esse, teneri illum ad restitutionem, & in illius defectum, illos, qui, illius causa deceperunt emptores, illam tamen, *primò*, quia ad illum spectat lucrum ex fraudibus acquisitum. Et hoc ex eo fundamento respondi, quia, si venditor, dum emptor rem suam emit, falsum licitorem supponat, qui multò carius pretium offerat, quam alioquin rem erat venditurus, & ea fraude permotus emptor carius erit, quam erat empturus, tenetur venditor primo loco de fraude, & dolo; secundo loco falsus suppositus licitator, vt tenet Lessius *tom. 2. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dubitat. 20. num. 153.* Syluester *verb. Emptio. quest. 13.* & alij. Ergo similiter & iste mercator tenebitur, cum par sit utrobique ratio.

16. Si verò ipse mercator rogatus, an expectentur alie naues, vel an sit breuiter futura maior copia illarum mercium, respondeat, se nescire, existimat Lessius *cap. 21. dubitat. 5. num. 43.* (& bene,) non teneri ad restitutionem, & quia non tenetur, extra iudicium inquisitus, rem aperire cum tanto suo incommodo, & quia nescit de aliarum nauium felici navigatione, si fortè caperentur, aut tempestatibus absumerentur. Imò Aragonius 2. 2. *quest. 77.*

pro prima opinione. Docet secundo hæc opinio, si mox, id est, propè diem, lex sit promulganda, in utroque foro obligandum esse ad restitutionem, illum, qui occasione illius notitiæ, plures merces vendit, vel pecunias distrahit, quam alioqui esset facturus.

Ex his opinionibus, secunda ad veritatem magis accedit.

Ad primam rationem primæ respondeo, diuersam esse rationem de Principe reuelante legem, quam habet conditio alicui, & de alijs, qui aliunde notitiam illius habent, quia Princeps, & magistratus, ratione sui officij, ac proinde ex iustitia tenentur cauere, ne damnum patiantur illorum subditi, ac vasalli, à quibus astant, & sustentantur, & in quorum utilitatem, officium exercent. Ex quo non sequitur, illos, qui tali notitia vtuntur, teneri ad eam restitutionem; quia non tenentur ex officio, cuius incommoda præcauere. Sicut, si magistratus sine causa iusta, excluderet emptores, vel prohiberet, ne ipsi merces alicuius emere, teneretur ille ad restitutionem damni, quod inde illi obuenit, quia contra obligationem officij fecit.

Ad secundam rationem respondeo, nullum esse discrimen inter utramque notitiam; quamuis enim notitia legis debeat esse publica omnibus, & ex se sit communis, ac vt subiectatur in intellectu cuiuscumque particularis, sit, & felicitas illius fuit, habere illam, quod autem felicitas est, in culpam verti non potest.

Si tamen merces, oleum, triticum, vel vinum, que venduntur, essent alicuius magistratus, Consiliariique Principum, qui ad legem ferendam, à Principe sunt consulti, & ex ea notitia, suos famulos admonerent, vt statim merces pretio currenti vendant, antequam lex promulgetur; non excusabuntur à restitutione; sicut nec etiam Rex, aut Princeps excusandus est, si aliquas merces venales haberet, & id sibi contingeret; quia hi, ratione officij, tenentur ex iustitia impedire malum imminens subditis; & procurare illis bona; & ratione etiam officij, tenentur etiam seruare bonam fidem, & omnem dolum, fraudemque vitare in administranda Republica, & contrarium faciendo, consilia publica in propriam utilitatem, contra rationem, & obligationem officij sui, conuertunt. Si autem id sciant, non per viam Senatus, nec ratione officij, sed aliunde, & tanquam persona particulares, ad nihil tenerentur; cum non debeant esse peioris conditionis, quam alij. Ita (& bene) Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 6. n. 7, & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 5. n. 48.

CAPVT XXXII.

Vtrum liceat carius vendere supra summum & rigorosum pretium, credito, & expectata solutione, quam numerata pecunia?

Quando pretium rerum non est lege iusta taxatum, licitum est vendere carius ob anticipatam traditionem, expectata solutione infra latitudinem supremi, & infimi, & n. 2.

Præcisè, ob dilatatam solutionem, usura est, vende-

re res carius supremo, & iusto pretio, quod res habent tempore venditionis.

4 An illi mercatores, qui in fine nudinarum tanto pretio vendunt merces ad creditum, & expectata solutione, quanto initio valebant, licitè id faciant.

5 Consideranda tamen sunt aliqua circumstantia extrinseca, ob quas res licitè vendi possint ultra supremum, & rigorosum pretium, expectata solutione, & ad creditum, quam valeant, numerata pecunia.

Qua illa sint, ibid. & n. 8.

6 An tunc sint admonendi emptores de isto excessu.

7 An ob molestiam, & difficultatem, que postea dabitur in recuperanda re, que emitur credito anticipata solutione, possit illa vilius nunc infimo emi.

8 An etiam ob periculum amissionis pecunia capitalis, que nunc anticipatè datur, ibid.

9 Multi negant considerandam esse astimationem periculi capitalis pecunie, eod. num. 7. præcipue num. 9.

Referuntur fundamenta, quibus id negant, ibid.

10 Responderetur huiusmodi fundamentis.

11 An res, que modo valet riguroso pretio centum, possit licitè, & sine usura, vendi centum supra duo, si tempore traditionis illud pretium habitura sit.

Refertur prima opinio affirmans, ibid.

12 Refertur secunda negans.

13 Auctoritas sententia.

14 An licitum sit modum vendendi res credito carius, ob dilatatam solutionem, quam valeant, præsentis pecunia, qui modus viget in aliquibus orbis partibus.

15 An in aliquo casu possint res exponi venditioni ad creditum, dilata solutione, carius, quam, præsentis pecunia, valeant, & quali.

QUESTIO præsens, & altera sequens, magis ad materiam de usuris, quam venditionis, spectat; vtrobique tamen tractari solet, & hic etiam illam tractamus per sequentes conclusiones.

Statuo primò. Quando pretium non est lege taxatum, licitum est, intra limites iusti pretij, carius rem vendere dilata solutione, seu credito, quam præsentis pecunia numerata venderetur: vt, si præsentis pecunia vendebas infimo, viginti; vel medio, viginti duobus; vel supremo, & riguroso, viginti quinque, poteris modo credito, vendere pretio illò supremo, & riguroso, viginti quinque. Ratio est, quia omne illud pretium censetur iustum, & ideo intra limites iusti pretij venditio fit. Ita D. Thomas 2. 2. quest. 77. art. 1. & quest. 78. Valentia ibi disp. 1. quest. 20. punct. 2. §. 8. Caietanus ibi. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 6. num. 50. Rebellus tom. 1. 2. part. lib. 9. quest. 11. num. 1. Molina tom. 2. de iust. disp. 355. est communis.

Statuo secundò. Usura palliata est cum obligatione restituendi, si quis præcisè, ob dilatatam solutionem, carius supremo pretio iusto vendat. Ita Doctores omnes modò allegati, & habetur expressè in cap. in ciuitate, & in cap. consuluit, & in cap. nauiganti, de usuris, & D. Thomas 2. 2. quest. 77. art. 2. ad 7. ibi, Expectatio pretij soluendi, habet rationem mutui, & quidquid pro hac expectatione accipitur, vel exigitur, est usura. Toletus lib. 5. summe, cap. 28. num. 1. Sorus lib. 6. de iust. quest. 1. & omnes, quos citauimus cap. 4. num. 7. Ratio est, primò, quia

mercos

pro prima opinione. Docet secundo hæc opinio, si mox, id est, propè diem, lex sit promulganda, in utroque foro obligandum esse ad restitutionem, illum, qui occasione illius notitiæ, plures merces vendit, vel pecunias distrahit, quam alioqui esset facturus.

Ex his opinionibus, secunda ad veritatem magis accedit.

Ad primam rationem primæ respondeo, diuersam esse rationem de Principe reuelante legem, quam habet conditio alicui, & de alijs, qui aliunde notitiam illius habent, quia Princeps, & magistratus, ratione sui officij, ac proinde ex iustitia tenentur cauere, ne damnum patiantur illorum subditi, ac vasalli, à quibus asunt, & sustentantur, & in quorum utilitatem, officium exercent. Ex quo non sequitur, illos, qui tali notitia vtuntur, teneri ad eam restitutionem; quia non tenentur ex officio, cuiusmodi incommoda præcauere. Sicut, si magistratus sine causa iusta, excluderet emptores, vel prohiberet, ne ipsi merces alicuius emere, teneretur ille ad restitutionem damni, quod inde illi obuenit, quia contra obligationem officij fecit.

Ad secundam rationem respondeo, nullum esse discrimen inter utramque notitiam; quamuis enim notitia legis debeat esse publica omnibus, & ex se sit communis, ac vt subiectatur in intellectu cuiuscumque particularis, sit, & felicitas illius fuit, habere illam, quod autem felicitas est, in culpam verti non potest.

Si tamen merces, oleum, triticum, vel vinum, que venduntur, essent alicuius magistratus, Consiliariique Principum, qui ad legem ferendam, à Principe sunt consulti, & ex ea notitia, suos famulos admonerent, vt statim merces pretio currenti vendant, antequam lex promulgetur; non excusabuntur à restitutione; sicut nec etiam Rex, aut Princeps excusandus est, si aliquas merces venales haberet, & id sibi contingeret; quia hi, ratione officij, tenentur ex iustitia impedire malum imminens subditis; & procurare illis bona; & ratione etiam officij, tenentur etiam seruare bonam fidem, & omnem dolum, fraudemque vitare in administranda Republica, & contrarium faciendo, consilia publica in propriam utilitatem, contra rationem, & obligationem officij sui, conuertunt. Si autem id sciant, non per viam Senatus, nec ratione officij, sed aliunde, & tanquam persona particulares, ad nihil tenerentur; cum non debeant esse peioris conditionis, quam alij. Ita (& bene) Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 6. n. 7, & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 5. n. 48.

CAPVT XXXII.

Vtrum liceat carius vendere supra summum & rigorosum pretium, credito, & expectata solutione, quam numerata pecunia?

Quando pretium rerum non est lege iusta taxatum, licitum est vendere carius ob anticipatam traditionem, expectata solutione infra latitudinem supremi, & infimi, & n. 2.

Præcisè, ob dilatatam solutionem, usura est, vende-

re res carius supremo, & iusto pretio, quod res habent tempore venditionis.

4 An illi mercatores, qui in fine nudinarum tanto pretio vendunt merces ad creditum, & expectata solutione, quanto initio valebant, licitè id faciant.

5 Consideranda tamen sunt aliqua circumstantia extrinseca, ob quas res licitè vendi possint ultra supremum, & rigorosum pretium, expectata solutione, & ad creditum, quam valeant, numerata pecunia.

Qua illa sint, ibid. & n. 8.

6 An tunc sint admonendi emptores de isto excessu.

7 An ob molestiam, & difficultatem, que postea dabitur in recuperanda re, que emitur credito anticipata solutione, possit illa vilius nunc infimo emi.

8 An etiam ob periculum amissionis pecunia capitalis, que nunc anticipatè datur, ibid.

9 Multi negant considerandam esse astimationem periculi capitalis pecunie, eod. num. 7. præcipue num. 9.

Referuntur fundamenta, quibus id negant, ibid.

10 Responderetur huiusmodi fundamentis.

11 An res, que modo valet riguroso pretio centum, possit licitè, & sine usura, vendi centum supra duo, si tempore traditionis illud pretium habitura sit.

Refertur prima opinio affirmans, ibid.

12 Refertur secunda negans.

13 Auctoritas sententia.

14 An licitum sit modum vendendi res credito carius, ob dilatatam solutionem, quam valeant, præsentis pecunia, qui modus viget in aliquibus orbis partibus.

15 An in aliquo casu possint res exponi venditioni ad creditum, dilata solutione, carius, quam, præsentis pecunia, valeant, & quali.

QUESTIO præsens, & altera sequens, magis ad materiam de usuris, quam venditionis, spectat; vtrobique tamen tractari solet, & hic etiam illam tractamus per sequentes conclusiones.

Statuo primò. Quando pretium non est lege taxatum, licitum est, intra limites iusti pretij, carius rem vendere dilata solutione, seu credito, quam præsentis pecunia numerata venderetur: vt, si præsentis pecunia vendebas infimo, viginti; vel medio, viginti duobus; vel supremo, & riguroso, viginti quinque, poteris modo credito, vendere pretio illò supremo, & riguroso, viginti quinque. Ratio est, quia omne illud pretium censetur iustum, & ideo intra limites iusti pretij venditio fit. Ita D. Thomas 2. 2. quest. 77. art. 1. & quest. 78. Valentia ibi disp. 1. quest. 20. punct. 2. §. 8. Caietanus ibi. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 6. num. 50. Rebellus tom. 1. 2. part. lib. 9. quest. 11. num. 1. Molina tom. 2. de iust. disp. 355. est communis.

Statuo secundò. Usura palliata est cum obligatione restituendi, si quis præcisè, ob dilatatam solutionem, carius supremo pretio iusto vendat. Ita Doctores omnes modò allegati, & habetur expressè in cap. in ciuitate, & in cap. consuluit, & in cap. nauiganti, de usuris, & D. Thomas 2. 2. quest. 77. art. 2. ad 7. ibi, Expectatio pretij soluendi, habet rationem mutui, & quidquid pro hac expectatione accipitur, vel exigitur, est usura. Toletus lib. 5. summe, cap. 28. num. 1. Sorus lib. 6. de iust. quest. 1. & omnes, quos citauimus cap. 4. num. 7. Ratio est, primò, quia

mercos

merces non sunt maioris valoris, ex eo, quod expectetur illarum solutio; quidquid autem venditur supra iustum pretium rigorosum, iniuste venditur, & restituendus est excessus. *Secundo*, quia dilatio, & expectatio solutionis, est quoddam mutuum implicitum; dum enim creditor, seu venditor differt solutionem, perinde facit, ac si prius accipiat pretij pecuniam à suo emptore, & postea eam ei accommodet, & mutuum det, pro mutuo autem nihil licet accipere supra sortem.

4. Ex dictis inferes, cum Soto *lib. 6. de iust. quest. 2. art. 3.* ante quartam conclusionem, & cum Rebello allegato in prima conclusione, *num. 3.* damnandos esse de usura, atque adeò obligandos ad restitutionem mercatores, qui in fine nundinarum, quo tempore, ob defectum emptorum abeuntium, & abundantiam mercium, quæ supersunt, multò vilius valent merces, quàm in principio illarum, eas tanti vendunt credito, expectataque solutione, quanti initio rigoroso pretio stabant; nec obstat, quod mercatores eas emerint pluris fortè, quàm in fine valent, & damnum recipiant, nisi maiori pretio, quàm nunc stent, vendant, ut iam supra diximus.

5. Statuo tertio. Considerandæ sunt aliquæ circumstantiæ extrinsecæ valori, quem merces habent, ob quas, & ex quibus, poterit pretium licite supra iustum, & rigorosum accrescere.

Prima, est circumstantia lucri cessantis, vel damni emergentis, quod evenit mercatori vendenti, ex illa dilatione, seu expectata solutione; quare licitum est, ratione lucri cessantis, & damni emergentis, augere pretium illarum, supra iustum, & rigorosum, tantum, quantum, iudicio prudentis, sufficiat ad refectionem damni emergentis, vel lucri cessantis, quod inde ex dilata solutione illi obuenit. Ita Lessius *tom. 1. de iust. cap. 21. lib. 2. dub. 6. num. 53. & cap. 20. dub. 11.* Rebello *tom. 1. de oblig. iust. lib. 9. quest. 11. num. 4.* Sylvester *verb. usura 2. quest. 1. §. 1. & 5.* Covarruvias *2. variar. cap. 3. num. 6.* Gregor Lopez *lib. 1. de contractibus, cap. 37.* Nauarrus *in summa Latin. cap. 17. n. 231.* & nos iam alibi id diximus, & *cap. 4. num. 1. & cap. 3. num. 9.* Ratio est, quia sicut in mutuo, ob hanc causam, & circumstantiam lucri cessantis, & damni emergentis, licet ultra sortem, quæ mutuo datur, aliquid exigere, tanti scilicet, quanti, arbitrio prudentis, respondet lucro, quod cessat, aut damno, quod emergit mutuo danti; ita etiam in venditione, quæ sit dilata solutione, ratione lucri cessantis, & damni emergentis, poterit exigi supra iustum pretium rigorosum, tantum, quantum æstimatur damnum emergens, aut lucrum cessans.

Sed contra hoc insurgunt Salas *tractatu de usuris. dub. 20. num. 5.* & Molina *tom. 2. de iust. disp. 316. num. 4.* asserentes, usuram esse, propter rationem lucri cessantis, & damni emergentis, aliquid amplius ultra iustum pretium accipere, illudque excedere, & teneri venditorem ad hanc excessus restitutionem. Sed, quod diximus, est probabilius.

6. Admonendos tamen esse præfatos emptores, de isto excessu supra iustum pretium rigorosum, consulit Nauarrus, Sylvester, Rebello, & Gregorius Lopez, modò citati, Molina, & Sotus, à nobis allegati *cap. 3. num. 9.* si præsumantur, quod propter istum excessum, rem emere nolint, cum illo, & sine illo, velint; sed iam diximus prædicto *cap. 3. num. 9.* ad eam monitionem non teneri venditores, ex iustitia.

7. Secunda circumstantia consideranda, propter quam augeri potest pretium supra rigorosum arbitrio prudentis, est molestia, & difficultas, quæ potest

Fagundes de iustitia, &c.

dari, imò, quæ dabitur postea in recuperando pretio tempore solutionis expectata, & ratione huius molestiæ, laboris, & difficultatis, aliquid potest exigi moderatum supra iustum pretium; est enim hoc, pretio æstimabile. Similiter consideranda est circumstantia periculi amissionis capitalis, cui is, qui credito vendit, se exponit, eò quod emptor vel fugiet, vel incarcerabitur, vel ad paupertatem reducet. ita docet Nauarrus *cap. 23. num. 81.* Ioannes Medina *C. de rest. quest. 38. §. ad 3. causam.* Corduba *quest. 78.* Petrus Navarra *lib. 3. cap. 2. num. 110.* Sotus *lib. 6. de iust. quest. 4. art. 1. ad 2.* qui ferè omnes id affirmant in molestiis, & expensis, quas quisque timeret in recuperanda postea solutione. Negant tamen augeri posse pretium, propter periculum amissionis capitalis, cui fortè se exponit mercator credito vendens; ut etiam negant Rebello *2. part. lib. 5. quest. 12. §. contraria tamen.* Gutierrez *tom. 1. de pract. quest. cap. 39. num. 30.* Affirmant tamen Lessius *tom. 1. lib. 2. cap. 21. dub. 6. num. 54.* & Medina allegatus post Angelum, quem refert, & sequitur Gabr. *in 4. dist. 55. q. 1. §. ad idem;* & hoc probabile esse, ait Rebello citatus, licet ipse contrarium sequatur. *Primo*, quia exponere se tali periculo, est pretio æstimabile, iudicio omnium rectè sentientium: ergo pro eo potest aliquid exigatbitrio prudentis. *Secundo*, quia venditor potest petere fideiussorem, qui illud periculum in se suscipiat, & iste fideiussor potest pretium petere ab emptore, pro susceptione istius periculi, & stipulari de pretio cum eo. Igitur, si venditor istud periculum in se suscipiat, tantum potest iuste petere ab emptore pro illo, quantum alius fideiussor ab eo peteret.

Debet tamen hoc periculum esse verum, & non fictum, & venditor nullo modo potest cogere emptorem, ut se potius, quàm alium pro periculo seruando, accipiat fideiussorem, nec potest plus accipere, quàm alteri tertio daretur; ita Lessius citatus. Ego dicerem, propter has rationes, considerandum esse istud periculum amissionis pretij soluendi futuro tempore expectato ad solutionem. Sed addo, considerandum etiam esse periculum deteriorationis, & expensarum, quæ faciendæ erant à venditore in conseruandis mercibus vsque ad tempus creditum ad solutionem, & etiam minuendum aliquid de ipso pretio, tum, propter periculum deteriorationis, tum, propter expensas faciendas, quod totum arbitrabitur, & componet prudens, augendo, & minuendo, pro ratione maioris, vel minoris periculi.

Fundamenta, quibus Nauarrus, Rebello, Gutierrez, Sotus, Corduba, & Petrus Navarra supra allegati, quibus adde Conradum *de contract. quest. 57. corollario 2. post 3. conclusionem,* defendunt, ratione periculi totius pretij capitalis, nihil posse augeri supra iustum pretium rigorosum, hæc sunt, quia hoc est aperire ostium usuris, cum vix vendi possit aliquid credito, quin capitale pretium modo aliquo, alicui periculo exponatur. Deinde, quia usurarius erit mercator vendens, si cogat emptorem ad ineundum secum contractum assecurationis totius capitalis, etiam pro vilissimo pretio, ut patet ex *cap. nauiganti, de usuris,* tunc enim perinde erit, ac si pro tempore dilata solutionis, det mutuum pretium mercium tunc soluendum. Tandem, quia, si periculum probabile amittendi centum aureos, valeat decem statim soluendos, sequeretur, quod si iidem decem, credito etiam cum capitali dentur, cum simili periculo subsint, pro illis in eadem proportionem posse aliud etiam pretium peti, & sic periculum huiusmodi in infinitum abiret.

Q 3

Ad

sunt merces, quas volunt emere, & sæpè coguntur pecunias ad creditum mutuas accipere, ut illas emant; ergo saltem tunc tanto pluris vendi poterunt ad creditum licitè, quantum est lucrum, quod huiusmodi mercatores licitè dant ex mutuatione illius pecuniæ, quam sic accipiunt. *Tertiò*, quia, eùm istæ merces non possint in tanta copia vendi præsentì pecunia, quanta Reip. necessaria est, & emptores desiderant, opus fuit inuenire modum vendendi creditò, qui modus facit, ut plures emptores mox sese offerant, quorum copia pretium accrescit, & sic non venduntur pluris præcisè, ob dilationem expectatæ solutionis; neque etiam venditur periculum deteriorationis, quod patientur apud suos dominos, quia postquam venales fiunt ad creditum, multum accrescit copia emptorum, qui breuissimè, & ante vllum periculum, eas distrahant. *Quartò*, quia ferè semper mercatoribus est incommoda illa dilatio solutionis; nam sæpè videmus, postquam creditò vendiderunt, eos remittere emptoribus octo, vel nouem, dummodo statim sibi soluant pretium conuentum. Neque obstat, quòd alicui mercatori in particulari, illa incommoda non adueniant, quia id per accidens est: ex eo enim, quòd aliquis non sentiat hoc incommodum, non ideo cessat pretium commune, & modus communis licitè eos ad creditum.

CAPVT XXXIII.

An, ob anticipatam solutionem, liceat merces minoris emere, quàm numerata pecunia, valeant. Agitur de venditione lanarum in Hispania, quæ anticipata solutione venduntur.

1. *Fas est, vilius emere, ob anticipatam solutionem intra totam latitudinem, pretij infimi, & supremi: infra autem infimum pretium, præcisè ob anticipatam solutionem, non est licitum emere, & tenetur ad restitutionem, qui tunc emit.*
2. *Aliquando per accidens, ob aliquas circumstantias extrinsecas, licitum erit infra infimum emere, ob anticipatam solutionem. Quæ illa sint, ibid. & num. 3. 4. & 5.*
6. *Venditio lanarum, quæ in Hispania fit, ob anticipatam solutionem, infra infimum pretium, quòd habent tempore traditionis, & consensu, an licita sit.*
7. *Refertur prima opinio reprobandans hanc venditionem, tanquam usurariam.*
8. *Refertur secunda, illam approbandans.*
9. *Iudicium Authoris super vtramque opinionem.*
10. *Nisi adsint aliqua circumstantia extrinseca, quales sunt omnes relatæ in opinione secunda, quæ hanc venditionem lanarum, anticipata solutione iustificent, illicita, & usuraria est emptio lanarum pro pretio infra infimum, quòd tempore traditionis habebunt, ob anticipatam solutionem.*
11. *Soluuntur fundamenta primæ opinionis num. 7. explicata. Iustum pretium rei, est illud, quòd illa habet tempore traditionis, nisi, ob aliquas circumstantias*

extrinsecas, tempore conuentionis, minoris estimentur. ibid.

Hæc quæstio est affinis quæstionis præcedentis, & idè apud alios Doctores vtræque simul tractatur: nos, claritatis gratia, illas separauimus.

Statuo igitur sic primò. Fas est, vilius emere, ob anticipatam solutionem, intra latitudinem iusti pretij, vsque ad infimum iustum descendendo; infra autem pretium infimum, præcisè, ob istam anticipatam solutionem, nunquam licet descendere; v. c. Pretium infimum est 12. medium est 13. rigorosum, quindecim, poteris præcisè, ob anticipatam solutionem, emere duodecim, non autem infra duodecim; ista est communis. eam docet Couarruias lib. 2. variarum. cap. 3. num. 2. & 6. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dub. 7. num. 59. Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 11. num. 1. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 355. Syluester verb. Emptio. num. 8.

Ratio est, primò, quia, ut præcedenti cap. resoluius, & docet Couarruias hic citatus, § *secundò inde*, possunt merces intra latitudinem iusti pretij, licitè vendi, & emi, tam versùs infimum, quàm versùs supremum, pecunia etiam numerata; tota enim latitudo est iusta, & modò supremo, modò infimo, mercatores res suas vendunt, numerata pecunia; ergo à fortiori id poterunt licitè, & iuste efficere, ob anticipatam solutionem. *Secundò*, quia, si tunc liceret, ob anticipatam solutionem, præcisè rem aliquam emere infra pretium infimum, liceret etiam lucrum facere præcisè ex implicito mutuo, quòd non est dicendum, nec ferendum.

Dixi, præcisè ob anticipatam solutionem; quia aliquando per accidens, ob aliquas causas, & circumstantias extrinsecas, licitum est infra infimum emere, ob anticipatam solutionem; sicut licitum est etiam, ob aliquas causas extrinsecas, supra summum vendere, de quibus egimus capite præcedenti; v. c. quando emptor, ex eo, quòd anticipatè soluit, patitur aliquod damnum emergens; vt, si habebam pecunias ad emendum equum in præsentì tempore, in quo communiter venduntur moderato pretio, & tu me cogis, vt rem alteram potius à te emam, quàm illum equum ab altero: potero à te licitè eam rem tantò minus infra infimum pretium emere, quanti æstimatur illud commodum, quòd tunc habebam ad emendum equum, & quo me priuo propter te, quia illud commodum in se consideratum, pretio erat æstimabile, & hæc venditio, in foro conscientiæ, est licita, licet fortè pro foro externo, talis contractus iudicetur usurarius.

Pari ratione; ratione lucri cessantis, emere quis poterit licitè vilius infra infimum pretium, quo res valebat, numerata pecunia, eam ipsam rem, si ex illius emptione, venditori illius aliquod lucrum cessat.

Similiter, si sit periculum fraudis in venditore, quòd sibi merces non soluet statuto tempore, vel non tam bonas, & synceras, poteris tuta conscientia, ratione istius periculi, vilius emere infra infimum pretium, ob anticipatam solutionem, tanti, quanti arbitrio prudentis, periculum illud æstimatur: ita Lessius, Molina, & Rebellus allegati num. 1. Nam, si mercator tuta conscientia, & sine obligatione restitutionis, potest aliquid exigere supra iustum pretium rigorosum, & id in pactum deducere, ratione periculi totius capitalis; vt diximus cap. præcedenti. num. 7. paulò post principium, cum multis,

sunt merces, quas volunt emere, & sæpè coguntur pecunias ad creditum mutuas accipere, ut illas emant; ergo saltem tunc tanto pluris vendi poterunt ad creditum licitè, quantum est lucrum, quod huiusmodi mercatores licitè dant ex mutuatione illius pecuniæ, quam sic accipiunt. *Tertiò*, quia, eùm istæ merces non possint in tanta copia vendi præsentì pecunia, quanta Reip. necessaria est, & emptores desiderant, opus fuit inuenire modum vendendi creditò, qui modus facit, ut plures emptores mox sese offerant, quorum copia pretium accrescit, & sic non venduntur pluris præcisè, ob dilationem expectatæ solutionis; neque etiam venditur periculum deteriorationis, quod patientur apud suos dominos, quia postquam venales fiunt ad creditum, multum accrescit copia emptorum, qui breuissimè, & ante vllum periculum, eas distrahant. *Quartò*, quia ferè semper mercatoribus est incommoda illa dilatio solutionis; nam sæpè videmus, postquam creditò vendiderunt, eos remittere emptoribus octo, vel nouem, dummodo statim sibi soluant pretium conuentum. Neque obstat, quòd alicui mercatori in particulari, illa incommoda non adueniant, quia id per accidens est: ex eo enim, quòd aliquis non sentiat hoc incommodum, non ideo cessat pretium commune, & modus communis licitè eos ad creditum.

CAPVT XXXIII.

An, ob anticipatam solutionem, liceat merces minoris emere, quàm numerata pecunia, valeant. Agitur de venditione lanarum in Hispania, quæ anticipata solutione venduntur.

1. *Fas est, vilius emere, ob anticipatam solutionem intra totam latitudinem, pretij infimi, & supremi: infra autem infimum pretium, præcisè ob anticipatam solutionem, non est licitum emere, & tenetur ad restitutionem, qui tunc emit.*
2. *Aliquando per accidens, ob aliquas circumstantias extrinsecas, licitum erit infra infimum emere, ob anticipatam solutionem. Quæ illa sint, ibid. & num. 3. 4. & 5.*
6. *Venditio lanarum, quæ in Hispania fit, ob anticipatam solutionem, infra infimum pretium, quòd habent tempore traditionis, & consensu, an licita sit.*
7. *Refertur prima opinio reprobandans hanc venditionem, tanquam usurariam.*
8. *Refertur secunda, illam approbandans.*
9. *Iudicium Authoris super vtramque opinionem.*
10. *Nisi adsint aliqua circumstantia extrinseca, quales sunt omnes relatæ in opinione secunda, quæ hanc venditionem lanarum, anticipata solutione iustificent, illicita, & usuraria est emptio lanarum pro pretio infra infimum, quòd tempore traditionis habebunt, ob anticipatam solutionem.*
11. *Soluuntur fundamenta primæ opinionis num. 7. explicata. Iustum pretium rei, est illud, quòd illa habet tempore traditionis, nisi, ob aliquas circumstantias*

extrinsecas, tempore conuentionis, minoris estimentur. ibid.

Hæc quæstio est affinis quæstionis præcedentis, & idè apud alios Doctores vtræque simul tractatur: nos, claritatis gratia, illas separauimus.

Statuo igitur sic primò. Fas est, vilius emere, ob anticipatam solutionem, intra latitudinem iusti pretij, vsque ad infimum iustum descendendo; infra autem pretium infimum, præcisè, ob istam anticipatam solutionem, nunquam licet descendere; v. c. Pretium infimum est 12. medium est 13. rigorosum, quindecim, poteris præcisè, ob anticipatam solutionem, emere duodecim, non autem infra duodecim; ista est communis. eam docet Couarruias lib. 2. variarum. cap. 3. num. 2. & 6. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dub. 7. num. 59. Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 11. num. 1. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 355. Syluester verb. Emptio. num. 8.

Ratio est, primò, quia, ut præcedenti cap. resoluius, & docet Couarruias hic citatus, § *secundò inde*, possunt merces intra latitudinem iusti pretij, licitè vendi, & emi, tam versùs infimum, quàm versùs supremum, pecunia etiam numerata; tota enim latitudo est iusta, & modò supremo, modò infimo, mercatores res suas vendunt, numerata pecunia; ergo à fortiori id poterunt licitè, & iuste efficere, ob anticipatam solutionem. *Secundò*, quia, si tunc liceret, ob anticipatam solutionem, præcisè rem aliquam emere infra pretium infimum, liceret etiam lucrum facere præcisè ex implicito mutuo, quòd non est dicendum, nec ferendum.

Dixi, præcisè ob anticipatam solutionem; quia aliquando per accidens, ob aliquas causas, & circumstantias extrinsecas, licitum est infra infimum emere, ob anticipatam solutionem; sicut licitum est etiam, ob aliquas causas extrinsecas, supra summum vendere, de quibus egimus capite præcedenti; v. c. quando emptor, ex eo, quòd anticipatè soluit, patitur aliquod damnum emergens; vt, si habebam pecunias ad emendum equum in præsentì tempore, in quo communiter venduntur moderato pretio, & tu me cogis, vt rem alteram potius à te emam, quàm illum equum ab altero: potero à te licitè eam rem tantò minus infra infimum pretium emere, quanti æstimatur illud commodum, quòd tunc habebam ad emendum equum, & quo me priuo propter te, quia illud commodum in se consideratum, pretio erat æstimabile, & hæc venditio, in foro conscientiæ, est licita, licet fortè pro foro externo, talis contractus iudicetur usurarius.

Pari ratione; ratione lucri cessantis, emere quis poterit licitè vilius infra infimum pretium, quo res valebat, numerata pecunia, eam ipsam rem, si ex illius emptione, venditori illius aliquod lucrum cessat.

Similiter, si sit periculum fraudis in venditore, quòd sibi merces non soluet statuto tempore, vel non tam bonas, & synceras, poteris tuta conscientia, ratione istius periculi, vilius emere infra infimum pretium, ob anticipatam solutionem, tanti, quanti arbitrio prudentis, periculum illud æstimatur: ita Lessius, Molina, & Rebellus allegati num. 1. Nam, si mercator tuta conscientia, & sine obligatione restitutionis, potest aliquid exigere supra iustum pretium rigorosum, & id in pactum deducere, ratione periculi totius capitalis; vt diximus cap. præcedenti. num. 7. paulò post principium, cum multis,

9. Vtramque opinionem, iudico, esse probabilem valde; sequenda tamen est ista secunda, quandiu talis modus negotiationis per legem aliquam, aut publicam sanctionem, non reprobatur; & quia est magis conformior doctrinae, quam sequuti fuimus *cap. precedenti*, quam ibi bene fundauimus; & quia scitur, & toleratur à Prælati; & maxime, quia est fauorabilior conscientis, tam vendentium, quam ementium, alioqui multorum animæ perirent. Vnde statuamus hanc conclusionem: similem illi, quam tradidimus, & statuimus numero quinto huius capituli.

10. Statuo sic: Nisi adsint aliqua circumstantia extrinsecæ, quales sunt omnes in fundamentis huius secundæ opinionis, relatæ, quæ hanc venditionem lanarum anticipata solutione iustificent, nullo modo talis venditio faciendâ est, vsuraque erit, ob solam, & præcisam anticipatam solutionem pretij, infra infimum illas emere, quo valent tempore traditionis illarum. Est communis omnium, quos citaui pro secunda opinione, præcipue Molinæ, Lessij, & Cordubæ.

11. Restat modò soluere argumenta primæ opinionis.

Ad primum, & secundum primæ opinionis, nego, tempore traditionis, plures eas lanas valituras, quam tempore, quo anticipatè emuntur, si tunc traderentur: imò fortè tunc minoris valebunt, quia copia lanarum erit maior, quia est tempus tonsionis. Ad confirmationem dico, iustum pretium rei esse, quanti ipsa valet tempore traditionis, nisi ex aliquibus circumstantiis extrinsecis tempore conuentionis, minoris æstimeretur, vt si ex modo vendendi tali tempore, contigat esse paucos emptores, & multos venditores; si cesset lucrum emptorum; si timeant emptores fraudem aliquam, aut difficultatem in implendo contractu, ex parte venditorum; si priuentur aliquo lucro cessanti, utilitate, vel commodo, pretio æstimabili, propter anticipatam solutionem: tunc enim, esto res ipsa, quæ venditur, in se considerata, & præcisa ab his circumstantiis, plures valeat, non est tamen negandum, sub illis multò minoris infra infimum valere; quia omnes illæ sunt onerosæ emptoribus, & illis grauiamen afferunt; quando autem res emitur cum aliquo grauiamine, quis dubitat, multò minùs valere, quam sine illo?

CAPVT XXXIV.

De Stocoliis, & Barocoliis: Hispanè, Baratris, & Mohatris, an sint licitæ in venditionibus. Agitur de venditione bouum suppositorum, qui postquam fictè venduntur, statim elocantur à venditore emptori pro certa pensione annua.

1. *Quomodo fiant mohatra, & an modus venditionis per mohatras sit licitus. Refertur prima opinio affirmans, esse illicitum in foro conscientis. ibid.*
2. *Præfertur opinio affirmans, esse licitum in foro poli, non soli, sub tribus conditionibus. Quæ sint eæ conditiones. ibid.*
3. *Pretium infimum est iustum, & n. 4.*

5. *Quatenus sit licitum, vel illicitum, emere boues ab agricolis cum conditione elocandi statim illos ipsdem agricolis, & n. 6.*

Et quid, si boues sint suppositi, ibid.

7. *An, in eo casu, quo agricola reuendat boues pretio infimo, illi, à quo illo pretio supremo emit, & ille statim eo rei elocet pro certa pensione iusta, cui pereant boues, si casu pereant.*

8. *Si pereant, culpa agricola, an ad illos, & ad omne interesse illorum teneatur.*

9. *Alii emunt boues, & animalia ab illis pauperibus, qui illa non habent, & in charta venditionis fatentur pauperes, se illa habere, & statim ea eis elocant pro certa pensione; queritur, an hoc sit licitum.*

10. *Quid, si illa habeant, aut emptores sibi persuadent, illos ea habere.*

11. *An, re comperta, possit amplius bona fidei emptor, pretium elocationis ab eo, vel annuam pensionem accipere.*

Prima opinio affirmat, ibid.

12. *Secunda opinio, partim affirmat, partim negat, & num. 13.*

14. *An possit quis emere partem bouis, & eam partem statim locare venditori pro pretio, & pensione iusta.*

15. *An licitus sit contractus, in quo quis emit centum oues ab aliquo, certo pretio, sibi tradendas illas tali tempore, cum pacto, vt lana, lac, & casei, ad emptorem pertineant, periculum verò ad venditorem spectet.*

16. *Quid de eo, qui agnos nouellos pretio currenti emit, ea conditione, vt sibi tradantur illi, iam grandes arietes facti, refuso periculo in venditorem.*

17. *Quid de eo, qui emit certos cados vini, vel olei, cum pacto, vt sibi vendantur illi tali tempore.*

DVBITABIS hîc, an venditiones quædam reciproca, quas Hispani vocat *Baratras*, *Mohatras*; Latini verò *Stocolias*, & *Barocolias*, Itali, *Stocchi*, sint licitæ? sit exemplum: Petit quidam viginti aureos mutuos à mercatore; mercator non vult dare mutuos, sed paratus est illi vendere ad creditum, triticum, oleum, vinum, pannum, vel alias merces summo, & rigoroso pretio, iusto tamen currenti. v. c. 105. aut 106. vt eas vendat pecunia numerata, cui voluerit, & sic suæ consulat inopia. Ille emptas ad creditum, eas iterum mercatori offert, & mercator rursus eas emit, vel potiùs redimit pecunia numerata, minoris tamen, v. g. pretio infimo currenti, centum; & qui eas ei iterum vendit, manet ei debitor in quinque, aut in sex. Rogo modò, an iste modus vendendi, sit licitus? Planè quidam existimant, esse iniustum, & illicitum, vsuramque palliatam. Ita *Rebellus 2. p. de obligat. iust. lib. 9. quest. 7. num. 7.* & ideo, quia continet speciem quandam fraudis, prohibetur legibus Castellæ l. 22. tit. 15. & in *Ordinat. Lusitanæ*, 4. parte *Extravag.* sub pœna quinquaginta aureorum, & exilij per biennium in Africam, & vt creditor nec debitum exigere valeat, nec debitor, vel eius fideiussor, illud soluere teneatur.

Nihilominus in foro conscientis, dicendum est, licitum esse talem modum venditionis, sub his tribus conditionibus simul obseruatis; non in foro soli. *Prima*, modò sincero animo fiat; *secunda*, modò mercator vendens nullam obligationem imponat ipsi emptori, vt sibi statim reuendat eas merces, quas emit, sed liberum ei relinquat, vt vendat, cui

9. Vtramque opinionem, iudico, esse probabilem valde; sequenda tamen est ista secunda, quandiu talis modus negotiationis per legem aliquam, aut publicam sanctionem, non reprobatur; & quia est magis conformior doctrinae, quam sequuti fuimus cap. precedenti, quam ibi bene fundauimus; & quia scitur, & toleratur à Prælati; & maxime, quia est fauorabilior conscientis, tam vendentium, quam ementium, alioqui multorum animæ perirent. Vnde statuamus hanc conclusionem: similem illi, quam tradidimus, & statuimus numero quinto huius capituli.

10. Statuo sic: Nisi adsint aliqua circumstantia extrinsecæ, quales sunt omnes in fundamentis huius secundæ opinionis, relatæ, quæ hanc venditionem lanarum anticipata solutione iustificent, nullo modo talis venditio faciendâ est, vsuraque erit, ob solam, & præcisam anticipatam solutionem pretij, infra infimum illas emere, quo valent tempore traditionis illarum. Est communis omnium, quos citaui pro secunda opinione, præcipue Molinæ, Lessij, & Cordubæ.

11. Restat modò soluere argumenta primæ opinionis.

Ad primum, & secundum primæ opinionis, nego, tempore traditionis, plures eas lanas valituras, quam tempore, quo anticipatè emuntur, si tunc traderentur: imò fortè tunc minoris valebunt, quia copia lanarum erit maior, quia est tempus tonsionis. Ad confirmationem dico, iustum pretium rei esse, quanti ipsa valet tempore traditionis, nisi ex aliquibus circumstantiis extrinsecis tempore conuentionis, minoris æstimeretur, vt si ex modo vendendi tali tempore, contigat esse paucos emptores, & multos venditores; si cesset lucrum emptorum; si timeant emptores fraudem aliquam, aut difficultatem in implendo contractu, ex parte venditorum; si priuentur aliquo lucro cessanti, utilitate, vel commodo, pretio æstimabili, propter anticipatam solutionem: tunc enim, esto res ipsa, quæ venditur, in se considerata, & præcisa ab his circumstantiis, plures valeat, non est tamen negandum, sub illis multò minoris infra infimum valere; quia omnes illæ sunt onerosæ emptoribus, & illis grauen afferunt; quando autem res emitur cum aliquo grauamine, quis dubitat, multò minùs valere, quam sine illo?

CAPVT XXXIV.

De Stocoliis, & Barocoliis: Hispanè, Baratris, & Mohatris, an sint licitæ in venditionibus. Agitur de venditione bouum suppositorum, qui postquam fictè venduntur, statim elocantur à venditore emptori pro certa pensione annua.

1. Quomodo fiant mohatra, & an modus venditionis per mohatras sit licitus. Refertur prima opinio affirmans, esse illicitum in foro conscientis. ibid.
2. Præfertur opinio affirmans, esse licitum in foro poli, non soli, sub tribus conditionibus. Quæ sint ea conditiones. ibid.
3. Pretium infimum est iustum, & n. 4.

5. Quatenus sit licitum, vel illicitum, emere boues ab agricolis cum conditione elocandi statim illos ipsdem agricolis, & n. 6.

Et quid, si boues sint suppositi, ibid.

7. An, in eo casu, quo agricola reuendat boues pretio infimo, illi, à quo illo pretio supremo emit, & ille statim eo rei elocet pro certa pensione iusta, cui pereant boues, si casu pereant.

8. Si pereant, culpa agricola, an ad illos, & ad omne interesse illorum teneatur.

9. An alii emunt boues, & animalia ab illis pauperibus, qui illa non habent, & in charta venditionis fatentur pauperes, se illa habere, & statim ea eis elocant pro certa pensione; quaeritur, an hoc sit licitum.

10. Quid, si illa habeant, aut emptores sibi persuadent, illos ea habere.

11. An, re comperta, possit amplius bona fidei emptor, pretium elocationis ab eo, vel annuam pensionem accipere.

Prima opinio affirmat, ibid.

12. Secunda opinio, partim affirmat, partim negat, & num. 13.

14. An possit quis emere partem bouis, & eam partem statim locare venditori pro pretio, & pensione iusta.

15. An licitus sit contractus, in quo quis emit centum oues ab aliquo, certo pretio, sibi tradendas illas tali tempore, cum pacto, vt lana, lac, & casei, ad emptorem pertineant, periculum verò ad venditorem spectet.

16. Quid de eo, qui agnos nouellos pretio currenti emit, ea conditione, vt sibi tradantur illi, iam grandes arietes facti, refuso periculo in venditorem.

17. Quid de eo, qui emit certos cados vini, vel olei, cum pacto, vt sibi vendantur illi tali tempore.

DEBITABIS hinc, an venditiones quædam reciproca, quas Hispani vocat Baratras, Mohatras; Latini verò Stocolias, & Barocolias, Itali, Stocchi, sint licitæ? sit exemplum: Petit quidam viginti aureos mutuos à mercatore; mercator non vult dare mutuos, sed paratus est illi vendere ad creditum, triticum, oleum, vinum, pannum, vel alias merces summo, & rigoroso pretio, iusto tamen currenti. v. c. 105. aut 106. vt eas vendat pecunia numerata, cui voluerit, & sic suæ consulat inopia. Ille emptas ad creditum, eas iterum mercatori offert, & mercator rursus eas emit, vel potiùs redimit pecunia numerata, minoris tamen, v. g. pretio infimo currenti, centum; & qui eas ei iterum vendit, manet ei debitor in quinque, aut in sex. Rogo modò, an iste modus vendendi, sit licitus? Planè quidam existimant, esse iniustum, & illicitum, vsuramque palliatam. Ita Rebellus 2. p. de obligat. iust. lib. 9. quest. 7. num. 7. & ideo, quia continet speciem quandam fraudis, prohibetur legibus Castellæ l. 22. tit. 15. & in Ordinat. Lusitanis, 4. parte Extrauag. sub pœna quinquaginta aureorum, & exilij per biennium in Africam, & vt creditor nec debitum exigere valeat, nec debitor, vel eius fideiussor, illud soluere teneatur.

Nihilominus in foro conscientis, dicendum est, licitum esse talem modum venditionis, sub his tribus conditionibus simul obseruatis; non in foro soli. Prima, modò sincero animo fiat; secunda, modò mercator vendens nullam obligationem imponat ipsi emptori, vt sibi statim reuendat eas merces, quas emit, sed liberum ei relinquat, vt vendat, cui

cui voluerit: *tertia*, modò intra limites iusti pretij, supremi, & infimi tunc currentis, venditio fiat. Puta, vt, quando venduntur ad creditum, non excedatur iustum pretium rigorosum; & quando re emuntur numerata pecunia, non descendatur infra infimum iustum: ita Nauarrus in *sum. Lat. cap. 22. num. 92.* Petrus Nauarra *lib. 3. de rest. cap. 2. n. 170.* Syluester *verb. usura 2. quest. 4. Mercado lib. 2. de contractib. cap. 2.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dubitat. 16. num. 130.* Et omnes, qui dicunt, licitam esse venditionem, & emptionem intra totam latitudinem pretij infimi, & supremi, tam ad creditum, quam annumerata pecunia, qui si consequenter loquantur, hoc etiam debent dicere, quos citauimus *cap. 6. num. 11* & hi sunt, *Couarruias lib. 2. variar. cap. 3. num. 2 & 6.* Molina *tom. 2. de iust. disput. 355.* & ratio est, *primò*, quia venditio intra latitudinem iusti pretij, supremi, & infimi, est licita, & valida, ita vt non excedatur supra supremum, nec descendatur infra infimum; qui enim vendit supremo, iuste emit, & qui emit, & vendit infimo numerata pecunia, iuste quoque emit, & vendit; quare cum hic, & nunc, ita fiat, non videtur damnandus pro foro conscientie, talis modus venditionis. Enimvero prima venditio iusta fuit, cum facta fuerit iusto pretio, quamuis summo. Secunda quoque iusta fuit, quia similiter facta fuit iusto pretio, quamuis infimo: non est ergo dubitandum, hunc modum venditionis, esse licitum. *Secundò*, quia vltionæ merces vilescunt; ergo, cum secundus venditor, qui prius emptor fuit, offerat suas merces, iam necessarium pretium talium mercium, debet vilescere, ita tamen, vt iustum semper maneat in illo modo vendendi.

3. Neque obstat *primò*, quòd fiat ista secunda venditio statim pretio infimo, quia tale pretium infimum, est iustum, & si pecunia illa, quam numerat mercator, qui rem vendidit, maneret in manu ipsius mercatoris, tantumdem illa, & fortasse plus lucraretur.

Non obstat *secundò*, quòd idem sit emptor, quòd venditor, quia, si alter tertius poterat licite eandem rem emere eodem pretio, cur non ille etiam. Imò beneficium venditori præstat non exiguum, dum illum liberat à labore quærendi alium emptorem, non tamen poterit illum ad hoc cogere, quia iam illi fiet iniuria. Licet tamen hic modus vendendi in foro poli, sit licitus; in foro soli, reprobatur, & vsurarius iudicabitur.

4. Accedit, quia mercator non tenetur, miserum à miseria liberare, accommodando pecuniam; sed tenetur illi succurrere modo licito; talis autem modus, est licitus. Non negamus tamen, dari posse peccatum scandali, & mali exempli, in hoc modo venditionis; & quia hi, qui illum exercent, infamant se ipsos, vt bene animaduertunt Lessius, & Nauarrus allegati; vnde, ob hanc rem, poterit esse peccatum, non tamen ad restitutionem obligabitur, ad quam sola obligatio legis iustitiæ adstringit.

5. Similis penè quæstio est, circa illum modum vendendi, quem in aliquibus orbis partibus, auaritia, in animarum perniciem, introduxit, v. c. eget agricola pauper, bobus, ad excolenda sua iugera; accedit ad diuitem, & pecuniosum hominem, vt illos sibi vendat: cum illos non habeat, supponit alienos, vel sine tali suppositione, conueniunt de venditione illorum, venditque diues præfatos boues agricolæ ad creditum, pretio rigoroso tunc currenti, dilata solutione, assignataque die ad soluen-
dum pretium, & charta facta, fatetur se agricola

debitorem diuitis, de pretio illorum: hoc contractu perfecto, agricolæ pecunia, quam à diuite accipit, boues ab eo emit; rursus accedendo ad diuitem, & cum eo alium contractum de nouo faciendo; nimirum, vt agricola statim vendat eidem diuiti pretio infimo, numerata pecunia, & vt diues eos ei elocet pro certa pensione mensurarum tritici. & ita fit. Quæritur, an omnes isti contractus, liciti sint, & vitio vsuræ careant? Videntur enim carere; quia primus contractus, & prima venditio facta creditò, licet fuerit facta pretio rigoroso, fuit tamen facta iusto pretio; quia pretium rigorosum est iustum. Secunda, qua agricola, postquam illos ad creditum emit à diuite, eidem iterum diuiti pretio infimo, numerata pecunia, vendidit, similiter est iusta, quia fuit facta iusto pretio, licet infimo: inter licitum enim, & supremum pretium, licitum est emere, & vendere, vt supra diximus. Tertius contractus locationis pro certa, & currenti pensione, solitus est, & nullibi videtur reprobatus; quamobrem, siue omnes hi contractus simul considerentur, siue quisque illorum separatim sumptus, videntur liciti.

6. Nihilominus distinguendum est: nam, si emptor agricola, quando accessit ad diuitem, boues ab eo emprurus, sciebat, vel præsumebat, diuitem venditorem eos non habere, & suppositurum alienos; vel sine tali suppositione, cum illo contraxit de bobus certæ qualitatis, quos diues non habebat, contractus primæ venditionis factæ ad creditum, expectatæque solutione, est vsurarius, & illicitus, vel saltem talis præsumitur in ytroque foro, soli, & poli, & consequenter omnes alij contractus, qui illius iustitiæ innitebantur, illiciti, & vsurarij sunt: & tenetur diues venditor, & postea emptor, atque elocator, omnia restituere pauperi agricolæ; quia omnia luca, quæ ex illo, & sequentibus contractibus acquisiuit, fuerunt acquisita ex re fructifera, nempe ex bobus, qui non extabant, nec erant diuitis; quomodo enim potest quis lucrum acquirere ex re, quam non habet, nec vnquam habuit, nec fuit sua. Si verò diues illos habebat, & vendidit agricolæ, dilata solutione, pretio rigoroso, iusto tamen in illo modo vendendi, & postea agricola eos ei vendidit pretio infimo, præfenti pecunia, in foro, tam contractus primæ venditionis, quam reliqui omnes, qui in iustitia illius innitebantur, fuerunt liciti, & luca ex illis acquisita, iusta, & non sunt obnoxia restitutioni, iuxta ea, quæ supra dicta sunt. Et ratio est, quia diues, illos reuera habebat, & venditio intra infimum, & rigorosum pretium, modò supra rigorosum non ascendatur, neque infra infimum descendatur, est iusta, vt etiam supra diximus, boues autem erant frugiferi; quare omnia illa luca, etiam lucrum elocationis, cum sint iuste acquisita, non sunt restitutioni obnoxia; in foro autem soli primus contractus emptionis ad creditum, & consequenter omnes in illo comprehensi, præsumantur, & habentur pro vsurariis: ita Molina *tom. 2. de iust. disp. 362. §. tertius est.* Sotus *lib. 6. de iust. quest. 4. art. 2. ad 3.* Nauarrus in *summa Latin. cap. 17. num. 229. & 230.* Syluester *verb. usura 2. quest. 6.* Angelus *verb. usura 1. num. 71.* Maior in *4. dist. 15. quest. 46.* Rebellus *2. part. de obligat. iustit. lib. 9. quest. 7. num. 7. §. alius tamen.* patet hoc ex doctrina, & definitione vsuræ, quia vsura, vt ait Couarruias *lib. 3. variar. cap. 1. num. 2. vers. usura*, est voluntas capiendi lucrum temporale ultra sortem, causa mutui principaliter. Hic autem in primo contractu, & consequenter in omnibus, qui in illo nitebantur, nulla fors, nullum capitale

auferendi rem illam ab illa familia; si fuerint secularia bona, ea, quæ in emphyteusim perpetuam traduntur, potest dominus directus emphyteutans, ultra congruam pensionem annuam, pro quo illa emphyteutat, accipere aliquam pecuniam moderatam pro eo modo emphyteutandi, quia illud grauamen, quod ille sibi imponit, nunquam auferendi bona ab illa familia, dum soluerit pensionem conuentam, & non augendi illam, est pretio æstimabile; vt de se patet, & docet idem Valafcus.

14. Solent aliqui dare agricolis certam aliquam pecuniam super certum, & designatum bouem, v. c. tres, vel quatuor aureos, eo onere, & obligatione, vt pro ea pecunia, sibi reddant quotannis certam, ac consuetam frumenti pensionem. Rogabis, an hic modus contrahendi, sit vsurarius, licitus, an illicitus? Respondeo, si sumunt periculum bouem in se, ita vt, si bos pereat casu fortuito, & sine culpa agricolæ, amittant pecuniam, esse licitum, & iustum, modò pensio pecuniæ sit proportionata in ordine ad pretium, & partem bonis, quam emit, quia, cum bos sit frugiferus, omnes etiam illius partes frugiferae sunt; & talis contractus erit vera emptio partis bonis. Nec obstat, quòd non possit designari certa pars in boue, quæ emptæ fuerit, nam sufficit, quòd bos sit determinatus, vt venditio partis illius, sit certa, moraliter loquendo: adde, quòd tantumdem facte possit emptor prædictæ partis bouis, lucrari illa pecunia, si illam exponeret alteri modo negotiationis lucriferae. Secus resoluendum, si periculum partis bouis, pereunte boue, in se suscipere nolit.

15. Dubium tamen est: si quis in autumnno centum arietes, vel oues pretio tunc communi numerato, sed cum pacto, vt vsque ad Iunium seruentur illæ, & fructus, lactis, & casei, ad emptorem pertineant, periculum verò ad venditorem; an sit licitus huiusmodi contractus? Respondeo, non esse licitum, neque iustum, imò iniquum, cum onere restituendi æstimationem periculi, laboris, custodiæ, pastus, aliosque sumptus; modò venditio à principio facta fuerit iusto pretio: nam, si in venditione, pretioque illius, æstinatio periculi, laboris, & pastus, deducta fuit, iusta esse poterit, si quidem iam ibi hæc omnia detrahuntur. Ratio est clara, quia res fructifera, sicut domino fructificat, ita domino perit. Vnde, si fructificant emptori, ideo est, quia per emptionem factus fuit dominus ouium, vaccarumve; quamobrem illi debent etiam perire, non venditori, ita respondet Molina tom. 2. de iust. disp. 362. & est communis. Similiter, si in ea venditione redderetur pactum, vt, fructibus perceptis, teneatur venditor, illas oues redimere tali tempore eodem pretio; quo illas vendidit, illicitus erit talis contractus cum obligatione restitutionis, perinde enim esset tunc, ac dicere: Do tibi has pecunias mutuas, vsque ad tale tempus, pro lucro istorum fructuum, ultra securationem capitalis. Ita idem Molina allegatus cum communi.

16. Item, si quis, tempore, quo agni, & arietes nouelli sunt, & minus valent, mille emat indefinite pretio tunc currenti, non designando illos in particulari, nec notando signis, ac notis suis, sed tradendos integros, atque illætos tempore, quo plus valebunt, v. c. in fine anni; contractus, vsurarius est, quia periculum refunditur in venditorem, & pro anticipata solutione, accipitur illud lucrum maioris valoris, quem postea habituri sunt; quamobrem totum illud valoris incrementum, quod postea, quando traduntur, habent, restituen-

dum est, quidquid rei probet euentus, ita Molina inductus, & est communis omnium Doctorum.

Denique, si emas certos cados vini, vel olei, pretio tunc currenti, cum pacto, vt venditor tibi illud vinum, vel oleum seruet illæsum, & sine deteriorationis periculo, vsque ad certum tempus, in suis vasculis, contractus est iniustus, & vsurarius, quia reicitur periculum in venditorem, cum debeat res perire emptori, dominoque suo; & emptor, per illam emptionem, dominus illorum factus sit; ac proinde tenetur prædictus emptor, restituere omnes expensas venditori, quæ factæ sunt in conseruando illo vino, & oleo, & si pereat, vel deterioretur, illi debet perire, ac deteriorari; nisi in venditione, hæc omnia pensata iam fuerint, & maiori pretio recompensata, vt colligitur ex prædictis principiis doctrinæ Molinæ superius traditæ.

17.

CAPVT XXXV.

Quousque emptio, & venditio, illicita, vel iniusta in monopolis sit habenda?

1. Quid sit monopolium, & quomodo fiat, & quibus modis.
2. Si certi mercatores conspirent inter se, vt ipsi soli vendant certum mercium genus, aut vnus tantum illorum, certo pretio, qui non sit supra iustum, & rigorosum, sed sit rigorosum, & nulli alij vendat minoris. Prima opinio docet, non peccare illos contra iustitiam, sed tantum contra charitatem.
3. Secunda docet, peccare contra iustitiam, & teneri ad restitutionem augmenti, in quod conspirarunt.
4. Soluuntur argumenta secunde opinionis.
5. Possunt Principes Republica, pro bono communi statueri, vt vnus solus, aut plures, vendat vinum, triticum, salem, papyrum, aut certum mercium genus, concedendo illis privilegium ad hoc, pro certa summa, qua pro defensione Regni, aut Republica, applicetur.
6. An vero licitum sit emere simul omnes merces, quando vilius valent, & idem de fructibus, de vino, oleo, tritico, &c. & eas seruare, vt vendant tempore, quo altius valent. Est partita opinio. Prima docet, esse contra iustitiam, & teneri ad restitutionem.
7. Secunda docet, neque contra iustitiam, neque contra charitatem peccare, modo id fiat sub certis conditionibus ibi positis.
8. Multitudo emptorum aduenientium ad aliquem locum, ad emendum certum genus mercium, auget pretium illarum, quin illi ad restitutionem teneantur.
9. Leges ciuiles non obligant de iustitia, ad penam, nisi post latam sententiam. ibid.
9. Qui per fraudem, aut dolum, impedit, ne aliquis rem suam vendat tempore cariore, quo volebat vendere, aut impedit, ne ad aliquam urbem merces aduehantur, vt sua cariùs vendat, peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem.
10. Qui vendit rem suam tempore, quo per aliorum fraudem, illius pretium auctum est, si in fraude non participauit, an peccet contra iustitiam, vel contra charitatem.

11. Quid,

auferendi rem illam ab illa familia; si fuerint secularia bona, ea, quæ in emphyteusim perpetuam traduntur, potest dominus directus emphyteutans, ultra congruam pensionem annuam, pro quo illa emphyteutat, accipere aliquam pecuniam moderatam pro eo modo emphyteutandi, quia illud grauamen, quod ille sibi imponit, nunquam auferendi bona ab illa familia, dum soluerit pensionem conuentam, & non augendi illam, est pretio æstimabile; vt de se patet, & docet idem Valafcus.

14. Solent aliqui dare agricolis certam aliquam pecuniam super certum, & designatum bouem, v. c. tres, vel quatuor aureos, eo onere, & obligatione, vt pro ea pecunia, sibi reddant quotannis certam, ac consuetam frumenti pensionem. Rogabis, an hic modus contrahendi, sit vsurarius, licitus, an illicitus? Respondeo, si sumunt periculum bouem in se, ita vt, si bos pereat casu fortuito, & sine culpa agricolæ, amittant pecuniam, esse licitum, & iustum, modò pensio pecuniæ sit proportionata in ordine ad pretium, & partem bonis, quam emit, quia, cum bos sit frugiferus, omnes etiam illius partes frugiferae sunt; & talis contractus erit vera emptio partis bonis. Nec obstat, quòd non possit designari certa pars in boue, quæ emptæ fuerit, nam sufficit, quòd bos sit determinatus, vt venditio partis illius, sit certa, moraliter loquendo: adde, quòd tantumdem facte possit emptor prædictæ partis bouis, lucrari illa pecunia, si illam exponeret alteri modo negotiationis lucriferae. Secus resoluendum, si periculum partis bouis, pereunte boue, in se suscipere nolit.

15. Dubium tamen est: si quis in autumnno centum arietes, vel oues pretio tunc communi numerato, sed cum pacto, vt vsque ad Iunium seruentur illæ, & fructus, lactis, & casei, ad emptorem pertineant, periculum verò ad venditorem; an sit licitus huiusmodi contractus? Respondeo, non esse licitum, neque iustum, imò iniquum, cum onere restituendi æstimationem periculi, laboris, custodiæ, pastus, aliosque sumptus; modò venditio à principio facta fuerit iusto pretio: nam, si in venditione, pretioque illius, æstinatio periculi, laboris, & pastus, deducta fuit, iusta esse poterit, si quidem iam ibi hæc omnia detrahuntur. Ratio est clara, quia res fructifera, sicut domino fructificat, ita domino perit. Vnde, si fructificant emptori, ideo est, quia per emptionem factus fuit dominus ouium, vaccarumve; quamobrem illi debent etiam perire, non venditori, ita respondet Molina tom. 2. de iust. disp. 362. & est communis. Similiter, si in ea venditione redderetur pactum, vt, fructibus perceptis, teneatur venditor, illas oues redimere tali tempore eodem pretio; quo illas vendidit, illicitus erit talis contractus cum obligatione restitutionis, perinde enim esset tunc, ac dicere: Do tibi has pecunias mutuas, vsque ad tale tempus, pro lucro istorum fructuum, ultra securationem capitalis. Ita idem Molina allegatus cum communi.

16. Item, si quis, tempore, quo agni, & arietes nouelli sunt, & minus valent, mille emat indefinitè pretio tunc currenti, non designando illos in particulari, nec notando signis, ac notis suis, sed tradendos integros, atque illætos tempore, quo plus valebunt, v. c. in fine anni; contractus, vsurarius est, quia periculum refunditur in venditorem, & pro anticipata solutione, accipitur illud lucrum maioris valoris, quem postea habituri sunt; quamobrem totum illud valoris incrementum, quod postea, quando traduntur, habent, restituen-

dum est, quidquid rei probet euentus, ita Molina inductus, & est communis omnium Doctorum.

Denique, si emas certos cados vini, vel olei, pretio tunc currenti, cum pacto, vt venditor tibi illud vinum, vel oleum seruet illæsum, & sine deteriorationis periculo, vsque ad certum tempus, in suis vasculis, contractus est iniustus, & vsurarius, quia reicitur periculum in venditorem, cum debeat res perire emptori, dominoque suo; & emptor, per illam emptionem, dominus illorum factus sit; ac proinde tenetur prædictus emptor, restituere omnes expensas venditori, quæ factæ sunt in conseruando illo vino, & oleo, & si pereat, vel deterioretur, illi debet perire, ac deteriorari; nisi in venditione, hæc omnia pensata iam fuerint, & maiori pretio recompensata, vt colligitur ex prædictis principiis doctrinæ Molinæ superius traditæ.

17.

CAPVT XXXV.

Quousque emptio, & venditio, illicita, vel iniusta in monopolis sit habenda?

1. Quid sit monopolium, & quomodo fiat, & quibus modis.
2. Si certi mercatores conspirent inter se, vt ipsi soli vendant certum mercium genus, aut vnus tantum illorum, certo pretio, qui non sit supra iustum, & rigorosum, sed sit rigorosum, & nulli alij vendat minoris. Prima opinio docet, non peccare illos contra iustitiam, sed tantum contra charitatem.
3. Secunda docet, peccare contra iustitiam, & teneri ad restitutionem augmenti, in quod conspirarunt.
4. Soluuntur argumenta secunde opinionis.
5. Possunt Principes Republica, pro bono communi statuerè, vt vnus solus, aut plures, vendat vinum, triticum, salem, papyrum, aut certum mercium genus, concedendo illis privilegium ad hoc, pro certa summa, qua pro defensione Regni, aut Republica, applicetur.
6. An vero licitum sit emere simul omnes merces, quando vilius valent, & idem de fructibus, de vino, oleo, tritico, &c. & eas seruare, vt vendant tempore, quo altius valent. Est partita opinio. Prima docet, esse contra iustitiam, & teneri ad restitutionem.
7. Secunda docet, neque contra iustitiam, neque contra charitatem peccare, modo id fiat sub certis conditionibus ibi positis.
8. Multitudo emptorum aduenientium ad aliquem locum, ad emendum certum genus mercium, auget pretium illarum, quin illi ad restitutionem teneantur.
9. Leges ciuiles non obligant de iustitia, ad penam, nisi post latam sententiam. ibid.
9. Qui per fraudem, aut dolum, impedit, ne aliquis rem suam vendat tempore cariore, quo volebat vendere, aut impedit, ne ad aliquam urbem merces aduehantur, vt sua cariùs vendat, peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem.
10. Qui vendit rem suam tempore, quo per aliorum fraudem, illius pretium auctum est, si in fraude non participauit, an peccet contra iustitiam, vel contra charitatem.

11. Quid,

- 12 Quid de mercatore, qui animo nocendi alteri, chartam fictam rupit in loco, in quo alter ruptam inueniret, & de facto nocuit, an ad restitutionem ei teneatur, & n. 12.
- 13 An, qui medicinam certam sciunt, teneantur illam edocere in utilitatem communem, & quatenus.
- 14 Quid, si certi mercatores litteris fictis fingant, aliquam insulam fuisse subuersam, unde certa merces veniebant, ut suas carius venderent.

1. **M**ONOPOLIUM, ut ait Molina *disp.* 345. dicitur à *μόνος*, quod est, unus, vel solus, & *πολις*, quod est vendere, inde *Monopola*, id est, homo, exercens monopolia, quasi vnus dumtaxat in aliquo Regno, vrbe, Prouincia, vel oppido, sit venditio certi mercium generis. Fit autem tunc Monopolium, quando vnus, vel pauci efficiunt, ut ipsi soli aliquod mercium genus vendant, eo pretio, quo ipsis collibuerit. Generatim tamen hodie Monopolium à Doctoribus definitur sic: *Est conuentio, machinatio, & industria aliquorum mercatorum, qua efficiunt, ut ipsi soli, vel aliquod mercium genus vendant, vel certo pretio vendant.* Hoc autem quatuor modis fieri potest. Vel conspirando inter se de pretio, ut nullus vendat minoris. Vel faciendo, ut ipsi soli vendant aliquas merces, vel industria propria, vel obtinendo ad id, priuilegium Principis particulare. Vel emendo simul omnes merces certi generis, easque supprimendo, donec pretium illarum multum creuerit. Vel impediendo, ne aliunde asportentur ab aliis. Per hos omnes modos discutemus, & videbimus, an liciti sint. Circa primum modum, partita est opinio.

2. Prima, quæ videtur probabilis, ait; si mercatores conspirant inter se, ut certo pretio vendant certum mercium genus, & nullus vendat minoris, aut ut vnus tantummodo illud vendat, non peccare contra iustitiam, modò non id vendant supra pretium naturale summum, & rigorosum; & modò etiam non vendant supra pretium legitimum iuste taxatum per publicam potestatem; peccare tamen contra charitatem. Similiter etiam docet, si emptores conspirant, ut nullus emat, nisi pretio infimo currenti, non peccare contra iustitiam, licet aliquando peccare possint contra charitatem. Ita docent Lessius *tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dub. 20. num. 145.* Molina *tom. 2. disp. 345. §. Dubium est.* Nauarrus *in summa Latina, cap. 23. num. 42.* vbi dicit, id esse peccatum mortiferum; non declarat tamen, an sit contra iustitiam, an contra charitatem; ex antecedentibus tamen, & consequentibus colligitur esse contra charitatem, & sic nobiscum consentit; consentit etiam nobiscum Maior *in 4. dist. 15. quest. 40.* & Syluester *verb. Emptio, quest. 18.* Probat conclusio, primo, quia, qui sine metu, & fraude suadet alicui volenti vendere pretio infimo currenti, ut vendat pretio supremo, ac rigoroso similiter currenti, & iusto, non peccat contra iustitiam, nec tenetur ad restitutionem; sicut contra illam non peccat, nec ad restitutionem tenetur ille, qui sine dolo, & fraude suadet alicui solo consilio, & rationibus volenti relinquere suum beneficium, aut legatum vni, ut alteri illud relinquat: ergo pari ratione, neque illi mercatores peccabunt contra iustitiam, qui eo modo conuenient inter se alij alijs, suadendo, ut rigoroso pretio vendant, & non infimo, modò id non faciant vi, aut fraudibus, aut falsis rationibus imponendo emptoribus falsa testimonia, quia tunc peccabunt contra iustitiam, & ad restitutionem adstringentur; habent

Fagundez de iustitia, &c.

enim emptores omnes, & singuli illorum, ius, ut per iniuriam, vim, & fraudes, non impediatur ab emptione, quam poterant facere infimo pretio; sicut donatarius, & legatarius ius habent, ut per fraudes, à donatione, legato, vel resignatione beneficij, non impediatur. *Secundò*, quia nunquam violatur iustitia, quando non exceditur pretium rigorosum, rigorosum enim pretium, iustum est. Sicut nunquam violatur, quando non emitur infra infimum, quia pretium infimum etiam est iustum.

3. Secunda docet, peccare prædictos conspirantes, contra iustitiam, & teneri consequenter ad restitutionem augmenti pretij, in quod conspirant: ita Sotus *lib. 6. de iustitia, quest. 2. art. 3.* Medina *C. de rest. quest. 36. §. Sed an tales.* Conradus *de contractibus, quest. 51. conclus. 2.* Rebellus *2. part. de obligat. iust. lib. 9. quest. 7. num. 6.* adduntque huiusmodi Doctores, facta ea conspiratione, posse similiter, ad repellendam iniuriam, conspirare emptores contra præfatos mercatores, ut non emant, nisi pretio infimo; sicut illi conspirent, ut non vendant, nisi supremo, ut monopolium monopolio destruat, modò eo animo id faciant, ut, vbi illi cessauerint à sua conspiratione, cessent hi similiter à sua. Probat primo, quia forum venalium, iure gentium omnibus est liberum ad emendum, & vendendum intra totam latitudinem pretij iusti, ac proinde iniuria fit ipsis emptoribus, eos per totam conspirationem obligando, ut non, nisi pretio iusto, emant alienas merces, & suas vendant infimo. Probat secundo, quia omnes leges prohibent huiusmodi monopolia, tanquam iniusta, ut patet ex *l. opica, C. de monopolijs;* & ex toto eodem titulo, & lege citata, iudices, qui fuerint remissi in monopolis puniendis afficiuntur poena quadraginta librarum. Probat tertio, quia, si non daretur tale monopolium, rigorosum pretium non esset tam altum, sed esset minus; ergo, eo dato, semper verum est, vendi res ultra summum, & rigorosum, ac proinde talis conspiratio erit iniqua, & contra iustitiam, quia venditio supra rigorosum pretium, semper est iniusta.

4. Hæc tamen huius opinionis fundamenta facile conuelluntur.

Ad primum enim dicimus, forum rerum venalium, liberum esse omnibus, non fieri tamen iniuriam emptoribus, & venditoribus, eos cogendo per monopolia, ut non, nisi pretio supremo emant, & hi pretio infimo vendant, quia tota ea latitudo intra infimum, & supremum, est licita, & infimum, & supremum etiam pretium est licitum, & iustum: unde dum supra supremum non ascenditur, nec infra infimum descenditur, nulla fit iniuria, propriè loquendo, emptoribus, & venditoribus, ex qua resultet obligatio restitutionis, ex iustitia; lato tamen modo dicitur iniuria, quatenus in ea conspiratione peccant contra charitatem, quæ est totius iustitiæ fundamentum.

Ad secundum respondemus, leges seculares non obligare directè in conscientia, nisi post latam sententiam.

Ad tertium asserimus, eo monopolio dato, non excedi supremum, & rigorosum pretium tunc currentis. Supremum autem pretium esse intelligendum de pretio tunc currenti, non de illo, quod occasione talis monopolij, currere potest; & ratio est, quia pretium rerum vendibilium, non pendent ex mercatorum auaritia, & libidine, alioquin enim passim mutarentur, & crescerent, sed pendent ex publica taxa, vel ex communi hominum æstimatione.

R r nei

ne: peccarent tamen contra iustitiam rigorosam, & ad restitutionem tenerentur prædicti venditores, & emptores, si conspirarent, ut non, nisi infra infinitum similiter tunc currens emerent, & venderent; ut optime animadvertit Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dubit. 20. num. 147.*

5. Circa secundum modum: Non est negandum in utraque opinione precedenti, posse Principes, Respublicas, & Communitates licite, & iuste, pro bono communi, statueri, ut vnus solus vendat vinum, triticum, sal, aut certum aliquod mercium genus, concedendo idem priuilegium alicui homini particulari pro certa summa pecuniae; posseque illum, vel alios mercatores propria industria procurare, ut ipsi solum hoc priuilegium obtineant; dummodo tale lucrum communitati, & defensionni Regni, & Reip. applicetur, ut communiter fieri videmus; & id speciatim docent Syluester *verb. emptio. quest. 18. num. 19.* Innocentius *in cap. significante. de pignoribus. Molina tom. 2. de iust. disp. 345. §. dubium est. Medina C. de vend. quest. 30 §. penult.* Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dubit. 20. num. 48.* Nauarrus *cap. 23. à num. 91.* Rebellus *2. part. de iust. oblig. lib. 9. quest. 7. num. 3.* Quod tunc maxime fieri potest, cum Respublica mercibus aliquibus indiget, nec potest facile eas habere; vel quia nemo est, qui, propter periculum nauigationis, itineris, & vel propter alias difficultates, velit illas aliunde, ut vendat, asportare, nisi obtento à Rege, aut summo Pontifice, priuilegio, ut ipse solus vendat moderato pretio, & non alius, in Republica, patiente interim Regno, & Republica maxima incommoda. Quoties enim ita contigerit, potest Princeps, & Respublica, imò debet, priuilegium hoc concedere, taxata tamen mercibus moderato pretio, ne plus iusto Respublica per huiusmodi priuilegia grauetur, & ne id, quod inductum est, propter commodum illius, in illius incommodum vertatur; quæ enim pro pietate, & charitate inducta sunt, non debent contra illam militare. Sic videmus fieri quotidie in executione nouorum librorum cum priuilegio, ne alius intra tot annos, eos vendat, aut aliunde vendendos asportet. Sic etiam sæpe Reges merces aliquas à se solis vendendas reseruant sibi, non sine subditorum comodo; dum enim hoc faciunt, habent, vnde Regnum, & dominia sua facilius defendant, dempta occasione, ut eos maioribus tributis grauent, quæ est causa, addit Molina *suprà* inductus, ob quam, soli Reges Lusitaniae, & Hispaniae, certas ex hoc Regno merces in Indiam asportent, & inde huc alias transportent, nec hoc ab aliis fieri permittunt, sic ligna Brasiliae solum Reges vendere, atque aduchere possunt, pipere, & alia similia Indiana, quæ item causa est, ait Medina allegatus, ob quam damnandum non sit, si Rex in publica aliqua necessitate constitutus pro certa aliqua pecuniae summa, concedat aliquando aliquibus mercatoribus, vel opificibus, ut ipsi soli possint vendere aliquid in suo Regno, moderato pretio, ne plus iusto Respublicae communitas grauetur; quod autem minus vsui humano merces fuerint necessariae, eò facilius huiusmodi priuilegia vendere poterunt, aut monopolia facere, vel permittere; & quò magis fuerint necessariae, eò difficilius illa dare, permittere, & potest in conscientia, maiorque necessitatis causa requiritur ad hoc faciendum, vnde in sale, & papyro, & alijs huiusmodi rebus, sine quibus vix homines viuere, & humana commercia consistere possunt, grauissimæ necessitatis cause requiruntur, ne grauentur populi plus nimio, ut experientia passim docet,

6. Circa tertium modum, de illis, qui simul omnes merces emunt, ut postea vendant tempore cariori, supprimuntque illas, quoad vsque carius valeant; sunt duæ opiniones.

Prima docet, illos, qui simul omnes, aut plurimas merces certi generis emunt, ut frumentum, vinum, oleum, tempore messis, vel ante, vel post, & supprimunt illas, ut postea cariori tempore pro libito suo, vendant, peccare contra iustitiam, & teneri ad restitutionem. hanc docent Gabriel *in 4. dist. 15. quest. 10. art. 3. dub. 2.* Medina *de rest. q. 36. §. penult.* Syluester *verb. emptio. quest. 10.* Angelus *verb. negotiatio. num. 3.* Sotus *lib. 6. de iust. quest. 2. art. 2.* Maior *in 4. dist. 15. quest. 4. alioquin 4. in 4. argumento.* Fundamentum illorum, est; primo, quia singuli ciues de Republica ius habent liberum emendi quocumque tempore sibi, suæque familiae necessaria pretio currenti: ergo iniuriam illis inferunt huiusmodi homines, Regiones vocant Lusitani, inducendo charitatem, tantam copiam emendo, & apud se retinendo. nam quandiu illam supprimunt, & retinent, Respublica, & singuli ciues illius ius habent, ut pretium non augeatur: & ideo per leges ciuiles hic modus emendi, & vendendi seuerè prohibetur, & punitur. Secundo, quia illi, qui simul emunt omnes merces, ut postea vendant, vtuntur fraude, & fraude efficiunt, ut postea singuli ciues carius emant, cum tamen ius habeant, ut nullus eos per fraudem damnet.

7. Secunda, cui adhæreo, docet, non peccare huiusmodi homines, neque contra iustitiam, neque contra charitatem, si emant res, quas asseruent, ut postea vendant tempore cariori, modò hæc tres conditiones obseruentur. Prima, modò iusto pretio currenti emant, & iusto pretio currenti vendant. Secunda, modò non impediunt singulos ciues de Republica, ut similiter tempore messis, vel abundantiae, currenti pretio, sibi emant, quæ voluerint. Tertia, modò non omnes simul merces emant, aut tam ingentem copiam, ut hac via inducant charitatem, & propterea multum pretium illarum augeatur: nam si multum augeatur, & in causa sint, ut ciues eodem presenti tempore carius emant, peccabunt quidem contra charitatem, non contra iustitiam, & ideo non erunt obligandi ad restitutionem, quamuis grauissimè puniri possint per leges Respublicae. ita docet Lessius *tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 20. num. 151.* Molina *tom. 2. disput. 345. §. sed quid. & §. secunda conclusio, & alij communiter.* Primo, quia, quando emunt, emunt pretio currenti, quando vendunt, vendunt similiter currenti pretio; supprimendo autem, & retinendo, non peccant contra iustitiam, quia non tenentur ex iustitia vendere in hoc tempore, cum ad id se non obligarint, & ad alias regiones, illas statim transferre possint sine iniuria cuiuspiam, & quia liberum erat tunc ciuibus eas emere, si pecuniam haberent, neque etiam ciues habent ius iustitiae ad emendas illas pro tempore, quo minus valent, sed solum habent ius, hoc est, habent libertatem, & liberum illis est, eas emere quocumque tempore voluerint, pro pretio currenti, quod tunc habuerint, nam si tale ius iustitiae haberent, peccarent profecto illi, qui multas merces hic emunt, vbi vilius valent, ut illas transferant in alias partes, vbi non sunt, & plaris valent, quia hic multum illarum pretium augetur, quod non est dicendum; alioquin impediretur commercium humanum, & iniuria fieret prouidentiae diuinæ, quæ, ad frequentandum huiusmodi commercium, voluit, ut non omnes terræ omnia ferant.

tum, quia futuſe erant carioreſ merces, propter earum penuriam in India, & poſtquam illam legit, minutatim dilaceravit illam; intendens illas emere; ſed alius mercator tenuis colligens fragmenta, coaptantique, ac legens, prævenit illum in emendo, & lucrum ei ſuſtulit. caſus fuit notiffimus, & valde, ac bene diſcuſſus. Tandem Sylveſter *verb. emptio. num. 18.* ex eodem Archidiacono ibi à ſe allegato. Tabiena *verb. emptio. §. 13.* Fumus *cod. verb. n. 13.* & alij reſponderunt, mercatorem tenuem, neque contra charitatem, neque contra iuſtitiam peccaſſe, nec ad ullam reſtitutionem teneri, quia licitum eſt cuique, ſibi accipere id, quod pro derelicto habetur, ut habebantur literarum fragmenta; nec dicendum eſt, peccaſſe illum, ex eo, quod contractis fragmentis, contra voluntatem alterius illius legerit epistolam, ex qua prædicta ſecreta collegit; quia nulla obligatio ſecreti eſt in fragmentis, quæ pro derelicto ſunt reputata. Rebellus citatus *n. 8.* dicit, reſolutionem horum Doctorum eſſe probabilem, ſed illam inſirmare conatur, contrarium ſequens, ex hoc fundamento ſecreti: immerito tamen eam inſirmat, & patet, quia nullam iniuriam illi fecit, legendo, utendoque notitia epistolæ.

13. Solent Medici, artifices, & alij ſimiles, qui ſecretum aliquod naturæ ſciunt, ad curandos morbos inter ſe convenire, ut ſecretum ſuum, & artem, alios non doceant, niſi ſub grandi, & immoderato pretio; & ſolum eam docent filios, ſi illos habent. Dubitabis, an peccent hi, & an contra iuſtitiam, vel charitatem? Reſpondeo, peccare, eos mortaliter contra charitatem, ſi non ſint alij, qui ſimilem artem calleant, aut ſimiles morbos aliis medicinis ſufficienter ſanare, & curare poſſint, poſſeque eos magiſtratus obligare gravibus pœnis; ut in beneficium commune Reipublicæ, id alios edoceant, ſi ita convenite iudicaverint, & poſſe etiam præfatos magiſtratus, moderatum, iuſtum tamen pretium pro illis edocendis, qui velint eam artem, ſecretumque naturæ addiſcere. ita Rebellus *tom. 1. de obligat. iuſtitie. 2. part. lib. 9. quaſt. 7. num. 4.* & Sylveſter *verb. emptio. quaſt. 13.*

14. Quid denique, ſi quis per ſe, vel per alios, falſis ſpatis tumoribus, & literis conflictis, inter ſe conſpirant, ut ſingant, certam inſulam, unde certum genus mercium aduehebatur, petiſſe, certam urbem obſellam ab hoſtibus, onerarias naues haſtas fuiſſe naufragio, idque, quod melius venderent ſuas merces, quæ ex illis orbis partibus aduenire ſolebant? Nonnulli ſibi perſuaſum habent, eos peccare mortiferè contra utramque virtutem, iuſtitiam, & charitatis, ſi animo nocendi alijs, faciant; ſi verò non faciant nocendi animo, ſed tantum intendendo ſuum bonum, peccare tantum contra charitatem venialiter, non lethaliter, quia illud mendacium nudum animo nocendi, officiolum eſt, & habet obiectum licitum, quod eſt procurare bonum ſuum, non intendendo tertij nocamentum; ſolum ergo mendacium erit officiolum, & peccaminolum venialiter, quia eſt diſſenſus à mente, non tamen mortaliter, quia non eſt alijs pernicioſum. hoc colligitur ex Aragonio *2. 2. quaſt. 77. art. 3.* & Sylveſter *verb. emptio. quaſt. 17.*

Dicendum tamen eſt, eos contra iuſtitiam graviter peccare, & ad reſtitutionem teneri in foro conſcientiæ; quia, quatenus non fiat poſituro animo nocendi, ſed animo procurandi ſuum commodum, tamen in perniciem aliorum redundabat, & excogitata tota ea machinatio, & techna fuit, cum damno tertij; nuſquisque autem ius habet iuſtitie,

ne per fraudem, & dolum ſimpediatur à ſuo bono. Et quatenus id fiat animo procurandi ſuum bonum, & non intendendo damnum alteri, tamen, ſi techna technæ effectum nocent, auctores illatum in effectu fuerunt cauſæ iniuriæ, & efficaces damni, nocumentique ſequuti. ita Molina *tom. 2. de iuſtit. diſp. 354. §. dubium eſt.* Leſſius *tom. 1. lib. 2. cap. 24. dub. 20. num. 153.*

CAPVT XXXVI.

Cuiusnam ſit res, ſi duobus vendatur:
Agitur de præſcriptione
actionis euictionis.

- 1 Si res fuit vendita primo emptori, & tradita ſecundo, debetur ſecundo, non primo.
- 2 Si duobus promittatur, aut elocetur, illius etiam erit, cui primo tradita fuerit.
- 3 Si vendita vni fuit, & promiſſa, traditaque alteri, ad illum pertinet, cui tradita fuit.
- 4 Quid ſi neuſi ſit tradita, & duobus ſit vendita, promiſſa, locata, & donata fuit.
- 5 Probatio prioritatis illi incumbit, qui eam allegauerit. ſui prioris eſt potius, ac fortius.
- 6 Quid, ſi poſterior emptor, cui res tradita fuit, conſcius fuit prioris venditionis.
- 7 Quid, ſi vni res fuerit titulo oneroſo donata, aut promiſſa, & alteri titulo grauiſo tradita. Actio euictionis durat intra annum, & in eo caſu poterit prior rem emicere in iudicio intra annum tantum.
- 8 Doctrina præcedens non procedit in caſibus, in quibus aliquis ſpeciali iure, ac privilegio acquirit dominium ante traditionem.
- 9 Non procedit in Eccleſijs, Xenodochijs, ciuitatibus, & pijs locis.
- 10 Hoc privilegio gaudent ſola Eccleſia, ciuitates, & pia loca, non tamen perſona Eccleſiaſtica.
- 11 Quid, ſi res ſit prius promiſſa Eccleſia, vel ciuitati, & alteri homini particulari tradita.
- 12 Quid, quando fuit vendita cum pacto, ut non poſſit alteri vendi.
- 13 An tradita doctrina procedat etiam in re à Principe donata, vel vendita, & num. 14.

AD primum dubium tactum in titulo, reſpondeo breuiter, &

Statuo ſic primò: Si res ſolum fuit vendita primo emptori, & tradita ſecundo, debetur ſecundo, non primo. Si vendita fuit ſecundo, & tradita primo, debetur primo, non ſecundo. eſt communis Doctorum. ita Sylveſter *verb. emptio. num. 14.* Couarruias *lib. 2. variar. cap. 19. num. 2.* Molina *tom. 2. de iuſtit. diſp. 369. §. quando multis.* Leſſius *tom. 1. de iuſt. lib. 2. cap. 21. dubit. 12. num. 139.* pleniffimè Ialou in l. quoriet, C. de rei vindicat. patet ex eadem lege, & ex cap. ex literis, de conſuetud. l. ut inter diuimam, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. traditionibus, C. de pactis. Et ratio, ac fundamentum huius rei, eſt, quia ſemper præfertur is, cui primò facta eſt traditio; venditor tamen tenetur de crimine falſi, iuxta leg. qui duobus. ff. ad leg. Corneliã de crimine falſi. Ratio eſt, quia ſolo puro contractu emptioſis, & venditionis abſque traditione facto, non transfertur actu dominium rei, quæ venditur, in emptorem, neque ex illo puro contractu acquiritur ab emptore ius in re (exceptis quibusdam caſibus,

tum, quia futuſe erant carioreſ merces, propter earum penuriam in India, & poſtquam illam legit, minutatim dilaceravit illam; intendens illas emere; ſed alius mercator tenuis colligens fragmenta, coaptantique, ac legens, prævenit illum in emendo, & lucrum ei ſuſtulit. caſus fuit notiffimus, & valde, ac bene diſcuſſus. Tandem Sylveſter *verb. emptio. num. 18.* ex eodem Archidiacono ibi à ſe allegato. Tabiena *verb. emptio. §. 13.* Fumus *cod. verb. n. 13.* & alij reſponderunt, mercatorem tenuem, neque contra charitatem, neque contra iuſtitiam peccaſſe, nec ad ullam reſtitutionem teneri, quia licitum eſt cuique, ſibi accipere id, quod pro derelicto habetur, ut habebantur literarum fragmenta; nec dicendum eſt, peccaſſe illum, ex eo, quod contractis fragmentis, contra voluntatem alterius illius legerit epistolam, ex qua prædicta ſecreta collegit; quia nulla obligatio ſecreti eſt in fragmentis, quæ pro derelicto ſunt reputata. Rebellus citatus *n. 8.* dicit, reſolutionem horum Doctorum eſſe probabilem, ſed illam inſirmare conatur, contrarium ſequens, ex hoc fundamento ſecreti: immerito tamen eam inſirmat, & patet, quia nullam iniuriam illi fecit, legendo, utendoque notitia epistolæ.

13. Solent Medici, artifices, & alij ſimiles, qui ſecretum aliquod naturæ ſciunt, ad curandos morbos inter ſe convenire, ut ſecretum ſuum, & artem, alios non doceant, niſi ſub grandi, & immoderato pretio; & ſolum eam docent filios, ſi illos habent. Dubitabis, an peccent hi, & an contra iuſtitiam, vel charitatem? Reſpondeo, peccare, eos mortaliter contra charitatem, ſi non ſint alij, qui ſimilem artem calleant, aut ſimiles morbos aliis medicinis ſufficienter ſanare, & curare poſſint, poſſeque eos magiſtratus obligare gravibus pœnis; ut in beneficium commune Reipublicæ, id alios edoceant, ſi ita convenite iudicaverint, & poſſe etiam præfatos magiſtratus, moderatum, iuſtum tamen pretium pro illis edocendis, qui velint eam artem, ſecretumque naturæ addiſcere. ita Rebellus *tom. 1. de obligat. iuſtitie. 2. part. lib. 9. quaſt. 7. num. 4.* & Sylveſter *verb. emptio. quaſt. 13.*

14. Quid denique, ſi quis per ſe, vel per alios, falſis ſpatis tumoribus, & literis conflictis, inter ſe conſpirant, ut fingant, certam inſulam, unde certum genus mercium aduehebatur, petiſſe, certam urbem obſellam ab hoſtibus, onerarias naues haſtas fuiſſe naufragio, idque, quod melius venderent ſuas merces, quæ ex illis orbis partibus aduenire ſolebant? Nonnulli ſibi perſuaſum habent, eos peccare mortiferè contra utramque virtutem, iuſtitiam, & charitatis, ſi animo nocendi alijs, faciant; ſi verò non faciant nocendi animo, ſed tantum intendendo ſuum bonum, peccare tantum contra charitatem venialiter, non lethaliter, quia illud mendacium nudum animo nocendi, officiolum eſt, & habet obiectum licitum, quod eſt procurare bonum ſuum, non intendendo tertij nocementum; ſolum ergo mendacium erit officiolum, & peccaminolum venialiter, quia eſt diſſenſus à mente, non tamen mortaliter, quia non eſt alijs pernicioſum. hoc colligitur ex Aragonio *2. 2. quaſt. 77. art. 3.* & Sylveſter *verb. emptio. quaſt. 17.*

Dicendum tamen eſt, eos contra iuſtitiam graviter peccare, & ad reſtitutionem teneri in foro conſcientiæ; quia, quatenus non fiat poſituro animo nocendi, ſed animo procuraſſi ſuum commodum, tamen in perniciem aliorum redundabat, & excogitata tota ea machinatio, & techna fuit, cum damno tertij; nuſquisque autem ius habet iuſtitie,

ne per fraudem, & dolum ſimpediatur à ſuo bono. Et quatenus id fiat animo procuraſſi ſuum bonum, & non intendendo damnum alteri, tamen, ſi techna technæ effectum nocent, auctores illatum in effectu fuerunt cauſæ iniuriæ, & efficaces damni, nocementique ſequuti. ita Molina *tom. 2. de iuſtit. diſp. 354. §. dubium eſt.* Leſſius *tom. 1. lib. 2. cap. 24. dub. 20. num. 153.*

CAPVT XXXVI.

Cuiuſnam ſit res, ſi duobus vendatur:
Agitur de præſcriptione
actionis euictionis.

- 1 Si res fuit vendita primo emptori, & tradita ſecundo, debetur ſecundo, non primo.
- 2 Si duobus promittatur, aut elocetur, illius etiam erit, cui primo tradita fuerit.
- 3 Si vendita vni fuit, & promiſſa, traditaque alteri, ad illum pertinet, cui tradita fuit.
- 4 Quid ſi neuſi ſit tradita, & duobus ſit vendita, promiſſa, locata, & donata fuit.
- 5 Probatio prioritatis illi incumbit, qui eam allegauerit. ſui prioris eſt potius, ac fortius.
- 6 Quid, ſi poſterior emptor, cui res tradita fuit, conſcius fuit prioris venditionis.
- 7 Quid, ſi vni res fuerit titulo oneroſo donata, aut promiſſa, & alteri titulo grauiſo tradita. Actio euictionis durat intra annum, & in eo caſu poterit prior rem emicere in iudicio intra annum tantum.
- 8 Doctrina præcedens non procedit in caſibus, in quibus aliquis ſpeciali iure, ac privilegio acquirit dominium ante traditionem.
- 9 Non procedit in Eccleſijs, Xenodochijs, ciuitatibus, & pijs locis.
- 10 Hoc privilegio gaudent ſola Eccleſia, ciuitates, & pia loca, non tamen perſona Eccleſiaſtica.
- 11 Quid, ſi res ſit prius promiſſa Eccleſia, vel ciuitati, & alteri homini particulari tradita.
- 12 Quid, quando fuit vendita cum pacto, ut non poſſit alteri vendi.
- 13 An tradita doctrina procedat etiam in re à Principe donata, vel vendita, & num. 14.

AD primum dubium tactum in titulo, reſpondeo breuiter, &

Statuo ſic primò: Si res ſolum fuit vendita primo emptori, & tradita ſecundo, debetur ſecundo, non primo. Si vendita fuit ſecundo, & tradita primo, debetur primo, non ſecundo. eſt communis Doctorum. ita Sylveſter *verb. emptio. num. 14.* Couarruias *lib. 2. variar. cap. 19. num. 2.* Molina *tom. 2. de iuſtit. diſp. 369. §. quando multis.* Leſſius *tom. 1. de iuſt. lib. 2. cap. 21. dubit. 12. num. 139.* pleniffimè Ialou in l. quoriet, C. de rei vindicat. patet ex eadem lege, & ex cap. ex literis, de conſuetud. l. ut inter diuimam, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. traditionibus, C. de pactis. Et ratio, ac fundamentum huius rei, eſt, quia ſemper præfertur is, cui primò facta eſt traditio; venditor tamen tenetur de crimine falſi, iuxta leg. qui duobus. ff. ad leg. Corneliã de crimine falſi. Ratio eſt, quia ſolo puro contractu emptioſis, & venditionis abſque traditione facto, non transfertur actu dominium rei, quæ venditur, in emptorem, neque ex illo puro contractu acquiritur ab emptore ius in re (exceptis quibusdam caſibus,

vel locus pius, quia ex speciali iuris privilegio, dominium rei venditæ, vel locatæ, ad ea loca, ante traditionem, translatum fuit; quod probant ex variis iuribus, Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 21. dubit. 19. num. 14. Molina tom. 2. de iust. disput. 369. §. quinta. Romanus consil. 298. Covarruuias lib. 2. var. cap. 19. num. 2. Antonius Gomez tom. 2. variarum, cap. 2. à num. 10. patet ex l. 2. ff. de sacros. Eccles. & ex cap. Abbate, de re iudicata, in 6. & ex Hippolyto in l. qui duobus, ff. de falsis, & ex glossa ibi, verb. in rem, & ibi Iason post alios num. 25.

10. Obseruabis tamen, solas Ecclesias, & pia loca gaudere hoc privilegio, non tamen personas Ecclesiasticas, nisi conducant, & emanant nomine Ecclesie, & ipsi Ecclesie, tanquam procuratores illius. Quare, si personis Ecclesiasticis vendatur, donetur, & promittatur aliquid prius, & postea tradatur alteri, res erit illius, cui tradita fuit; & similiter, quando Ecclesia vendit, donat, aut promittit rem vni prius, & postea donat, vendit, & tradit alteri, non erit prioris, sed posterioris, quia, quoad hoc, Ecclesia, ciuitas, & pia loca nullum habent privilegium, sed censentur celebrare contractus iuxta communes iuris communis regulas, secundum quas alij solent contrahere. ita Covarruuias c. 19. num. 4. Romanus consil. 298. idem in Authentica similiter, C. ad leg. falciariam. Ludouicus Gozadinus consil. 14. num. 14. Socinus consil. 29. lib. 4. Parisius consil. 11. lib. 1. num. 20. Alexander consil. 122. lib. 5. col. 2. Molina tom. 2. de iust. disput. 369. §. quinta. Lessius dist. num. 14. Et verò Covarruuias, Socinus, Parisius, Alexander, Molina, & Lessius, id aperte, & expresse dicunt, Romanus, & Gozadinus obscure, imò videntur in contrarium propendere.

11. Si verò res sit prius promissa Ecclesie, ciuitati, vel pio loco, & alteri homini sit tradita, preferendus est alter, quia per simplicem, & liberalem promissionem, sine traditione, non transfertur dominium rei in Ecclesiam, ciuitatem, & pia loca. Ita Lessius, Molina, & Antonius Gomez, citati, quia per titulum onerosum, transfertur in Ecclesiam, & pia loca, dominium ante traditionem rei.

12. Non procedit etiam doctrina tradita, quando res vendita fuerit cum pacto, vt non possit ab ipso venditore alteri vendi, aut alienari, nec premissa ad securitatem contractus hypotheca ipsius rei, quoad vsque integrum pretium soluatur, tunc enim secundus emptor, cui tradita res fuerit, non poterit dominium illius comparare; tum, quia standum est verbis contrahentium, & vero illorum sensu; tum, quia, qui rem habet in pignus, semper preferitur ceteris creditoribus in ipso pignore: ita nostra ordinatio lib. 4. in nouis, tit. 100. num. 3. Mantica de consuetur. lib. 6. tit. 13. à principio. Lessius supra citatus num. 141. Covarruuias lib. 2. variarum, cap. 19. num. 7. vbi late, & doctè multos pro se citat. Impeditur enim, vt ait Covarruuias, translatio dominij in secundum emptorem, per contractum superadditum hypothecæ, ratione subiectionis pignoris ipsius rei venditæ.

13. An verò tradita doctrina procedat etiam in re à Principe donata, vel vendita, ita vt, si eadem res ab eodem Principe, duobus sit donata, vel vendita, & primo vendatur, doneturve, non tamen tradatur; secundo verò donetur, vendatur, & simul tradatur, preferendus sit primus secundo? Est partita opinio.

Prima affirmat, preferendum esse primum, quia, artenta ratione l. quoties, C. de rescind. vendit. ex sola donatione, vel contractu venditionis Principis,

transfertur dominium rei, in priorem, cum quo contraxit, absque traditione rei. hanc tenet Baldus, & Isernia in cap. 1. §. inuestitura, de noua forma fidelitatis, num. 2. Aretinus in l. 3. in principio, col. 2. ff. de acquir. possessione. Ioannes Andr. in cap. olim, de verbor. signific. Iason super vsibus feudi, num. 72. Gozadinus consil. 14. num. 13. Parisius consil. 11. n. 58. lib. 1. Alexand. consil. 187. col. vltim. lib. 2. & consil. 3. num. 7. lib. 5. Et ratio est, quia Principes sunt supra ius, & verba contractus illorum, sunt de se sufficientia, & efficacia ad transferendum statim dominium rei, super quam contrahunt irrefragabiliter, & irreuocabiliter, & hoc privilegium illis debere videtur.

Secunda sententia negat, hanc tenent Decius, & Isernia, quos citat Covarruuias lib. 2. variarum, cap. 19. num. 3. ad medium. Martinus Laudensius in cap. 1. quid sit inuestitura. & omnium latissime Lucas Peña in l. vlt. C. de locat. prædiorum civil. lib. 11. & alij multi, quos ibi citat Covarruuias, vbi asserunt, ex donatione facta à Principe, minime transferri dominium rei donatæ ante traditionem illius, quia Principes, quando contrahunt, censentur contrahere secundum dispositionem legum, & iuris; contrahunt enim, tanquam homines particulares, qui secundum illas contrahunt. Covarruuias tamen sic rem definit, & ait, si constet ex aliqua efficaci circumstantia, & coniectura, Principem voluisse statim dominium ante traditionem, transferre, dicendum omnino esse, translatum fuisse; si quidem per hanc voluntatem, hoc potest Princeps facere, quemadmodum & per legem poterat, & voluntas Principis iusta, & rationalis, est lex. Si verò hoc non constet, sed de simplici contractu agamus, dicendum esse, non fuisse dominium translatum absque traditione rei, cum in contractibus præsumendum sit, Principem, iuxta iuris communis regulas, & decisiones, contraxisse. Ego huic sententiæ Covarruuiæ adhaereo, quam sequuntur, & approbarunt prius Decius consil. 187. num. 4. & consil. 689. col. vltima. Iacobinus in dist. 5. Princeps, versic. 8. de feudis, & ita intelligendam esse puto, primam opinionem, quæ probatur iuxta Covarruuiam in cap. si tibi absenti, de præbendis in 6.

CAPVT XXXVII.

Clerici, an ad taxam rerum teneantur, & an pretium rerum taxari possit; à quo; & an post taxam, transgredi, absque obligatione restitutionis.

- 1 Potestas taxandi rerum pretia, residet in Principe.
- 2 Si taxatio rerum sit aqua, & iusta, peccant contra iusticiam, qui illam transgrediuntur, vendendo pluri.
- Quid, si emptores donent excessum taxa venditoribus, qui illam excedunt. ibid.
- 3 Si annus sterilis fuerit, an possit vendi frumentum, & vinum ultra taxam.
- 4 Ementes pretio iniuste taxato, tenentur restituere venditoribus, & augere pretium vsque ad iustum.
- 5 Non obligat taxa, quando Principes sciunt, eam communiter non seruari.

vel locus pius, quia ex speciali iuris privilegio, dominium rei venditæ, vel locatæ, ad ea loca, ante traditionem, translatum fuit; quod probant ex variis iuribus, Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 21. dubit. 19. num. 14. Molina tom. 2. de iust. disput. 369. §. quinta. Romanus consil. 298. Couarruuias lib. 2. var. cap. 19. num. 2. Antonius Gomez tom. 2. variarum, cap. 2. à num. 10. patet ex l. 2. ff. de sacros. Eccles. & ex cap. Abbate, de re iudicata, in 6. & ex Hippolyto in l. qui duobus, ff. de falsis, & ex glossa ibi, verb. in rem, & ibi Iason post alios num. 25.

10. Obseruabis tamen, solas Ecclesias, & pia loca gaudere hoc privilegio, non tamen personas Ecclesiasticas, nisi conducant, & emanant nomine Ecclesie, & ipsi Ecclesie, tanquam procuratores illius. Quare, si personis Ecclesiasticis vendatur, donetur, & promittatur aliquid prius, & postea tradatur alteri, res erit illius, cui tradita fuit; & similiter, quando Ecclesia vendit, donat, aut promittit rem vni prius, & postea donat, vendit, & tradit alteri, non erit prioris, sed posterioris, quia, quoad hoc, Ecclesia, ciuitas, & pia loca nullum habent privilegium, sed censentur celebrare contractus iuxta communes iuris communis regulas, secundum quas alij solent contrahere. ita Couarruuias c. 19. num. 4. Romanus consil. 298. idem in Authentica similiter, C. ad leg. falciariam. Ludouicus Gozadinus consil. 14. num. 14. Socinus consil. 29. lib. 4. Parisius consil. 11. lib. 1. num. 20. Alexander consil. 122. lib. 5. col. 2. Molina tom. 2. de iust. disput. 369. §. quinta. Lessius dist. num. 14. Et verò Couarruuias, Socinus, Parisius, Alexander, Molina, & Lessius, id aperte, & expresse dicunt, Romanus, & Gozadinus obscure, imò videntur in contrarium propendere.

11. Si verò res sit prius promissa Ecclesie, ciuitati, vel pio loco, & alteri homini sit tradita, preferendus est alter, quia per simplicem, & liberalem promissionem, sine traditione, non transfertur dominium rei in Ecclesiam, ciuitatem, & pia loca. Ita Lessius, Molina, & Antonius Gomez, citati, quia per titulum onerosum, transfertur in Ecclesiam, & pia loca, dominium ante traditionem rei.

12. Non procedit etiam doctrina tradita, quando res vendita fuerit cum pacto, vt non possit ab ipso venditore alteri vendi, aut alienari, nec præmissa ad securitatem contractus hypotheca ipsius rei, quoad vsque integrum pretium soluat, tunc enim secundus emptor, cui tradita res fuerit, non poterit dominium illius comparare; tum, quia standum est verbis contrahentium, & vero illorum sensu; tum, quia, qui rem habet in pignus, semper præfertur ceteris creditoribus in ipso pignore: ita nostra ordinatio lib. 4. in nouis, tit. 100. num. 3. Mantica de consuetur. lib. 6. tit. 13. à principio. Lessius supra citatus num. 141. Couarruuias lib. 2. variarum, cap. 19. num. 7. vbi late, & doctè multos pro se citat. Impeditur enim, vt ait Couarruuias, translatio dominij in secundum emptorem, per contractum superadditum hypothecæ, ratione subiectionis pignoris ipsius rei venditæ.

13. An verò tradita doctrina procedat etiam in re à Principe donata, vel vendita, ita vt, si eadem res ab eodem Principe, duobus sit donata, vel vendita, & primo vendatur, doneturve, non tamen tradatur; secundo verò donetur, vendatur, & simul tradatur, præferendus sit primus secundo? Est partita opinio.

Prima affirmat, præferendum esse primum, quia, ætente ratione l. quoties, C. de rescind. vendit. ex sola donatione, vel contractu venditionis Principis,

transfertur dominium rei, in priorem, cum quo contraxit, absque traditione rei. hanc tenet Baldus, & Isernia in cap. 1. §. inuestitura, de noua forma fidelitatis, num. 2. Aretinus in l. 3. in principio, col. 2. ff. de acquir. possessione. Ioannes Andr. in cap. olim, de verbor. signific. Iason super vsibus feudi, num. 72. Gozadinus consil. 14. num. 13. Parisius consil. 11. n. 58. lib. 1. Alexand. consil. 187. col. vltim. lib. 2. & consil. 3. num. 7. lib. 5. Et ratio est, quia Principes sunt supra ius, & verba contractus illorum, sunt de se sufficientia, & efficacia ad transferendum statim dominium rei, super quam contrahunt irrefragabiliter, & irreuocabiliter, & hoc privilegium illis deberi videtur.

Secunda sententia negat, hanc tenent Decius, & Isernia, quos citat Couarruuias lib. 2. variarum, cap. 19. num. 3. ad medium. Martinus Laudensius in cap. 1. quid sit inuestitura. & omnium latissime Lucas Peña in l. vlt. C. de locat. prædiorum civil. lib. 11. & alij multi, quos ibi citat Couarruuias, vbi asserunt, ex donatione facta à Principe, minime transferri dominium rei donatæ ante traditionem illius, quia Principes, quando contrahunt, censentur contrahere secundum dispositionem legum, & iuris; contrahunt enim, tanquam homines particulares, qui secundum illas contrahunt. Couarruuias tamen sic rem definit, & ait, si constet ex aliqua efficaci circumstantia, & coniectura, Principem voluisse statim dominium ante traditionem, transferre, dicendum omnino esse, translatum fuisse; si quidem per hanc voluntatem, hoc potest Princeps facere, quemadmodum & per legem poterat, & voluntas Principis iusta, & rationalis, est lex. Si verò hoc non constet, sed de simplici contractu agamus, dicendum esse, non fuisse dominium translatum absque traditione rei, cum in contractibus præsumendum sit, Principem, iuxta iuris communis regulas, & decisiones, contraxisse. Ego huic sententiæ Couarruuiæ adhaereo, quam sequuntur, & approbarunt prius Decius consil. 187. num. 4. & consil. 689. col. vltima. Iacobinus in dist. 5. Princeps, versic. 8. de feudis, & ita intelligendam esse puto, primam opinionem, quæ probatur iuxta Couarruuiam in cap. si tibi absenti, de præbendis in 6.

CAPVT XXXVII.

Clerici, an ad taxam rerum teneantur, & an pretium rerum taxari possit; à quo; & an post taxam, transgredi, absque obligatione restitutionis.

- 1 Potestas taxandi rerum pretia, residet in Principe.
- 2 Si taxatio rerum sit aqua, & iusta, peccant contra iusticiam, qui illam transgrediuntur, vendendo pluri.
- Quid, si emptores donent excessum taxa venditoribus, qui illam excedunt. ibid.
- 3 Si annus sterilis fuerit, an possit vendi frumentum, & vinum ultra taxam.
- 4 Ementes pretio iniuste taxato, tenentur restituere venditoribus, & augere pretium vsque ad iustum.
- 5 Non obligat taxa, quando Principes sciunt, eam communiter non seruari.

- 6 Sufficit, quod id sciant Praetores cuiuscumque Prouincia, & dissimulent, & num. 7.
 Quid, si vni tantum puniatur, quod taxam non seruet, & cum ceteris dissimuletur, ibid. & n. 8.
- 9 Prima causa minuens pretium lege taxatum, est abundantia rerum superueniens.
 Taxatoras contra iustitiam peccant, si iniuste rerum pretia taxent, ibid.
- 10 Clerici, Religiosi, & persona Ecclesiastica tenentur triticum, oleum, & vinum suum vendere per pretium taxa.
- 11 Persona Clericorum, & illorum bona sunt exempta in illis rebus, in quibus non offenditur libertas Ecclesiastica.
- 12 Quid, si praesumantur emptores gratis, & liberaliter donare id, in quo venditores taxam excedunt.
- 13 An, quando Clerici, & persona Ecclesiastica triticum suum suis expensis delaturi erant ex hoc loco in alium, in quo plus valebat, possit hic vendere illud ultra taxam.
- 14 Taxato tritico, eo ipso censetur taxata farina, poterit tamen venditor farina, propter expensas factas in facienda farina, illas deducere in pretio.
- 15 An augeri possit pretium taxa à venditoribus, illamque non seruare, si vendant melius triticum, vinum, aut oleum, quam sit illud, quod pretio taxato communiter venditur.
- 16 Quid, si mensura tritici vendatur eo pacto, ut soluatur in nouo, vel in mensura tritici, vel olei, mensura pro mensura.
 Et an licitum sit in Lusitania dari mensuram salis, pro mensura misy in nouo, ut sit in regione Interamnenis, ibid.
- 17 Usura est, nolle vendere rem taxatam, nisi à venditore ematur res non taxata, maiori pretio, quam communiter valent, & venditur.
- 18 An liceat dare modo mensuras annonae pretio nunc currenti, ea obligatione, ut qui accipit, soluat in posterum illas tempore conuenito, vel in pretio, & pecunia, vel in annonae pretio currenti modo.

1. **P**RETIVM rerum, praesertim earum, quae ad victum quotidianum necessariae sunt, taxari posse, & experientia, & convenientia docet. Residet ergo in Republica, seu in Principe, legitima potestas taxandi rerum pretia, & haec potestas non residet in aliis de iure; de consuetudine tamen legitime praescripta residere potest: in ministris autem Regis esse poterit commissa, & deriuata à Principe: in Castella autem prohibentur Consules, seu vreatores cuiuslibet oppidi, taxare pretium in frumento, vino, oleo, nisi de licentia Regis, patet ex l. 8. tit. 1. part. 6. docet Molina tom. 2. de iustitia, disp. 364. & Rebellus 2. p. lib. 9. de empr. & venditione, quest. 2. sect. 1. & ratio est, quia sicut in Principe est potestas legitima condendi leges ad bonum publicum spectantes, ita & taxandi rerum pretia per easdem leges, cum haec taxatio multum expediat ad bonum publicum, quod Principes, ratione officij sui, tenentur procurare.

2. Statuo igitur sic: si taxatio rerum sit aequa, & iusta, spectatis circumstantiis temporum, abundantiae, penuriaeque rerum, peccant contra iustitiam mortaliter illi, qui transgrediuntur taxam; mortaliter inquam, si materia est grauis; venialiter, si est leuis; & tenentur ad restitutionem, sub mortali, vel veniali, ratione materiae; peccatum enim hoc

ex genere suo semper est lethale, ratione tamen leuitatis materiae, potest esse venialis, & haec conclusio vera est, etiam si in taxatione nulla apponatur poena iis, qui illam transgrediuntur. Ita Conarruias lib. 3. variarum, cap. 14. num. 13; Vbi late probat, tempore necessitatis annonae, posse quemque cinem cogi vendere res suas, & teneri ad restitutionem; si positam iustam taxam excedat, & similiter grauitur puniri posse, si nolit vendere. Nauarrus in summa Latina, cap. 23. num. 88. Sotus lib. 6. de iust. quest. 2. art. 3. concl. 3. Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. Pretium legitimum. & communiter omnes. Probat, quia pretium iuste taxatum, consideratis omnium rerum circumstantiis, consistit in quodam puncto indivisibili, & nullam habet latitudinem; ergo, si ultra excedatur, violatur iustitia, & per consequens tenetur violans, ad restitutionem excessus, nulla expectata iudicis sententia, quia, cum iuste taxatum sit, iniuste, & iniuste accipitur id, in quo transgredietur. Poena autem statuta iis, qui taxam transgrediuntur, non debetur in conscientia, nisi post iudicis sententiam. Constat etiam, quod, quamuis transgressores puniantur per publicos magistratus ad soluendam poenam impositam, ac statutam transgressoribus taxae, non proinde liberari illos à restitutione illius incrementi, quod ultra taxam acceperunt, quamuis poena longè maior sit. Neque refert, si dicat ipse venditor, emptorem liberaliter illum excessum taxae sibi condonasse, quia non praesumitur donasse voluntari simpliciter, sed donasse, aut obtulisse inuoluntariè mixtè, quia scilicet non inueniebat minori pretio rem, qua indigebat, & ad redimendum laborem, & difficultatem, quam aliunde patiebatur, ita Molina tom. 2. de iustitia, disp. 364. §. Pretium legitimum. Rebellus tom. 1. de obligat. iustitia, part. 1. lib. 9. quest. 2. sect. 1. Nauarrus in summa, cap. 23. num. 88. Medina C. de rest. quest. 36. Castro lib. 1. de lege panali. cap. 12. Vnde non bene ait Lopez de contractibus, cap. 15. hanc condonationem excusare venditores à restitutione: nisi intelligatur de condonatione facta postea, cessante ipsa necessitate, quia haec excusabit, non tamen illa, quae fit in ipsa emptione, tempore necessitatis: ita Nauarrus citatus, & praecipue cap. 17. num. 81. & communiter omnes.

3. Similiter, si annus sterilis fuerit, potest accrescere pretium taxatum frumenti, vini, & olei, & vendi à particularibus hominibus, ultra taxam, absque iniustitia, & absque obligatione restitutionis; tunc enim iam taxa antea posita redditur iniusta, & iniustum erit, velle obligare venditores, ut vendant pretio taxato. Item, si initio anni fuit frumentum taxatum pretio moderato, in istoque, spectatis tunc circumstantiis, & in mense Maij timeatur magna sterilitas in annum sequentem, augeri potest pretium taxae iuxta rerum circumstantias, & vendi poterit ultra taxam moderate; & iniusti, & irrationabiles erunt magistratus, si nolint, ut augeatur; irrationabilisque erit Princeps, si iubeat, ut seruetur pretium antiquae taxae, ac proinde ea illius voluntas, & iussio in conscientiae foro non obligabit, utpote iniusta, & irrationabilis: ita Molina tom. 2. de iustitia, disp. 364. §. Conueniunt. Nauarrus cap. 23. num. 88. concinit Medina C. de rest. quest. 31. §. Praedictis tamen. quando autem sterilitas, & caritas non fuerit tanta, ut manifestè reddat antiquam taxam, iniustam, & irrationabilem, adhuc illi standum erit, quando non fuerit reuocata. In dubio autem, an lex & taxa, spectatis circumstantiis, iusta, vel iniusta sit, praesumendum est, esse iustam, quia

in dubio, superioribus est parendum. ita Molina §. *Conueniunt etiam*.

4. Ex dictis colliges, quando iniustitia esset manifesta, & triticum, oleum, vel vinum taxaretur à magistratibus, minoris, quàm reuera, attentis circumstantiis, taxari debuisset; quod facile contingere potest, quando taxatores longè distant à loco, in quo huiusmodi res venduntur, tunc quidem ementes pretio iniuste taxato, teneri restituere, compensare, atque augere pretium in conscientia, vsque ad latitudinem iusti: sic Molina citatus, & Medina C. de rest. quest. 36. ad 6. quod huiusmodi authores intelligunt, etiam bona fide rem consumpserunt, quia tunc tenentur restituere id, in quo facti sunt locupletiores: in defectum verò ementium, ad quos pronentus spectant, tenentur ad hanc restitutionem ipsi taxatores, qui iniuste rem taxarunt; populo quidem, quando plus taxarunt, quàm debuissent; venditoribus verò, quando minoris. Hinc patet, obligandos esse Senatores, & regios ministros, qui calceos hodie emunt, pretio olim taxato, cum hodie cariores res sint, & multò plus valeant, propter corij penuriam, & aucta tributa. Ita Doctores modò inducti.

5. Animaduertendum etiam est, scientiam, & patientiam Principis suspendere posse obligationem seruandi legis taxam. Si enim Princeps sciat (vt hodie sciunt) taxam non seruari à populo, vel à maiori parte illius, & non puniat transgressores, sed dissimulet, cum facile possit eos punire, taxa non obligabit, & sic ultra illam poterunt res vendi absque obligatione restitutionis excessus: ita Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 2. sect. 3. num. 15. Ludouicus Lopez lib. 1. de contractibus, cap. 16. de taxa, §. *verum tamen* glossa in reg. iuris, lib. 6. Qui tacet, consentire videtur. Antonius de Butrio, quem refert Syluester verb. *lex*, quest. 6. & verb. *consuetudo*, quest. 6. & 7. patet ex cap. *omnis res*, de regula iuris. Ratio est, primo, quia lex taxæ solùm habebat vim obligandi ex voluntate Principis; vnde, si modò tacet, cum facile prohibere id possit, signum est, quòd, propter aliquas rationes iustas, taceat: obligatio enim per easdem causas tollitur, per quas nascitur; vnde, cum obligatio seruandæ taxæ, ex voluntate Principis orta fuerit, ex eadem tolli censeferi debet. Secundo, quia aliter, erit, laqueos tendere conscientijs hominum, qui ex tali tolerantia putant, licitum sibi esse, transgredi legem taxæ, ex consensu Principis, qui enim scit, & tacet, consentire videtur; & quia tunc tolerantia hæc, & patientia Regis, non excusatur in illo à mortali, vt pote occasionem præbens delinquendi contra legem taxæ.

6. Ad hunc verò effectum, & alios similes, in quibus datur scientia, & patientia Principis, sufficit scientia, & patientia Prætoris cuiuscumque provincie, aut districtus, iuxta Bartol. in l. si publicanus, §. finali, ff. de publicanis, & Rebellum allegatum. Panorm. & Imolam in cap. cum contingat, de foro competenti. An verò censeatur Princeps velle, vt lex taxæ seruetur, sciens, eam communiter non seruari, si aliquem puniat, eò quòd illam non obseruaret, cum reliquis verò dissimulet, eosque non puniat? Dubium est, negant Rebellus, & Panormitanus inducti, Medina C. de rest. quest. 36. ad 3. & 4. Lopez lib. 1. de contractibus, cap. 16. §. porro. Quia adhuc verum est, dicere; Qui cum omnibus tacet, consentire videtur; & punitio vnus solùm visa est, in eo casu fuisse facta, ad experiendum, an saltem illius exemplo, ceteri caueant, & legem seruent, quod cum è contrario accidat, sciente, & patiente

Principe in violatione taxæ, voluntariè consentire videtur, cum facile possit non consentire.

7. Assistent Sorus lib. 6. de iust. quest. 2. art. 3. Medina C. de rest. quest. 31. & quest. 36. Caltrus lib. 1. de leg. penali, cap. 12. Nauarrus in summ. Latin. cap. 23. num. 83. & 86. Eo ducti fundamento, quia, si id tolerant iudices, vel Principes post punitionem vnus, vel alterius, non id tolerant, quali velint, eos à culpa iniustitiæ commissæ in violatione taxæ, aut restitutione excusare; sed quasi velint eis condonare penam transgressoribus taxæ impositam: & ideo per eam dissimulationem, condonant penam, non approbant culpam, nec restitutionem condonant, & sic explicant regulam iuris allegatam, *Qui tacet, consentire videtur*. Quali dicat: Consentite in hoc casu, videtur in condonatione penarum, non in violatione legis taxæ. Vtraque opinio est satis probabilis; prima tamen videtur probabilior.

8. Hactenus, si rem animaduertis, egimus de causis, quæ augere poterant pretium taxatum rerum vendibilium, & ob quas, vnusquisque venditor, sine obligatione restitutionis, vendere ultra pretium lege taxatum poterat. Nunc agendum etiam est de causis pretium eiusdem taxæ minuendis, propter quas, possunt etiam emptores infra pretium lege taxatum emere.

Prima igitur causa minuens pretium lege taxatum, est abundantia rerum superueniens; tanta enim esse potest rerum vendibilium abundantia præsens, vt teneantur venditores in conscientia, minuire pretium infra taxam, & restituere, si non minuant, v. c. quando reliqui omnes, propter aduenientem abundantiam, infra illam res suas vendunt æquè bonas; sicut enim penuria rerum vendibilium, facit, vt res licitè ultra pretium lege taxatum, vendantur; ita abundantia illarum facit, vt infra taxatum pretium emanent. ita Rebellus statim inducendus, Corduba in summ. quest. 84. Medina in instrum. pro confessarijs, fol. 14. Ludouicus Lopez de contractibus, cap. 15. de taxa. Garcia lib. 1. de contractibus, cap. 9. pag. 244.

Secunda causa, taxatum pretium minuens, est vitium mercium; vitiosæ enim merces minus valent, & necessariò detegendum est vitium emptoribus, aut minuendum pretium, iuxta vitij estimationem. Sic pro tritico gurguiato, aut putrido, non potest pretium taxatum accipi, & in conscientia teneantur venditores, de pretio taxæ, vitij estimatio, prudentis arbitrio, minui: ita Rebellus lib. 9. quest. 2. sect. 3. n. 11. Molina rom. 2. de iust. diff. 364. §. posito. Pinellus 3. part. C. de rescind. vendit. cap. vltim. a num. 32.

9. Animaduerte etiam, taxatores non esse immunes à graui peccato contra iustitiam rigorosam commisso, si iniustum pretium, consideratis circumstantijs rebus apponant, vt docent Rebellus citatus, & Molina §. *conueniunt*. Et ratio est, quia taxa, tam in bonum ementium, quàm vendentium, statuitur. Vnde, si taxatores, consideratis rebus, pretio excessu suo res taxent, tenentur ad restitutionem populo ementi; si autem infra pretium, tenentur ad restitutionem venditoribus; quia ex officio suo, tenentur iuste taxare, concessio moderato lucro venditoribus, hi enim non tenentur inferuire alijs sine lucro stantibus autem, & persistentibus eisdem causis, & circumstantijs, quæ consideratæ fuerunt tempore taxationis, illicitum est, & contra iustitiam, illam excedere; minuire autem illam poterunt venditores, si maluerint, quia finis taxæ est, ne ascendatur pretium, non vt minuatur iuxta arbitrium

trium venditorum; sic passim videmus libros centum taxari, & vendi quinquaginta. Ita docent (& bene) Ludovicus Lopez de contractibus, cap. 15. de taxa, §. igitur. Rebellus tom. 1. 2. part. lib. 9. quest. 2. sect. 3. num. 13. & 14. & praesertim sect. 1. num. 3.

10 De Clericis, & Religiosis, dubium est, an triticum suum, & frumentum, per pretium taxae vendere teneantur? Cui respondeo, teneri, & lethali-ter contra iustitiam peccare, & ad restitutionem obligare, si pretium taxatum, ut alij, non seruent. Ita Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. Dubium est, num Clerici. Navarrus in summa Latina, cap. 23. n. 88. Medina C. de rest. quest. 30. & 36. Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 2. sect. 2. num. 9. Victoria in relect. 1. de potest. Ecclesiae. quest. ultima. num. 3. Sotus in 4. dist. 25. quest. 2. art. 2. Syluester verb. Lex, quest. 15. loquuntur solum de tritico, quod taxatum est in hoc Regno Lusitaniae: nam si Clerici illud ex Castella, Gallia, vel Flandria suis expensis afferant, possunt illud vendere ultra taxam, sicut possunt alij externi, & naturales, qui illud afferunt, in hoc enim Regno, liberum est hoc omnibus commea-tum aliunde afferentibus, ut maiorem copiam auerant.

Ratio, ac fundamentum huius rei, est; primò, quia quamuis Religiosi, Clerici, & personae Ecclesiae exemptae sint à legibus saecularibus, quoad omnia, quae repugnant libertati Ecclesiae, & licet non possint à Principibus saecularibus puniri, ob transgressionem taxae, cum non sint subditi illorum, sed vasalli: tamen eo ipso, quod sunt partes Reipublicae, tenentur in conscientia, & ex iustitia, reliquae communitati conformari. Secundò, quia licet Clerici non sint subiecti legi saeculari, subiecti tamen sunt legi naturali, & divinae, quae praecipit, ne quis sua ultra iustum pretium vendat; iustum autem pretium est id, quod ab habere publicae potestati, taxatur. Tertio, quia Ecclesiastici, non solum sunt ministri Ecclesiae, sed etiam cives Reipublicae, membra illius & vasalli saecularium Principum, qui Reip. caput sunt, ac proinde tenentur in conscientia per se ad observationem earum legum saecularium Principum, quae non repugnant libertati Ecclesiae, & quae non minus laicis, quam Ecclesiasticis conueniunt, quales sunt leges contractuum, testamentorum, leges taxantes rerum pretia, prohibentes arma de nocte ferri, & transferri merces, vel pecuniam extra Regnum, & similes. Quarto, quia potestas civilis est subordinata potestati Ecclesiae, cum finis naturalis legis civilis subordinetur fini supernaturali, ad quem dirigitur potestas Ecclesiae, quo fit, ut leges civiles Principum saecularium, quae ad hunc finem spirituales conducent, & illi non contradicunt, statim censeantur ab Ecclesia, & summo Pontifice tacite, vel expresse approbari, sicut statim reprobantur illae, quae libertati Ecclesiae officiant, aut de rebus merè Ecclesiasticis disponunt, ut colligitur ex Lucio 2. in cap. de noni operis nuntiatione, & ex cap. Ecclesia sanctae Mariae, de constitutionibus.

11. Neque obstat primò, quod Clerici, personaeque Ecclesiae, illorumque bona sint exempta, iuxta cap. bene quidem d. 19. & cap. Ecclesia sanctae Mariae, modò citatum. Quia intelligendum est, illos, & illorum bona esse exempta, in illis rebus, & quoad illos euentus, in quibus non offenditur libertas Ecclesiae; leges verò taxantes rerum pretia, nullo modo illam offendunt, ut notarunt bene Rebellus, & Molina citati. Praeterea cap. Ecclesia sanctae Mariae, de constitutionibus, intelligen-

dum est, ut notat Navarrus in summa Latina. c. 23. num. 88. de rebus, quas Ecclesiastici afferunt extra Regnum, ut in Regno vendant; v. c. de tritico ex Gallia, Flandria, Dantisco, Polonia, &c. nam tunc non tenentur seruare taxam, quemadmodum nec alij saeculares, tam incolae, quam alienigenae Regni, quia hoc priuilegium solent Principes in hoc Regno Lusitaniae concedere commeatui externo, ut maior copia, & abundantia sit in Regno.

12. Non obstat secundò, praesumi emptores gratis, & liberaliter donare quidquid ultra taxam venditores accipiunt, etiamsi illi dicant, se illis id liberaliter donare; quia, cum praesenti necessitate compulsi emant, quantumvis expresse dicant, se liberaliter reliquum condonare, non est praesumendum, voluntarie omnino id facere, sed inuoluntarie mixte, nisi forte alia causa subsit, quae id persuadeat, ut consanguinitas, aut nimia familiaritas, vel alia similis, & nisi postea, cessante necessitate, id condonent. Ita Navarrus in summa Latina, c. 23. n. 88. Rebellus 2. part. lib. 9. q. 2. sect. 2. n. 10. §. ad 3. Molina tom. 2. disp. 364. & alij. Nunquam tamen causa sufficiens excusationis, erit necessitas praesens, quam emptores habent; imò haec praesens necessitas est causa urgentissima, ob quam illos obligemus; nam alioqui omnes vsurarij ab viura excusarentur, & restitutione illius, propter necessitatem eorum, qui ab eis pecunias sub vsuris postulant; quod est ipso absurdo absurdus.

13. Si tamen Clerici, & personae Ecclesiae, ex loco, quo triticum est taxatum, illud suis expensis in alium delaturi erant, in quo carius pretio taxato valet, ut illud ibi vendant, vel illud seruaturi erant in tempus, quo plus valeret. Dubitant aliqui, an modò in eodem loco taxae possint illud licite vendere, deductis expensis pro pretio illo, quod habet in alio loco, in quem illud asportaturi erant, ut illud ibi venderent, vel per pretium, quo valebit in tempore, quod illud vendituri erant? Sed huic dubitationi communiter respondent omnes, id licitum esse, quia tunc quidquid ultra taxam accipitur, non accipitur ratione tritici, vel mercis, sed ratione lucri cessantis, quod illis cessat ex eo, quod in alium locum illud non aduehant, ubi pluris vendituri illud erant, & ad quem certò illud erant aduecturi, ut ibi venderent, tenentur tamen tunc deducere expensas de pretio, quas facturi erant in aduectione mercium. Et similiter, si compertum sit, plus valiturum frumentum, eo tempore, quod constituebant illud seruare, ut tunc venderent, poterunt illud modò iuste ultra taxam vendere ratione huiusmodi lucri cessantis. Difficillimum tamen est scire, an eo tempore illius pretium vilescat potius, quam augeatur; ac proinde, nisi id certò moraliter constet, nemo poterit triticum statim numerata in manu pecunia, pro illo maiori pretio vendere, quod credit tali tempore habitum; quia se in tuto ponit venditor, & relinquit emptorem in periculo; poterit tamen vendere nunc expectata solutione ad tempus, quo illud erat venditurus, quia tunc uterque, tam vendens, quam emens, se exponit periculo maioris, aut minoris valoris: ita Rebellus citatus §. finali.

14. Quando taxatur triticum, eo ipso taxatur farina; unde illicitum est, & in fraudem legis excogitarum, frumentum redigere in farinam, ut pluris vendatur, & ad restitutionem adstringendus erit, poterit tamen tunc venditor plus accipere, ratione expensarum, quas fecit redigendo illud in farinam, tantum scilicet, quantum expensum fuerit, & non amplius. Ita Molina tom. 2. de iustitia, disp. 364. Rebellus

478 De translat. dominij per empt. & vend.

bellus 2. part. lib. 9. quæst. 2. sect. 2. num. 9. §. quare. ubi citat Felinum, Ancharranum, & alios; patet ex *l. contra legem*, ff. de legibus. Hinc sequitur, facere illos contra legem taxæ, & ad restitutionem teneri, qui pistioribus, & panificis suum triticum dant, eo pacto, ut pro vnaquaque mensura aliquid eis amplius ultra taxam donent; quia hi, simpliciter loquendo, ultra taxam vendunt, & nihil laboris, aut expensarum ponunt in redigendo tritico in farinam, id enim faciunt pistores, & panificæ, cui illud vendunt.

15. Sed quid, si detur melius frumentum, quàm, quod communiter pretio taxato venditur (idem de vino, & oleo?) Respondeo, si triticum sit eiusdem conditionis, excessusque, aut defectus sit exiguus, & non considerabilis, non posse vendi ultra taxam, & teneri ad restitutionem, venditorem, pro excessu taxæ, quia paruitas excessus pro nihilo reputatur. Si tamen triticum sit diuersæ conditionis, v. c. quia vnum est gallectum, ut aiunt, alterum anafise, & mensura tritici absolute sit taxata centum, nulla facta distinctione inter vtrumque; tunc pro mensura anafisis, aliquid, arbitrio prudentis, amplius accipi poterit, quia communiter semper hoc carius venditur, & plus valet, quàm illud: si verò in taxa fiat distinctio inter vtrumque, & excessus vnius, anafisis præ alio anafisi, aut gallecti præ alio gallecto, sit parvus, atque exiguus, non erit considerandus, quia, ut dixi, paruitas pro nihilo reputatur, & vix in mercibus hic excessus non inuenitur, neque lex taxæ tam minuta esse potest, ut considerentur singulæ minutiæ, de minimis enim non curat Prætor: tantus tamen potest esse excessus, & defectus, ut teneantur venditores infra taxam vendere, possint licite pretium taxæ moderatè augere: ita Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. posita. Rebellus 2. p. lib. 9. quæst. 2. sect. 3. num. 14. in medio. C. de rescind. venditione. cap. vlt. à num. 32.

16. Quid autem, si mensura tritici vendatur ea conditione, ut mensura tritici solvatur in nouo vel in vino, vel in oleo, mensura pro mensura, dando scilicet modò vnam mensuram tritici, aut milij, pro vna mensura vini, aut olei in nouo? Respondeo, si detur modò vna mensura tritici, vel milij, spectato pretio currenti, vel taxato, ut solvatur etiam in nouo alia mensura vini, vel olei, considerato etiam pretio tunc currenti, vel taxato, ita ut sit æqualitas in mensura, diuersitas in pretio tunc currenti, & currenti modò, id esse licitum, aliter est vsura, quia communiter plus valet vna mensura olei, aut vini in nouo, quàm modò vna mensura milij, & tunc perinde erit, ac pro illa expectatione solutionis pretij, illud plus accipere, ut communiter omnes asserunt Doctores.

Hinc facile deducitur, vsurarium quoque esse illum contractum, quem in hoc Regno Lusitanæ, miseri incolæ Interamneses passim efficiunt, quibus solet dari modò vna mensura salis, pro alia æquali mensura milij, aut vini danda in nouo; quia ad summam mensura salis, modium, seu *alquetre* vocant Lusitani, valet triginta dipondiis, seu æris regalibus: mensura autem, seu modius milij valet in nouo 60. aut 80. & pluris etiam, mensura autem vino multò plus; quare non est negandum, præfatum contractum, regulariter loquendo, esse vsurarium, nisi in pretio ad æqualitatem reducat. Dixi, regulariter loquendo; quia, ratione periculi, cui se venditores, & datores salis exponunt, eò quòd non possint postea in nouo, sine magno labore, recuperare sua debita ex agricolis; ita ut plerumque amittant capitale salis, & ratione lucri

cessantis, quod poterant comparare, si eis pecunia præsens daretur, aliquid amplius moderatè, arbitrio prudentis, eis concedere poterunt Confessarij in foro conscientie, iuxta doctrinam in præcedentibus traditam; in foro enim externo, hi non audiuntur, & tales contractus vsurarij iudicantur, & pœnis iuris illos facientes afficiuntur. Debent tamen Confessarij ex alia parte considerate (ut compensatio fiat vtrinque ad æqualitatem, plus, minusve, quantum fieri potest) quod sal, propter pluuias, facillimè dissoluitur in aquam, & non esse omnino certum, si véderent præsentem pecuniam, quòd illa pecunia possent lucrari, possent enim etiam amittere. His itaque vtrinque consideratis, prudens Confessarius considerabit, prius quàm iudicium in ea referat.

17. Si verò aliquis nolit vendere alicui rem taxatam, puta, triticum, saleem, vinum, oleum, nisi ab eo ematur res non taxata, maiori pretio, quàm communiter valeat, ultra summum, & rigorosum, vsuram committer, cum obligatione restitutionis excessus supremi, & rigorosi pretij: ita Nauarrus in *summa Lat. cap. 23. n. 88. in fine.* & Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. qui triticum. Si autem nolis vendere frumentum tuum, nisi etiam à te ematur vinum, omnia tamen vendas pretio currenti, puto, nullam ibi rationem vsuræ, aut obligationem restitutionis intercedere, cum nihil donetur pro mutuo, nec tacitè, nec expressè, sed omnia pro pretio currenti, & emptores possint facillè emere illud frumentum, sine tali obligatione vini: non tamen est laudandus talis modus vendendi, & contra charitatem in eo aliquando peccabitur, dum coguntur emptores emere id, quod fortè nolent emere; quare, si plures referat venditoribus vendere, quàm emptoribus emere, non excusarem venditores à peccato contra charitatem commissio, graui, vel leui, iuxta materie quantitatem.

18. Ex dictis colliges, non licere vendere modò certas annonæ mensuras pretio nunc currenti, ea obligatione, ut qui accipit, soluat in posterum, tempore, quo conueniunt in eadem annona tot mensuras, quot modò accipit, vel in pecunia, iuxta pretium quod modò currit, vel in re alia. Ratio est, quia iste, qui dat, se ponit in tuto, & suum debitorem, qui accipit, relinquit in periculo, fortè enim frumentum eo tempore ad solutionem assignato, multò valebit minùs, vnde pro lucro accipit illud maius, quod nunc valet, quàm tunc valebit. Secus erit dicendum, si electio relinquatur arbitrio emptoris, debitorisve, ut scilicet soluat pro suo arbitrio, vel in pecunia, iuxta pretium, quo tempore solutionis annona valuerit, vel iuxta pretium, quod modò, cum ei traditur, valet; vel in eadem annona, quia tunc non fit ei iniuria, sed gratia, & omnes æqualiter seruant. ita Rebellus 2. part. lib. 9. quæst. 11. Gutierrez lib. 1. quæst. canonicar. cap. 39. à num. 59. Vnde licitus est ille contractus, quo quis in Maio, quo annonam suam vendit pretio taxato, & currenti, dat alteri certas mensuras frumenti pretio tunc currenti, ea conditione, ut debitum sibi soluat tempore noui pretio similiter currenti, quia tunc non se ponit in tuto, & debitorem in periculo, & aliunde totam suam annonam venditurus erat in mense Maij.

S V M M A R I V M.

19. An illis, qui solent seruare triticum, vel vinum suum, ut vendant, quando maius pretium habuerit

rit in discursu anni, liceat dare modò mutuum, seu vendere eo pacto, vt in nouo sibi solvatur, vel in pecunia, vel in tritico, aut vino, illo pretio maiori, quod habuit in discursu anni.

20. An externi homines asportantes triticum ex Flandria, aut Castella, vendere illud possint in Regno Lusitania pretio, quo maluerint, non seruata taxa.

21. Et quid si Lusitani illud ex alienis Regnis asportent.

22. An possint illud vendere Eboræ, vbi minus valet, pretio, quo valet Olyssipone cum obligatione ponendi illud Olyssipone.

23. Quid è contrario, an, scilicet, licitum sit, vendere illud Olyssipone pretio, quo valet Eboræ, cum obligatione ponendi illud Eboræ.

24. An quando communiter in foro venduntur res infra taxam, teneantur venditores extra forum ex iniustitia vendere etiam res suas infra eandem taxam.

25. Quid dicendum est, quando vinum purum taxatur, & venditores illi aquam immiscent.

26. Quid etiam quando vinum vnius loci venditur pro vino alterius loci.

27. An in eo casu, quod taxa posita nullum lucrum afferat mercatoribus, qui merces aliunde afferunt, possint illi licite illam excedere, & an peccent contra iustitiam.

Quid si taxa illis de nouo apponatur, an iam posita sit, ibid.

28. Peccant mortiferè senatores, qui iustam taxam non ponunt, relinquendo moderatum lucrum mercatoribus, qui merces suas aliunde adportatas vendunt.

An peccent contra iustitiam, & teneantur ad restitutionem, non solum contra charitatem, ibid.

An si anno abundantia taxetur triticum 10. & sequenti anno fuerit sterilitas, & taxa à Principe non mutetur, teneantur incolæ seruare taxam antiquam, ibid.

19.

SOLENT aliqui suum frumentum, vinum, vel oleum seruare, vt vendant in discursu anni, quando maius pretium habuerint, quanto igitur, an illis liceat, dare modum mutuum frumentum, seu vendere ea conditione, vt in nouo sibi solvatur, pro maiori illo pretio, quod habuit in toto anni discursu? Respondeo non licere, sed esse hunc contractum usurarium, cum obligatione restitutionis, & fundamentum est, quia illi non poterant certò scire, quo tempore anni, maius pretium frumentum suum erat habiturum, vt illud tunc venderent; fortè enim (vt auaris contingit) cum plurimum iam auctum est pretium, dum aliud tempus, quo plus valeat, expectat, vilescet illius pretium, & ideo in hoc genere venditionis semper se ponit venditor in tuto, & relinquit emptorem in periculo; eum opus sit vt ambo æquali se exponant lucro, & damno, commodo, & periculo, æqualique se fortunæ committant: ita Doctores supra citati, & colligitur ex Petto Navarra lib. 4. de rest. cap. 1. num. 35. & ex Lessio tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 12. dub. 16. num. 108. & patet ex cap. nauiganti, de usuris.

20.

Rogabis adhuc, vtrum externi homines asportantes triticum ex Flandria, Castella, aut aliunde in Lusitania, quibus in hoc regno Lusitania nulla taxa imponitur, sed eis permittitur, vt vendant pretio, quo maluerint, vt sic alliciantur multi ad illud aduehendum, & maior abundantia in regno sit, vtrum, inquam, peccent mortaliter, & contra iustitiam, & restituere teneantur, si vendant ultra pre-

tium taxatum incolis istius regni, ad vendendum suum. Ratio dubitandi est, quia vel pretium istud incolis taxatum est iustum, vel iniustum; si iustum, sequitur ipsos alienigenas vendere suum ultra iustum, & consequenter ad restitutionem teneri; si iniustum, sequitur legem taxæ esse iniustam, & non teneri Regni Incolas ad illam, posseque proinde pro suo frumento tantum accipere, quantum accipiunt externi, & fortè plus, quia triticum tertæ excedit in bonitate triticum vltamatinum, & externum; Respondere solent aliqui Regem concedere posse hoc priuilegium, & illud augmentum pretij taxæ hominibus externis in præmium laboris, & periculi, cui se exponunt, in asportanda annona è Regnis extraneis, neque in hoc fieri iniuriam aliquam emptoribus naturalibus, vel externis, quia non coguntur ad illud emendum, & quia intentio Regis est id facere, vt maior abundantia aliunde ex regnis externis afferatur, vt magis propter multam abundantiam illius pretium vilescat. Hæc tamen responsio inconsulta mihi, & inutilis videtur. Primo, quia Rex nihil de tali concessione incrementi pretij cogitauit, vnde enim id constare poterit? Secundo, quia iniustum, & iniquum videretur velle Reges præmio afficere extraneos homines ex alieno sanguine suorum vasallorum. Quare magis probò reprehensionem Molinae tom. 2. disp. 264. §. Dubium est num alienigena. afferentes externos homines solum posse in conscientia vendere frumentum pluris intra latitudinem iusti pretij, quod ex natura rei haberet, si lex taxæ non daretur, atque aded siue lex taxæ posita sit incolis, ac naturalibus hominibus, siue non sit, peccabunt externi contra iustitiam, & ad restitutionem, vt ait Molina, adstringentur, si illud frumentum, quod aliunde extraxerunt, vendant ultra pretium iustum, & rigorosum, quod in tali loco haberet, si non daretur taxa, & idem est dicendum de quibuscumque aliis mercibus.

Consequenter rogabis hæc, an si Lusitani ex alienis Regnis, regionibusque asportent triticum, vel aliud genus frumenti, & illud in hoc regnum inducant, possint illud vendere ultra taxam, intra latitudinem tamen iusti pretij, quod haberet, si talis taxa non daretur, sicut externi alienigenæque passunt? Respondeo iuxta Molinam allegatum affirmatiuè saltem in foro conscientie, modò absit scandalum; idem quoque mihi videtur dicendum in foro externo, si certò, & indubitanter constet, frumentum illud & genus commeatus ex alieno regno fuisse allatum; neque enim credendum est mentem Regis, & legislatoris fuisse facere in hac parte peioris conditionis suos subditos, ac vasallos, quam externos, præsertim cum æqua utilitas Regni sit triticum, & frumentum ex alienis Regnis ab homine Lusitano, & ab alio externo afferri. ita, & bene, Molina dicto tomo 2. disp. 264. §. Peres, & id confirmat ex l. 5. Castella, tit. 9. part. 5.

Si in diuersis locis eiusdem regni varium sit pretium tritici, vel currens, vel taxæ; quia, v. c. Eboræ valet mensura octo regalibus argenteis, Olyssipone nouem, aut decem, & Eboræ vendas illam pro pretio Olyssiponis, cum obligatione ponendi triticum tuis expensis in ea vrbe, censent multi (& bene) te illud licite, & rectè vendere posse Eboræ pro pretio currenti Olyssipone; quia pretium rerum venalium non est aliud nisi illud, quod merces habent, & triticum habet in loco, in quo res traditur: ibi enim tunc per traditionem consummatur perfectiorque venditio, cum dominium rei emptæ in emptorem transferatur, & tunc transfertur, cum ei res traditur, ac proinde nisi aliter partes contra-

21.

22.

hentes

ctar, ac sequitur Lopez loco allegato, utraque opinio est probabilis, sequere, quam maus. Sed de hac re, & vitis rei, dicemus latius cap. sequenti.

17.

Dubium hic oritur, an casu quod taxa posita nullum venditoribus, qui merces aliunde asportant, lucrum afferat, & irrationabilis sit, possint illi licite res suas vendere ultra taxam? Respondeo, si taxa de nouo ponatur nouis mercibus, quae aliunde aduehantur, & adportantes illas, reclamant contra illam, moderatoresque, ac Consules Reipublicae nolint augere pretium taxae, ita ut moderatum lucrum adportantibus relinquunt, taxam esse iniustam, & non teneri illos illam in conscientia seruare. Ratio est, quia nemo tenetur inseruire Reipublicae gratis, & multo minus cum damno suo, & ideo quando de nouo apponitur taxa, semper ponentes illam debent, & tenentur ex officio attendere ad omnes circumstantias, temporis, pecuniae, mercium abundantiae, sumptus laboris, & periculum, quibus se mercium aduectores exposuerunt; ita ut omnibus recte consideratis, ac perpensis, illis moderatum lucrum relinquunt, aliter taxa erit iniusta. ita docet Ludouicus Lopez lib. 1. de contract. cap. 15. de taxa, §. insuper. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 364. §. Conueniunt. Medina C. de rest. quest. 36. Si vero taxa consideratis omnibus circumstantiis relatis, a principio fuit iusta, & moderatum lucrum venditoribus relinquebat, & postea tanta aliunde venit mercium abundantia, ut communiter omnes vendant infra pretium taxatum, dico nullum posse vendere per pretium illius absque obligatione restitutionis, nec tunc posse allegare iacturam, quam pariuntur, haec enim est fortuna venditorum, & temporum: ita docet Ludouicus Lopez dicto lib. 1. cap. 15. §. insuper licet, in fine. Syluester verb. emptio. quest. 10. Corduba in summa, quest. 34. Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. posito. Rebellus lib. 9. q. 2. sect. 3. num. 11. Et ratio est, quia a principio taxa iuste posita fuit, & per accidens est, quod ratione magnae abundantiae, pretium taxae decreseat, ipsique mercatores de proprio perdant; nam etiam ratione penuriae mercium poterat pretium illarum ultra taxam accrescere; talis enim est alea mercatorum: qua propter hinc iam reprobatur nequissima deceptio mercatorum, & persuasio fallacissima, quae existimant ius semper sibi esse lucrandi, nunquam perdendi, cum tamen mercaturae commercium utriusque fortunae sit expositum.

18.

Haec vera sunt, non est tamen negandum mortiferè peccare Senatores, ac Principes, qui legem taxae tulerunt, & ferre possunt, si postquam manifestè iniusta, & irrationabilis per excessum, aut defectum taxatio esse coepit, eam non mutant, & aliam ponunt, quia taxa tam in fauorem eumentium, quam vendentium ponitur, & utrorumque utilitatem respicit; quare postquam viderint eumentibus esse prauidicio propter excessum, aut vendentibus propter defectum, ratione officij tenentur eam mutare, & aliam de nouo ponere, & tenentur ad restitutionem omnium damnorum inde tam his, quam illis, resultantium, nisi ignorantia eos excuset; dixi, nisi ignorantia, aut inaduertentia eos excuset, quia cum illi non teneantur ad hanc restitutionem ratione rei acceptae, si ignorantia illos excuset a culpa, liberi manebunt a restitutione. Simili modo lethaliter peccant contra iustitiam, & tenentur ad restitutionem iudices, qui inquirant, de illis, qui cetero pretio taxato vendunt, quando mutatis circumstantiis, lex illa taxae manifestè iniusta, atque irrationabilis est, & tenentur illis restituere non solum poenas, ad quas illos condemnant, sed etiam

Fagundes, de iustitia, &c.

omnia damna, quae ea de causa illis intulerunt: ita docent Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. conueniunt etiam. Et ponit ibi hoc exemplum. Tempore Regis Sebastiani accidit, ut cum mensura tritici iuste anno antecedenti fuerit taxata Eborae sex vingenis Lusitanis, hoc est, tribus regalibus argenteis, sequenti anno propter maximam sterilitatem excreuit in foro publico, usque ad 15. & 16. & ita ab externis vendebatur: superuenit autem iudex, qui ad inquirendum de aliis criminibus a curia fuit missus, & coepit punire accolos loci, qui triticum aequè bonum ultra sex vingenas vendiderunt, quod omnino fuit iniustum, & cum obligatione restituendi non solum poenas, sed etiam omnia damna, quae iudex ea de causa illis intulisset. Quare ipse iudex admonitus a me (addit Molina) continud, ut tenebatur, destitit. Et haec etiam opinio Navarrae in summa Latina, cap. 23. num. 88. quatenus ait augeri pretium taxae mutatis circumstantiis, & Medina C. de rest. quest. 13. §. Pradictis tamen. Soti lib. 6. de iustitia, quem citat Lopez lib. 1. de contract. lib. cap. 15. de taxa, §. iam ex praemissis. nam Sotus respondens ad illam questionem, utrum absque vitio industria liceat alicui privato homini pretium taxae transgredi, respondet affirmatiue, quando, scilicet, emptores norunt emere vinum, vel oleum, quanti re vera valet, quia tunc venditores cum sua iactura evidenti, & lucro ciuitatis non tenentur inseruire Reipublicae, modò tamen moneantur Principes prius, ut taxam moderentur.

En vides nos iam pedetentim incidisse in illam satis dubiam, ac difficilem questionem de vitio rei, quam in sequenti capite tractabimus.

CAPVT XXXVIII.

Vtrum venditor teneatur emptori vitium, ac defectum rei venditae aperire? agitur de actione redhibitoria, & quanto minoris, quae resultat ex venditionis contractu, in quo vitium rei tacitum fuit, & de gabel-la talis contractus.

- 1. Vitium rei, quae venditur tribus modis, in ea potest dari, & quibus.
- 2. Si res cum vitio considerata tam utilis est, & hoc magis, quam ea, quae non habet vitium, au possit vendi eodem pretio, quo alia venduntur, quae illud non habent absque peccato iniustitiae.
- 3. Quid sit vitium extrinsecum, & intrinsecum animi & corporis, & in quo distinguantur, & quomodo.
- 4. Venditor tenetur ex iustitia manifestare emptori vitium rei occultum, si sit notabile, & si non manifestat, tenetur non solum ad valorem rei, sed etiam ad omne damnum & interesse.
- 5. Qui scienter vendit rem litigiosam pro libera potestate, nisi ignoranti illius litigium, peccat contra iustitiam, & tenetur ad omnia damna.
- 6. Est tamen contractus validus, si cum eo vino, nisi pretio venditio facta fuit, etiamsi emptor illud vitium sciret, non emisset, ibid.
- 7. An contractus sit nullus, pro foro conscientiae, quod si venditor rem non emeret, si vitium sciret, ibid. & h. 7.

ctar, ac sequitur Lopez loco allegato, utraque opinio est probabilis, sequere, quam maus. Sed de hac re, & vitis rei, dicemus latius cap. sequenti.

17. Dubium hic oritur, an casu quod taxa posita nullum venditoribus, qui merces aliunde asportant, lucrum afferat, & irrationabilis sit, possint illi licite res suas vendere ultra taxam? Respondeo, si taxa de nouo ponatur nouis mercibus, quae aliunde aduehantur, & adportantes illas, reclamant contra illam, moderatoresque, ac Consules Reipublicae nolint augere pretium taxae, ita ut moderatum lucrum adportantibus relinquunt, taxam esse iniustam, & non teneri illos illam in conscientia seruare. Ratio est, quia nemo tenetur inseruire Reipublicae gratis, & multo minus cum damno suo, & ideo quando de nouo apponitur taxa, semper ponentes illam debent, & tenentur ex officio attendere ad omnes circumstantias, temporis, pecuniae, mercium abundantiae, sumptus laboris, & periculum, quibus se mercium aduectores exposuerunt; ita ut omnibus recte consideratis, ac perpensis, illis moderatum lucrum relinquunt, aliter taxa erit iniusta. ita docet Ludouicus Lopez lib. 1. de contract. cap. 15. de taxa, §. insuper. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 364. §. Conueniunt. Medina C. de rest. quest. 36. Si vero taxa consideratis omnibus circumstantiis relatis, a principio fuit iusta, & moderatum lucrum venditoribus relinquebat, & postea tanta aliunde venit mercium abundantia, ut communiter omnes vendant infra pretium taxatum, dico nullum posse vendere per pretium illius absque obligatione restitutionis, nec tunc posse allegare iacturam, quam pariuntur, haec enim est fortuna venditorum, & temporum: ita docet Ludouicus Lopez dicto lib. 1. cap. 15. §. insuper licet, in fine. Syluester verb. emptio. quest. 10. Corduba in summa, quest. 34. Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. posito. Rebellus lib. 9. q. 2. sect. 3. num. 11. Et ratio est, quia a principio taxa iuste posita fuit, & per accidens est, quod ratione magnae abundantiae, pretium taxae decreseat, ipsique mercatores de proprio perdant; nam etiam ratione penuriae mercium poterat pretium illarum ultra taxam accrescere; talis enim est alea mercatorum: qua propter hinc iam reprobatur nequissima deceptio mercatorum, & persuasio fallacissima, quae existimant ius semper sibi esse lucrandi, nunquam perdendi, cum tamen mercaturae commercium utriusque fortunae sit expositum.

18. Haec vera sunt, non est tamen negandum mortiferè peccare Senatores, ac Principes, qui legem taxae tulerunt, & ferre possunt, si postquam manifestè iniusta, & irrationabilis per excessum, aut defectum taxatio esse coepit, eam non mutant, & aliam ponunt, quia taxa tam in fauorem eumentium, quam vendentium ponitur, & utrorumque utilitatem respicit; quare postquam viderint eumentibus esse prauidicio propter excessum, aut vendentibus propter defectum, ratione officij tenentur eam mutare, & aliam de nouo ponere, & tenentur ad restitutionem omnium damnorum inde tam his, quam illis, resultantium, nisi ignorantia eos excuset; dixi, nisi ignorantia, aut inaduertentia eos excuset, quia cum illi non teneantur ad hanc restitutionem ratione rei acceptae, si ignorantia illos excuset a culpa, liberi manebunt a restitutione. Simili modo lethaliter peccant contra iustitiam, & tenentur ad restitutionem iudices, qui inquirant, de illis, qui cetero pretio taxato vendunt, quando mutatis circumstantiis, lex illa taxae manifestè iniusta, atque irrationabilis est, & tenentur illis restituere non solum poenas, ad quas illos condemnant, sed etiam

Fagundez, de iustitia, &c.

omnia damna, quae ea de causa illis intulerunt: ita docent Molina tom. 2. de iust. disp. 364. §. conueniunt etiam. Et ponit ibi hoc exemplum. Tempore Regis Sebastiani accidit, ut cum mensura tritici iuste anno antecedenti fuerit taxata Eborae sex vingenis Lusitanis, hoc est, tribus regalibus argenteis, sequenti anno propter maximam sterilitatem excreuit in foro publico, usque ad 15. & 16. & ita ab externis vendebatur: superuenit autem iudex, qui ad inquirendum de aliis criminibus a curia fuit missus, & coepit punire accolae loci, qui triticum aequè bonum ultra sex vingenas vendiderunt, quod omnino fuit iniustum, & cum obligatione restituendi non solum poenas, sed etiam omnia damna, quae iudex ea de causa illis intulisset. Quare ipse iudex admonitus a me (addit Molina) continuè, ut tenebatur, destitit. Et haec etiam opinio Navarrae in summa Latina, cap. 23. num. 88. quatenus ait augeri pretium taxae mutatis circumstantiis, & Medina C. de rest. quest. 13. §. Pradictis tamen. Soti lib. 6. de iustitia, quem citat Lopez lib. 1. de contract. lib. cap. 15. de taxa, §. iam ex praemissis. nam Sotus respondens ad illam questionem, utrum absque vitio industria liceat alicui privato homini pretium taxae transgredi, respondet affirmatiuè, quando, scilicet, emptores norunt emere vinum, vel oleum, quanti re vera valet, quia tunc venditores cum sua iactura euidenti, & lucro ciuitatis non tenentur inseruire Reipublicae, modò tamen moneantur Principes prius, ut taxam moderentur.

En vides nos iam pedetentim incidisse in illam satis dubiam, ac difficilem, questionem de vitio rei, quam in sequenti capite tractabimus.

CAPVT XXXVIII.

Vtrum venditor teneatur emptori vitium, ac defectum rei venditae aperire? agitur de actione redhibitoria, & quanto minoris, quae resultat ex venditionis contractu, in quo vitium rei tacitum fuit, & de gabel-la talis contractus.

- 1. Vitium rei, quae venditur tribus modis, in ea potest dari, & quibus.
- 2. Si res cum vitio considerata tam utilis est, & hoc magis, quam ea, quae non habet vitium, au possit vendi eodem pretio, quo alia venduntur, quae illud non habent absque peccato iniustitiae.
- 3. Quid sit vitium extrinsecum, & intrinsecum animi & corporis, & in quo distinguantur, & quomodo.
- 4. Venditor tenetur ex iustitia manifestare emptori vitium rei occultum, si sit notabile, & si non manifestat, tenetur non solum ad valorem rei, sed etiam ad omne damnum & interesse.
- 5. Qui scienter vendit rem litigiosam pro libera potestate, nisi ignorantia illius litigium, peccat contra iustitiam, & tenetur ad omnia damna.
- 6. Est tamen contractus validus, si cum eo vino, nisi pretio venditio facta fuit, etiamsi emptor illud vitium sciret, non emisset, ibid.
- 7. An contractus sit nullus, pro foro conscientiae, quod si venditor rem non emeret, si vitium sciret, ibid. & h. 7.

- 8 Si emptor cognitio rei vitio rem non erat empturus, in foro externo conceditur ei actio redhibitoria ad habendum suum pretium, & reddendam rem.
- Quid si eam empturus erat, sed non tanto pretio ibi quanto tempore durent huiusmodi actiones.
- 9 An prescribantur mala fide.
- 10 Venditio est valida si emptor, esto vitium sciret, rem emisset, sed non tanto pretio, & num. 11.
- 12 Prescripta actione redhibitoria, & estimatoria quanti minoris, adhuc manet actio ex empto, aut venditori tradatur res, eo quod emptor habeat actionem adversus venditorem, ut sibi tradatur res.
- 13 An tunc si rescindatur venditio nona gabella debeat, & num. 14.
- 15 An quando augetur pretium, quia venditor rem venderet, sed non tam parvo pretio debeat similiter augeri gabella & minui, si minuatur pretium.
- 16 Illicitum est rem pretiosam pro vili emere, ut gemmam pro vitro, & rem vitio carentem pro vitiosa, ut ovem, vel mancipium sanum pro ovis, vel mancipio morbo. Et in hoc casu quid agendum, ibid. & num. 17.

ST hæc quaestio de vitio inuento in re, quæ venditur, valde ordinaria, in contractu emptionis, & venditionis, & valde etiam utilis, & ideo à nobis erit laxius aliquantulo tractanda; pendet enim ex illa cognitio ad plurimorum casuum resolutionem, qui hic solent tractari. Igitur vitium rei, quæ venditur, tripliciter ei potest accidere, scilicet, in substantia, ut si aurichalcum vendas pro auro, vitrum pro Crystallo: sic peccant illi, qui vino aquam miscent, secalia tritico, &c. in quantitate: ut si mensuras dolosas adhibeas, aut pondera, & stateras. In qualitate, ut si vinum vnius loci vendas pro vino alterius, & si mancipium, quod venale exponitur, morbo, vel vitio labore, equus pariter, vel bos, & sic de cæteris.

Statuo ergo primò, quando res habens vitium non minus bona, & utilis æstimatur, quam ea, quæ sine vitio ab aliis venditur, potest illam venditor sine peccato saltem iniustitiæ eodem pretio, quo alia, quæ vitio caret, vendere. ita Ludovicus Lopez 2. part. instructor. conscientia, cap. 42. §. sed in speciali. Lessius tom 1. de iust. lib. 2. cap. 11. dub. 11. num. 83. & 89. Medina instructione. pro confessarijs, fol. 141. §. 25. fauet D. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 3. fauent ea, quæ diximus cap. precedenti. Probat, quia nulla hic interuenit propria fraus. Cur enim non possum rem meam vitiosam, quæ alioquin tam bona, & tam utilis æstimatur, ac res aliorum, quæ tali vitio carent, simili illorum pretio vendere? Solet casus accidere in vino tritico, & similibus, veluti cum vino valde præstanti, generosoque miscetur, aliud tenue, vel modica aqua, eam tamen moderatione, ut non reddatur deterius, quam quod sine vitio eodem pretio ab aliis venditur. Bene tamen obseruat Lessius ad magistratum pertinere, punire eum, qui in euentu, ac casu simili misceret aquam vino, secale tritico, eaque sic venderet, taxa præsertim iuste constituta.

Notandum tamen est hic, vitium aut esse intrinsicum rei venditæ, aut extrinsecum; illud vitium animi, istud vitium corporis appellatur. Vitium animi, ut si equus naturaliter sit timidus, inmentum malitiosum, seruus fugitiuus, latro, ebrius; & quamuis hæc vitia sint moralia, ad vitia animi ro-

ducuntur, & similia. Vitium corporis, ut si mancipium, vel animal, quod venditur, sit claudum, cæcum, strumosum, oves morbidæ; & domus quæ venditur, sit ditura, malè fundata; & hoc vitium animi, vel corporis, vel potest esse occultum, vel manifestum.

Hoc autem est discrimen inter vitium animi, & corporis, quod de vitio corporis ordinario teneatur venditor in conscientia emptori. De vitio vero animi non teneatur, nisi in aliquibus casibus, & hi sunt. Primò, nisi emptor id in pactum deducat. Secundo, nisi venditor promittat se rescisurum contractum, aut resciturum, quanto minus res vendita eo vitio affecta valeat. Tertio, nisi roganti emptori, an equus, vel animal aliquod vitium animi, vel corporis habeat, respondeat venditor, nullum habet, siue illud sciat, siue ignoret, quia si illud sciebat, emptorem decipit, si ignorabat, non debuit asseueranter affirmare id, quod ignorabat, & sic emptorem fallere, docet hoc Molin. tom. 2. de iust. disp. 353. §. tertia conclusio, ad finem, patetque ex l. ob qua vitia. ff. de adilitijs action. in qua duo vitia animi excipiuntur, de quibus in venditionibus, in mancipijs tenentur. Primum si fugitiui sint. Secundo, si fures; sed in l. Iulianus, ff. de actionib. empt. hoc magis explicatur: ibi enim absolute dicitur, si venditor vitia animi sciebat, teneri non solum rescicere emptori, quanto minus seruus iis vitijs valebat, sed etiam teneri in conscientia de omnibus damnis inde illi subsecutis, etiamsi huiusmodi damna nec in pactum deducantur, nec emptor roget, an vitio animi seruus, vel animal careat, non secus, ac si vitia essent corporis. Si autem venditor illa ignorabat, teneri solummodo de actione quanti minoris valebat seruus, vel animal cum vitijs fugæ, ebrietatis, latrocinij; non tamen de furto, & damnis, quæ ipsa dedorunt, nisi cum venisset, asseueranter dixerit, his vitijs carere. Et ratio est, quam reddit ipsa lex Iulianus, quia seruum furem retinere apud nos possumus; fugitiuum autem non possumus, eaque de causa discrimen est inter utrumque. His breuiter prælibatis,

Statuo secundo, quando vitium occultum rei, quæ venditur, notabile est, illudque vendens ignorat, & venditor scit, & non manifestat emptori, tenetur venditor emptori in conscientia, non solum ad valorem vitij, sed etiam ad omne damnum emergens, & lucrum cessans inde illi subsecutum, ut si vendidit ovem morbidam, quæ alias inficit; seruum furtis assuetum, qui multa postea euenti furto abstulit: ita habetur expressè dict. l. Iulianus, ff. de actionib. empt. & l. 1. C. de adilit. act. D. Thomas 2. 2. quæst. 77. art. 3. Molin. tom. 2. de iust. disput. 353. conclus. 1. Nauarrus cap. 23. num. 89. Medina C. de rest. quæst. 34. Fundamentum est, quia eo ipso, quod venditor rem suam vendendam exponit, tenetur ex officio vitia occulta rei saltem notabilia manifestare emptori, ne alia, emptor decipiat, quia sicut ad emptorem pertinet dare veram, & non falsam pecuniam, & ea, quæ se habent ex parte pretij, implere, ita ad venditorem spectant, quæ se habent ex parte rei venditæ; exponendo scilicet, quos habet defectus eius notabiles, & occultos: cum enim sincerè in venditione procedere teneatur, quasi ex officio ei incumbit manifestare tales defectus occultos, quia per leg. 1. in principio, ff. de adilit. editto, hoc ei iniunctum est: vnde dicitur, ut dolose censeatur agere, & dolosus sic non solum si positivè vitia occultet, argentum vitium, vel aliquid infundendo in aures equi, ut illum viuandum, & agilem efficiat, sed etiam si negativè

se habeat vitia occulta non manifestando, iuxta l. 1. C. de adilit. actionibus, ubi dicitur dolo vendere, & sincerè non procedere, qui non manifestat emptori rei venditæ vitia occulta: ex quo fit etiam, vt peccet contra iustitiam, & ad restitutionem teneatur omnium damnorum, tam lucri cessantis, quam damni emergentis; non secus, ac teneretur ille, & contra iustitiam peccat, qui ex officio suo impedire tenetur damna Reipublicæ, & non impedit.

Dixi, vitium notabile, quia si vitium non sit notabile, nec notabiliter damnosum ei, qui emit, non teneretur illud venditor manifestare emptori; cum paruitas pro nihilo reputetur, de quo iudicabit prudens, iuxta ea, quæ diximus cap. precedenti, n. 25. quem vide.

6. Consequenter ad hæc bene ait Molina citatus, illum, qui scienter rem litigiosam vendidit ignorantem tale illius vitium occultum, peccare contra iustitiam cum onere restituendi omnia damna emptori; etiam lucri cessantis inde subsecuta: quod verò ille addit, & Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dubit. 11. num. 86. scilicet, contractum esse nullum pro foro conscientie, quoties emptor cognito vitio rem non erat empturus; aliquam ambiguitatem habet, saltem quando res aptissima est ad usum illum, ad quem ab emptore emitur; vt enim doctè, & eleganter notat Valentia 22. disp. 3. q. 20. puncto 4. conclus. 2. 3. & 4. is, qui nolit emere, si sciret vitium occultum rei, duobus modis se habere potuit; in re emenda: vno volendo rem emere sub hac conditione verbis, vel factò expressa; si res perfecta esset, & non vitiosa, & alias nolendo. Alio modo, volendo quidem rem emere, nulla tamen exposita conditione; quando emptor primo modo se habet in neutro foro, valet venditio, vt pote, quia deficiente conditione, sub qua venditio, & conuentio facta fuit, consequenter deficit consensus ex parte emptoris. Quando autem se habet secundo modo, & præsertim quando ex parte venditoris non intercessit dolus, quia verè etiam ille vitium rei ignorabat, valet contractus pro vtroque foro, tamen si emptor si vitium sciuit, noluit emere; emptori tamen competit actio, quam iura vocant æstimatoriam, vel quanto minoris, secundum quam cogitur venditor illi reddere excessum pretij, id est, quanto plus rem emit ignorato vitio, & quanto minus illam erat empturus sine illo: ita Valentia supra, nec sine fundamento; alias enim nihil ferè tatum foret in humanis commerciis; vt pote, quia frequentissimum est in hominibus contrahentibus, si sciuissem non voluissem, consencit Sorus lib. 6. q. 3. art. 2. de iust. dum ibidem ait, fore contractum validum, quando res iusto pretio venditur, etiam si emptor sciens illius vitium, eam non emisset, ostque opinio verissima: nam alioquin sequeretur hæc vana absurda.

7. Sequeretur enim primo, vt quando hæres extraneus certus est, si sciret testator vitium esse flagitiosum, non illum hæredem instituisset, teneatur in foro conscientie hæreditatem demittere propinquiiori testatoris consanguineo, viroque probo relinquere.

Sequeretur secundo, quod quando Titius morte præuentus nullam suæ vltimæ voluntatis dispositionem fecit, possit Paulus accipere ex bonis illius, quidquid ipse certò existimat, sibi ab illo fore relinquendum, si testamentum faceret, quia scilicet, ita illi viuens significauerat.

Sequeretur tertio, non valere matrimonium quod quis contrahit, & consummat cum femina

Fagundes de Iustitia, &c.

ex vilibus parentibus nata, quia si vir id sciuisset, non contraxisset.

Sequeretur quarto, vt si seni venderes equum mitem, & pacificè incedentem, quem ille exoptabat, & inquirebat, alias tamen vitium habentem ob quod non possit currere velociter, nullum fuisse huiusmodi contractum, si forte senex illum non emeret, si aliquid haberet impetfectum, atque aded si sciuisset, nullo modo eum emisset, eum ergo hæc, & similia videantur magna absurda, & contra communem praxim in contractibus seruatum, & contra regulam, Voluntas venientis nihil operatur, standum est hac in re sententia Valentia, & Soti, & secundum eam intelligendi sunt Syluester verb. Emptio. num. 20. & Medina C. de rest. quest. 34. & Nauarrus cap. 23. num. 89. Quædam dicunt contractum venditionis esse nullum pro foro poli, si in re vendita detur tale aliquod vitium, quod si emptor sciuisset, eam emere noluisset, ita vt dicant pro foro conscientie non valere contractum venditionis, si res vendita vitium aliquod haberet, & perfecta vndeque non esset, quando verbis, vel factò; ita sub ea conditione contractus celebratus fuit, scens quando res empta fuit sine ea conditione exposita.

8. Statao tertio, in euentu superioris conditionis si emptor cognito occulto rei vitio non erat eam empturus, conceditur ei in foro poli, & externo actio, vt vocant, redhibitoria ad rehabendum suum pretium, restituta res; si verò eam erat empturus, sed pretio minori, ratione vitij est quidem contractus pro vtroque foro poli, & poli validus, sed venditor restituere tenetur emptori quantum amplius pro ea reddidit, quod si nolit sponte facere, competit tunc emptori actio, quam iura vocant æstimatoriam, seu quatom minoris. Prima pars quod competit in hoc casu emptori actio redhibitoria, patet ex l. 1. & l. si sciendum 19. ff. de adilit. edicto, quæ actio durat per sex menses. l. si tamen 4. versic. Non nocebit, l. cum sex menses, ff. eodem. transactis autem sex mensibus ad redhibitoriam actionem concessis, quia illa usus non fuerit, poterit intra sex alios menses sequentes intentare actionem quanto minoris, seu æstimatoriam, quæ durat per annum, iuxta dictam legem si tamen, versic. Non nocebit; vt tamen animaduertunt ibi glossa per textum in dicta l. cum sex menses. Lopez l. 55. tit. 5. part. 5. glossa vltima. Gomez tom. 2. variarum cap. 2. num. 48. Molina tom. 2. disp. 353. quando adest ignorantia ex parte emptoris, incipit currere tempus huius vtriusque actionis à die scientie: transacto autem toto tempore, nulla iam prædictarum actionum emptori competit, quia tempore isto præscribuntur.

9. Immo animaduertit Couarruias in reg. possessor. part. 2. §. 11. num. 5. cum multis ibi citatis, actiones huiusmodi præscribi cum mala fide venditoris, cuius rei ea ratio est, quia pertinent ad forum extetnum, & non longiore tempore à iure emptoribus conceduntur. Sic etiam per triennium in hoc regno præscribitur mala fide actio, quæ competit famulis, ac seruitoribus ad petendam mercedem seruitij, iuxta ordinationem nostram Lusitanam lib. 4. tit. 32. & Vallascum tom. 2. consule. 125. n. 25. Non quasi dominus cum mala fide se possit liberare pro foro conscientie à debito mercedis pro seruitio sibi factò; quia hæc liberatio requirit bonam fidem, & tempus determinatum à lege, iuxta cap. vltimum, de prescriptionibus, & scribentes ibidem, & in reg. possessor. de regulis iuris in 6. Sed quis elapso tempore extinguitur actio ciuilis, nec amplius

plius iam famulis à iure conceditur, vide quæ diximus cap. 9. num. 7.

10. Secunda pars conclusionis, quod scilicet contractus sit validus pro utroque foro, quando si emptor vitium sciret, nihilominus rem emeret, sed minoris pretio, est manifesta in iure, nam etiam si ex parte venditoris forte dolus intervenisset, quando tamen dolus non dat causam contractui, sed solum incidit in contractum, contractus tamen tunc est validus in utroque foro, ut docet D. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 17. §. 6. Caietanus 2. 2. quæst. 77. art. 3. Sotus lib. 6. de iust. quæst. 3. art. 2. Lessius lib. 2. cap. 7. num. 18. Probat, quia emptor in hoc casu verè consentit in emptionis contractum; etsi enim sciret vitium rei, nihilominus vellet contrahere; tamen non eodem pretio, sed minori, iusto tamen.

11. Tertia pars conclusionis, quod nolente venditore in hoc casu restituere, competat emptori pro foro externo actio æstimatoria, seu, ut vocant, quanto minoris. Probat, ex dicta lege, si tamen, vixit. Non nocet.

12. His tamen, quæ hactenus diximus, Molina citatus tom. 2. de iust. disp. 353. etiam merito addit Primum, præscripta actione redhibitoria, & æstimatoria, quæ ambæ sunt de iure prætorio, manere nihilominus apud emptorem actionem ex empto, ut sibi tradatur res, eo quod venditor contra emptorem actionem habeat ex vendito, ut sibi tradatur pretium; utramque verò hanc actionem de iure communi esse perpetuam. Secundum, quod quæ de contractu emptionis & venditionis non manifestato vitio occulto rei dicta sunt, similiter intelligenda esse de contractu permutacionis, locationis, & conductionis, sciendum, §. penultim. ff. de adilitio edicto. Tertium, procedere hæc omnia de iure communi; non ita tamen in omnibus ac singulis mercibus de iure nostro Lusitano, quia in aliquibus mercibus aliter disponit. Enim verò de iure Lusitano, ij, qui emunt, vel alio titulo oneroso compatant mancipia ex Guinea, de manu eorum, qui inde illa asportant, vel ab his, qui illa ad reuendendum ab illis emerunt, non competit actio mancipiorum redhibitoria, propter vitium occultum ægritudinis, aut claudicationis per sex menses, ut attentio iure communi debebat competere, sed quando in eodem loco sunt emptor, & venditor, competit emptori per unum tantum mensem, qui numerandus est à die traditionis; quando verò in diuerso sunt loco, sed intra Regnum, competit eidem emptori per duos menses similiter à die traditionis numerandos, modò tamen emptor facta protestatione coram iudice mancipiorum redhibendam intra priorem mensem ostendat duobus Medicis, vel vni saltem ritè examinato, qui testentur de mancipij ægritudine, aut claudicatione iam contracta tempore traditionis; quando tamen venditor est in alio regno tunc temporis facta protestatione intra mensem; & facta etiam cum Medicis diligentia, de qua modò, potest emptor vocare in iudicium venditorem intra mensem numerandum die aduentus venditoris ad aliquem regni locum; ita Ordinatio nostra Lusitana lib. 4. tit. 17. §. 7. & similiter disponit 8. & 9. Faciendum, non solum in emptionibus & venditionibus bestiarum, quæ redhibentur propter vitium occultum ægritudinis, aut claudicationis, quod venditor, seu per dolum, seu per ignorantiam non manifestauit emptori, sed etiam in quibus vis aliis contractibus, in quibus transferuntur eandem bestiarum dominium, modò talis contractus donatio liberalis non

fuerit, tunc enim iniuile videtur propter claudicationem, aut morbum, bestiam donatam velle redhibere.

At hic oportet animaduertere, quando emptor iusta ex causa, ac iuxta iuris regulas rem emptam venditione rescisa redhibet venditori, ex hac venditione, non ex rescissione gabellam deberi, nec solutam repeti posse: ita Gregorius Lopez in l. 65. verb. Tornar. tit. 5. part. 5. Lassate de decima vendition. cap. 12. num. 10. cum Baldo, Carpolla, Tiracuello, & aliis, quos citat, & ratio fundamentalis est, quia, ut desumitur ex l. cum autem, §. Iulianus ait, & ex l. facta ff. de adilit. edict. postquam venditio semel purè contracta fuit, licet illa ex aliqua iusta causa rescindatur, nihilominus, quia ius iam est questitum fisco, gabella ei debetur, argumento l. si quis, C. de iust. & substitution. & eorum, quæ ibid. Doctores notant, & in l. debet per textum ibi, ff. de adilit. edict.

Adde quando forte propter dolum venditoris, aut latam eius culpam, occultato vitio, venditio facta fuit, & postea propter tale vitium resciso contractu redhibetur res, ad venditorem pertinere saltem pro foro conscientie, ut emptori det partem gabellæ, quam ille ab eo deceptus gabellario soluit: patet, quia alias inde emerget emptori damnum sine culpa sua, ut enim diximus supra conclusionem secundam, dolosus venditor tenetur ad damna omnia ex venditione dolosa emptori secuta, quod intellige de damnis quæ probabiliter ex tali venditione prouideri poterant euentura, ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. num. 88.

Adde rursus, quando in simili euentu non redhibetur res, sed elegit emptor intentare actionem quanto minoris, tenet venditorem respondere emptori partem gabellæ, quam ille gabellario amplius dedit, dixi in simili euentu, quia si venditor ignorabat inculpabiliter vitium, & postea agitur de redhibitoria, in tali casu solum debetur gabella, quo ad eam summam, secundum quam iuste res illa vitiosa vendi poterat, cuius gabellæ solutio, tunc utrique contrahentium æqualiter soluenda est; quemadmodum etiam intentata in simili euentu actione quanto minoris, reducta ad æqualitatem venditione, reducere similiter gabellarius gabellam debet, ad eam summam, quæ verè debeatur ex emptione, & venditione ad æqualitatem reductis, atque ad eam utrique contrahentium suam partem remittere debet: ita Molina tom. 2. de iust. disp. 353. §. quando gabellam, vbi tamen addit, quando venditor rescissionem promittit, si res vendita vitium aliquod haberet, tunc resciso contractu ad venditorem spectare non solum solacere partem gabellæ, quam debet, sed partem etiam, quam emptor debet apud nos, quoniam virtute se ad id obligauit.

Statuo quartò, Nefas est emere rem vitio carentem minori pretio, quam iusto infimo pro vitiosa, & pretiosa pro vili, ut mancipium sanum, ac valens pro morbofo, gemmam pro vitro, teneturque in hoc casu emens, siue sciens, siue ignorans emerit, augere pretium, vsque ad limites infimi iusti: ita D. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 2. Conradus de contractibus, quæst. 54. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. num. 84. Med. Sotus, Syluester, Nauarrus, quos citat, & sequitur Molina tom. 2. de iust. disp. 353. conclus. 4. licet Caietanus in summa, verb. emptio, dicat, si quis sciens valorem gemmæ, eam emit à rustico homine, & pagano, qui valorem illius ignorat, illum admonendo, se velle eam habere iusta conscientia, sine scrupulo possidere, ut videat, an

13.

14.

15.

16.

ipsi condonare velit quidquid amplius ea res valeat, posse tunc sana conscientia illam ab eo emere longè minori pretio, quàm iusto infimo, non explicando ei valorem illius, si rusticus respondeat, se velle condonare excessum; sed hæc sententia Caietani nullam habet probabilitatem, vt rectè docent Molina & Lessius citati. Ratio est, quia illa palliata condonatio impetrationis, qua rusticus excessum condonat, non videtur habere tantum voluntarij propter illius ignorantiam, quantum est necessarium, vt donatio sit valida. Placet tamen, quod antè dixerat, nempe si emptor, & venditor æqualiter ignorantes pretium rei, committentes se fortunæ, ita paciscantur de pretio, vt si res, plus, aut minus valeat, vterque illud libenter condonet, validam esse tunc ac firmam venditionem, neutrique contrahentium posse postea ad restitutionem obligari, si res postea competatur longè plus, aut longè minus valere: & fundamentum tunc huius rei est, quia bona fides vtriusque, & voluntas condonandi discevit iniuriam, & dominium transfert in alterum propter periculum fortunæ, cui æqualiter se commiserunt.

17. Dixi æqualiter, quia quando emptor, v. g. nulli, aut perexiguo periculo se exponit, & aliàs habet verisimilitudinem ingentis lucri, non est turus in conscientia, sed restituere tenetur saltem quantum arbitrio prudentis æstimatur restituendum ab eo fore propter illud dubium, & verisimilitudinem ingentis lucri: ita Molina tom. 2. de iust. disp. 353. dicta conclus. 4. vbi etiam docet quod quando emptor, & venditor non se fortunæ committunt, sed rusticus credens non amplius rem suam valere, eamque vilissimo pretio vendit, talem emptionem non esse iustam, saltem materialiter, quamuis ipse emptor tacens ex parte sua crederet se manere expositum aliquali periculo; multoque minus esse iustam eam, quam emptor ea ratione rem emere intenderet, & teneri ad æqualitatis reductionem.

S V M M A R I V M.

- 18 An dicitur sit emere aceruum communium lapidum vili & communi pretio, in quo scio esse gemmam aliquam pretiosam & fasciculum herbarum, in quo scio esse vnam herbam pretiosam, venditor autem nescit.
- 19 Quid de emptione agri in quo scio latere thesaurum, venditor autem ignorat.
- 20 Quid si emptor vitium occultum rei agnouit, vel quia illud ei venditor manifestauit, vel quia ipse illud in ea deprehendit, an tunc valida sit venditio, & an ei aliqua actio contra venditorem concedatur.
- 21 Quid quando emptor suo iudicio fidens nihil interrogauit de vitio occulto rei.
- 22 Quid quando venditor emptori dicit se nolle teneri de vitio occulto rei, si fortè detur, & venditor de facto illud ignorabat, & quid etiam, si illud agnoscebat.
- 23 Quando vitium est patens, in foro externo non datur actio aduersus venditorem, nisi si detur deceptio ultra dimidium pretij.
- 24 Quid pro foro externo, quando vitium occultum non reddit notabiliter rem inutilem ad usum, ad quem emitur.
- 25 Quid pro foro interno.
- 26 Quid quando multa vitia minima simul concurrentia reddunt rem minus vilem ad finem, ad quem emitur.

Fagundez de Iustitia, &c.

- 27 Quid de illo, qui vendit Medico seni equum submancum deiracta æstimatione vitij, id tamen ignorat Medicus.
- 28 Quid quando vitium datur in pondere, aut mensura, & emptores illud ignorant. Quid etiam, si tunc emptores vitium agnoscant, & nihilominus rem in pondere, & mensura consistentem emunt, an tunc teneantur venditores ad restitutionem.
- 29 Quid quando venditores iurant se tanti emere, & rem sibi tanto pretio stetit, cum tamen hoc non ita sit, & propter hoc emptores inducuntur ad emendum, alioquin rem non empturi.

18. Sequitur, vt contra prædictam doctrinam aliquot dubia & instantias proponamus, ex quibus illa magis elucescat, quæ communiter ab omnibus auctoribus solent hic proponi: & verò si contra conclusionem præcedentem sic instes: Fas est lapidario emere vilissimo pretio gemmam valde pretiosam, quam ipse nouit, venditor autem non agnouit, latere in aceruo communium lapidum, qui per se venditur. Item fas est Pharmacopolæ emere herbas valde pretiosas, vilissimo pretio inter agrum, aut fasciculum herbarum, qui in foro venditur, latentes, quando ipse pretium earum nouit, ignorat autem vendens, modò illas emat non per se, sed vt contentas in fasciculo communium herbarum, quem fortè venditor pascendis equis vendebat. Ergo etiam fas erit emere vilissimo pretio illam gemmam, quam emptor nouit esse pretiosissimam, & venditor ignorat, quia id felicitas est emptoris, & scientiæ illius. Felicitas autem, & scientia alicuius ei nocere non potest. Respondebimus concedendo antecedens, negando illationem, quia totus ille fasciculus herbarum, qui emitur & venditur in pabulum animalium, & totus ille aceruus lapidum, & fodina illorum, quæ venditur ad constructionem ædificiorum communiter non plus valet, nec plus æstimatur in eo loco etiam à prudentibus, & sapientibus hominibus, quàm vilissimo illo pretio communi, & in pabulum iumentorum herbe illæ, aut in constructionem ædificiorum lapides illi erant consumendi; quare scientia Pharmacopolæ, aut prudentis hominis non potest ei esse nociua; id enim felicitatis illius est, & fructus suæ peritiæ, quæ illi damnosa esse non potest: idem dicendum est de illo, qui medicinales herbas quærit per agros, si enim illas competiat in segete, vel agro alieno ad animalium pabulum deputato, & inde illas colligat, vel agrum conducat communi pretio, nec pro herbis, quas colligit, nec pro conductione totius agri, quem communi pretio conduxerit, tenetur ad aliquam restitutionem, quia herbe pro nihilo reputabantur, ab omnibus, & à iumentis statim erant absumendæ: ita Lessius tom. 3. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dub. 11. num. 88. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 353. §. dubium est.

Idem dicendum etiam est, de illo, qui scit thesaurum in alieno agro latere; potest enim illum agrum communi pretio emere non indicato thesauro domino ipsius agri, vt probat Molina tom. 2. de iust. disp. 353. §. illud obserua. Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 8. dub. 15. n. 62. Nauarrus cap. 17. n. 175. Sotus lib. 5. de iust. art. 3. ad 2. Syluester verb. inuentum. n. 54. ad finem. Rebellus 2. p. lib. 9. q. 15. n. 2. quæ opinio defenditur dicto Christi Domini Matth. 13. Simile est Regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit illum, quia post emptionem eruit

emptor thesaurum ex loco proprio, nec tenebatur illud domino agri indicare, quia licite utebatur scientia sua; nec communiter, etiam apud homines prudentissimos ille ager ignorato thesauro valebat pluris, nec dominus illius in aliquo defraudatur, cum thesaurus absconditus nullius in bonis sit, ut habetur §. *thesaurus*, *Instit. de rerum divis.* sed de thesaurorum inuentione multa iam diximus in lib. 2. de acquisitione dominij, cap. 14. quare ad eum locum te remitto.

20. Statuo quintò, si emens conventionis, & emptionis tempore occultum vitium mercis agnouit, quia vel venditor rei illud ei manifestauit, vel ipse ratione aliqua illud in ea re deprehendit, tunc quidem valida fuit venditio, & neque actio redhibitoria, neque æstimatoria ei conceditur in foro externo, nisi ultra dimidium iusti pretij sit deceptus, in quo euentu conceditur illi remedium legis 2. C. de rese. vendit. Si tamen pro pretio iusto, quo res cum illo vitio considerata valebat, non fuit emptor, tenetur in conscientia emptor ante vllam sententiam contractum ad æqualitatem reducere; sicut tenetur etiam venditor, si pro maiori pretio emit, quàm valebat. est communis Doctorum, ita Molina tom. 2. disput. 353. §. 5. conclusio, & est expressa in l. 2. §. si intelligatur, & l. si tamen, §. et qui, ff. de adilit. edict. num. 4. & l. 66. tit. 5. & ex alijs iuribus, quæ allegat Anton. Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 48.

21. Statuo sextò, si emptor suo iudicio fidens, & quasi contemnens iudicium venditoris, rem aliquam ex multis eligat, nihil interrogans, præterquam de pretio; conventionem de pretio facta, non peccat venditor contra iustitiam, etiam si occultum vitium non aperiat, dum modò non vendat supra iustam, sed detrahatur de pretio æstimationem vitij. ita D. Thomas 2. 2. quest. 77. art. 2. & 3. Sotus lib. 6. de iust. quest. 3. art. 2. D. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 14. §. 6. & Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. num. 91. dubit. 11. Ludouicus Lopez 2. part. instruct. conse. cap. 42. Probatum, quia in hoc casu, etiam si venditor vitium non aperiat, non potest emptor de illo iuste conqueri; nam si deceptus est, sibi, suoque iudicio imputet, cui consilius emit, contempta sententia, venditoris.

Nec obstat textus in l. Iulianus 13. ff. de act. empti, & alia leges toto eo titulo, quibus statuitur, ut venditor aperiat omnia vitia occulta emptori, alioquin conceditur eidem actio redhibitoria. Sunt enim tales leges intelligendæ extra præsentem casum, quando, scilicet, emptor suo iudicio non fidit, & venditorem rogat de vitio rei, aut illius bonitate; vel si maius intelligendæ sunt, ut procedant post sententiam iudicis de rescindendo contractu, & redhibenda re, non verò ante hanc sententiam. Adde tamen ex Lessio num. 92. quòd quando emptor non rogauit, nisi de pretio, & nihil de vitio, aut bonitate rei interrogauit, si tamen venditor quodam artis ingenio vitium texit, ut non apparet, non excusatur à restitutione, quia dolus dedit causam contractui. Idem dicendum si rem illam ponat inter alias vitio carentes, ut deprehendi ab emptoribus vitium non possit, tunc enim dolus patrocinaretur emptori, quod non est dicendum. Adde secundò, si non sit contra iustitiam non admonere emptorem suo iudicio confidentem, & nihil interrogantem de vitio; esse tamen contra charitatem, ut si videat emptorem ex simplicitate sua decipi & putet rem ei fore vtilem, quæ tamen ei inutilis est. Imò, si venditor videt rem emptori fore noxiam ratione occulti vitij ex iustitia, tunc te-

netur ei defectum noxalem aperire; quia hoc ipso, quo rem suam venalem exponit cum occulto vitio noxio alteri, tenetur ex iustitia cauere ex parte sua ratione officij venditoris, ne quis detrimentum ex venditione accipiat: ut si vendat tigna vitiosa, oues interno morbo laborantes; sicut etiam emptor ratione officij venditoris tenetur ex iustitia bonam, & non damnosam pecuniam dare: ut vtrique detur æqualitas, cum vtrique contractus sit onerosus, ita Lessius num. 93. Sotus lib. 6. de iust. quest. 3. art. 2. Ludouicus Lopez 2. part. cap. 42. & alij.

Statuo septimò, quando venditor, dum sit conuentio, dicit se nolle teneri de vitio occulto, si forte detur; sed velle, ut emptor suo periculo rem emat, & venditor ipse de facto vitium ignorat, non potest emptori conuenire actio redhibitoria, & ad nihil ei tenetur venditor in vtroque foro, si pretium, quo conueniunt, iustum fuit. ita Molina tom. 2. de iust. dist. disp. 353. §. 6. conclusio. Dixi, si venditor de facto vitium ignorabat, quia si illud noverat, quantumvis dicat, se nolle teneri de vitio occulto, si forte detur adhuc, in vtroque foro de illo tenebitur, & datur ratione talis vitij occulti emptori actio redhibitoria aduersus ipsum venditorem. Eodem modo, si quis vendat agrum, ac dicat emptori, Vendo tibi hunc agrum, & si quas habeat seruitutes, teneberis ad illas; & postea aliquæ seruitutes comperiantur, tunc quidem si venditor reuera, & de facto ignorabat agrum illas habere, ad nihil tenetur ipse venditor, si pretium, quo vendidit, iustum fuit; si verò sciebat habere aliquam seruitutem, illamque non expressit, adhuc de illa tenebitur, daturque aduersus illum actio ratione talis vitij occulti, & talis seruitutis, quam non manifestauit, nihil impediente eo, quod dixerat in genere, se nolle teneri de seruitutibus, si quas haberet, vel quas haberet. Idem dicendum si quis vendat alteri equum occultè claudum, quod vitium ille sciebat, & ignorabat emptor, dicatque emptori, Vendo tibi hunc equum, claudum, cacum, macilentum, huiusmodi generalis manifestatio vitiorum non excusat venditorem, cum id potius sit occultatio vitij, quàm manifestatio illius. hæc omnia docet Molina citatus, & habentur l. 66. tit. 5. part. 5. consentiunt Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 48. Sotus lib. 6. de iust. quest. 3. art. 2. Nauarrus expressè cap. 23. num. 89. Maior in 4. dist. 15. quest. 40. col. 4.

Statuo octauò, quando vitium patens est, & manifestum in foro soli, nulla datur actio aduersus venditorem, nisi emptor ultra dimidium iusti pretij de fraudetur: & colligitur ex l. 1. §. si intelligatur, & ex l. si tamen, §. si quis, ff. de adilit. edict. soletque exemplum poni in equo vno oculo carente, & in foro poli est hic contractus validus, & si æqualis est, ad nihil inde tenetur venditor, intellige tamen modò tempore contractus aperte venditori constet aduertisse ad vitium rei; si enim ad illud non aduertit, & res cum eo vitio notabiliter inutilis est ad id, ad quod emitur, tenetur venditor monere emptorem, ut ad vitium animaduertat, ita docet Molina tom. 2. de iust. disp. 353. §. his ita constitutis. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dubitat. 11. n. 89. patetque ex l. ob qua vitia ff. de adilit. edict. & sequentibus.

Statuo nonò, quando vitia occulta non reddunt notabiliter rem inutilem ad eum vsum, ad quem emitur, non tenetur venditor pro foro, & in foro externo illa aperire emptori, secus si reddant notabiliter minus vtilem ad prædictum finem, & vsum.

22.

23.

24.

externo actio restitutoria. Fundamentum est, quia in his, quibus constituta est taxa publica, pretium iustum comparatione ponderis, & mensuræ consistit in indivisibili; cum ergo de pondere, ac mensura, aliquid minuitur, tunc ea in re peccatum committitur contra iustitiam commutativam cum onere restituendi. nam quod emptor defectum ponderis, & mensuræ agnouerit, & nihilominus emerit, non aufert obligationem restituendi, quia tacitus consensus in defraudatione ponderis, aut mensuræ ex parte emptoris, non fuit planè voluntarius, sed mixtè inuoluntarius, qui consensus non sufficit ad condonandum, aut remittendum furtum.

29. Hic autem duo animaduertunt Doctores. *Primus* est, etiam si venditor laudet rem suam supra meritum, iuretque se eam tanti emisse, cum non tanti emerit, non ceteri irritum contractum, nec ad restitutionem ideo teneri venditorem, modò pretium iustum fuerit, etiam si fortè emptorem, qui alioquin rem non fuisset empturus, suis his laudibus ac iuramentis pellexerit ad emendum. Ratio est, quia hæc est ferè consuetudo omnium mercatorum, quæ ab hominibus scitur. *Secundum* sæpè accidere, ut venditor sciens, ac prudens decipiat emptorem absque peccato contra iustitiam, & absque vlla obligatione restituendi, ut cum emptor postulat, ut sibi vendatur vinum certi alicujus loci, & venditor fingit se habere illud, & vendit ei vinum alterius loci æquè bonum, atque illud, aut fortè melius: ita Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 21. dub. 11. num. 90. Ludouicus Lopez 2. part. instrum. cap. 42.

Mulci sunt modi, quibus contractus venditionis, & emptionis dissolui, ac rescindi possunt, postquam ritè rectèque, ac validè celebrati sunt. *Primus* est, consensus mutuo utriusque contrahentium, sicut enim per consensum contrahitur, ita per eundem mutuum partium consensum distrahitur venditio, & obligatio illius, quia res per quas causas oritur, per easdem tollitur. *Secundus* est, ratione vitij non manifestati reperti in merce, vel re emptæ, de quo iam hæc egimus. *Tertius* est, ratione læsionis ultra dimidiam partem pretij iusti, tam in venditionibus absolutis, & clausis (ut vocant) quàm in venditionibus à retro. *Quartus* est, ex parte pacti, & ratione pacti legis commissoriae. *Quintus* est ratione doli, fraudisque interpositæ, vel ab ipso venditore, vel à quodam tertio. De ipso venditionis contractu solum de rescissione contractus ratione vitij occulti, & manifesti reperti in re diximus etiam hæc; sequitur, ut de reliquis modis rescindendi contractus emptionis, & venditionis agamus, & sic finem, ac coronidem imponamus huic famolo, ac celebri contractui, claudendo illum cum celebri illa, ac perillustri quæstione. Cui res pereat, emptori ne, an venditori,

CAPVT XXXIX.

Vtrum solo consensu partium emptio, & venditio dissoluatur, & quid de gabella si dissoluatur.

1. *Re integra, hoc est, celebrato contractu, sed nondum inceptum implere per traditionem rei, & pretij, solo partium consensu iterum rescindi potest.*

2. *Quid si arrha iam sit data non tanquam initium solutionis, sed in signum securitatis.*
3. *An debeat gabella ex hac rescissione.*
4. *Quid circa gabellam quando ex parte contrahentium non dissoluitur contractus, sed vel augetur pretium, vel minuitur.*
5. *Quando res prius aestimatur, & postea gratis alicui donatur facta aestimatione, ut ille intelligat, quantum sibi gratis donaretur, non debetur gabella.*
6. *Quando res ex una parte est tradita, vel pars illius, & ex altera pretium, vel pars pretij, aut arrha data fuit pro initio solutionis in foro conscientia, potest mutuo consensu dissolui contractus, sicut in foro externo.*
7. *Quare in foro externo non dissoluatur, sicut dissoluitur in foro interno.*
8. *Quid de iure communi, & Lusitano circa actiones civiles resultantibus ex mutuo consensu rescissionis ipsius contractus.*

CIRCA hunc titulum huius quæstionis, sic

Primò statuo. Si res adhuc sit integra, hoc est, si celebratus, ac clausus sit emptionis, & venditionis contractus, conuentumque sit de pretio, & re, res tamen ex parte vendentis non sit tradita, nec pretium ex parte emptoris, vel pars illius, sit data, contractus dissolui, ac rescindi potest in utroque foro, solo mutuo contrario consensu, quo velint partes contrahentes, rem non esse emptam, nec factum contractum; absque mutuo verò consensu neuter contrahentium recedere ab illo potest, altero inuito, nec per solum vnius dissensum contractus dissolui potest: idem dicendum est de contractu locationis, & permutationis, deque cæteris contractibus, utrinque onerosis, & mutuo obligantibus. ita docet Molin. tom. 2. de iust. disp. 373. initio. Antonius Gomez tom. 2. var. cap. 2. num. 21. & habetur l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. disced. & ibi glossa, Cynus, Albericus, & alij, & est communissima: patetque ex l. de contractu. C. de rescind. vendit. ibi, De contractu venditionis, & emptionis iure perfecto, altero inuito, nullo recedere tempore bona fides patitur, nec ex rescripto nostro, quo iure fiscum nostrum vi sæpè constitutum est. patet etiam ex l. re quidem, C. de rescind. vendit. ibi, Re quidem integra ab emptione, & venditione utriusque partis consensu recedi potest; etenim, quod consensu contractum est, contraria voluntatis adminiculo dissoluitur, etenim post traditionem interpositam nuda voluntas non se resoluit. Hæc ibi, & idem patet ex l. perfectam emptionem, eod. tit. ibi, Perfectam emptionem & venditionem re integra tantum pacto, & consensu posse dissolui constat. Ergo si quidem arrha nomine aliquid datum sit, potest hoc solum secundum fidem pacti recuperari; si verò partem pretij persoluerit, ad ea que venditorem ex venditione oportet præstare, magis actionem, quàm ad pretij quantitatem, quam se dedisse significas, habes. Ex ratio est, quia obligatio per quas causas oritur, per easdem tollitur. Oritur autem per consensum; ergo per consensum tollitur: si enim consensus sufficit ad faciendum contractum, cur non sufficiat dissensus ad illum dissoluendum?

Et licet arrha detur in signum securitatis, partem refert, ut patet ex prædicta lege, perfectam, allegatam, quia arrha neque in totum, neque in partem est executio contractus, sed tantum purum signum maioris firmitatis, unde reddita, vel amissa, uterque contrahens licet recedere potest à tali contractu,

externo actio restitutoria. Fundamentum est, quia in his, quibus constituta est taxa publica, pretium iustum comparatione ponderis, & mensuræ consistit in indivisibili; cum ergo de pondere, ac mensura, aliquid minuitur, tunc ea in re peccatum committitur contra iustitiam commutativam cum onere restituendi. nam quod emptor defectum ponderis, & mensuræ agnouerit, & nihilominus emerit, non aufert obligationem restituendi, quia tacitus consensus in defraudatione ponderis, aut mensuræ ex parte emptoris, non fuit planè voluntarius, sed mixtè inuoluntarius, qui consensus non sufficit ad condonandum, aut remittendum furtum.

29. Hic autem duo animaduertunt Doctores. *Primus* est, etiamsi venditor laudet rem suam supra meritum, iuretque se eam tanti emisse, cum non tanti emerit, non ceteri irritum contractum, nec ad restitutionem ideo teneri venditorem, modò pretium iustum fuerit, etiamsi fortè emptorem, qui alioquin rem non fuisset empturus, suis his laudibus ac iuramentis pellexerit ad emendum. Ratio est, quia hæc est ferè consuetudo omnium mercatorum, quæ ab hominibus scitur. *Secundum* sæpè accidere, ut venditor sciens, ac prudens decipiat emptorem absque peccato contra iustitiam, & absque vlla obligatione restituendi, ut cum emptor postulat, ut sibi vendatur vinum certi alicujus loci, & venditor fingit se habere illud, & vendit ei vinum alterius loci æquè bonum, atque illud, aut fortè melius: ita Lessius tom. 1. de iustit. lib. 2. cap. 21. dub. 11. num. 90. Ludouicus Lopez 2. part. instrum. cap. 42.

Mulci sunt modi, quibus contractus venditionis, & emptionis dissolui, ac rescindi possunt, postquam ritè rectèque, ac validè celebrati sunt. *Primus* est, consensus mutuo utriusque contrahentium, sicut enim per consensum contrahitur, ita per eundem mutuum partium consensum distrahitur venditio, & obligatio illius, quia res per quas causas oritur, per easdem tollitur. *Secundus* est, ratione vitij non manifestati reperti in merce, vel re empta, de quo iam hæc egimus. *Tertius* est, ratione læsionis ultra dimidiam partem pretij iusti, tam in venditionibus absolutis, & clausis (ut vocant) quàm in venditionibus à retro. *Quartus* est, ex parte pacti, & ratione pacti legis commissoriae. *Quintus* est ratione doli, fraudisque interpositæ, vel ab ipso venditore, vel à quodam tertio. De ipso venditionis contractu solum de rescissione contractus ratione vitij occulti, & manifesti reperti in re diximus etiam hæc; sequitur, ut de reliquis modis rescindendi contractus emptionis, & venditionis agamus, & sic finem, ac coronidem imponamus huic famolo, ac celebri contractui, claudendo illum cum celebri illa, ac perillustri quæstione. Cui res pereat, emptori ne, an venditori,

CAPVT XXXIX.

Vtrum solo consensu partium emptio, & venditio dissoluatur, & quid de gabella si dissoluatur.

1. *Re integra, hoc est, celebrato contractu, sed nondum inceptum implere per traditionem rei, & pretij, solo partium consensu iterum rescindi potest.*

2. *Quid si arrha iam sit data non tanquam initium solutionis, sed in signum securitatis.*
3. *An debeat gabella ex hac rescissione.*
4. *Quid circa gabellam quando ex parte contrahentium non dissoluitur contractus, sed vel augetur pretium, vel minuitur.*
5. *Quando res prius aestimatur, & postea gratis alicui donatur facta aestimatione, ut ille intelligat, quantum sibi gratis donaretur, non debetur gabella.*
6. *Quando res ex una parte est tradita, vel pars illius, & ex altera pretium, vel pars pretij, aut arrha data fuit pro initio solutionis in foro conscientia, potest mutuo consensu dissolui contractus, sicut in foro externo.*
7. *Quare in foro externo non dissoluatur, sicut dissoluitur in foro interno.*
8. *Quid de iure communi, & Lusitano circa actiones civiles resultantes ex mutuo consensu rescissionis ipsius contractus.*

CIRCA hunc titulum huius quæstionis, sic

Primò statuo. Si res adhuc sit integra, hoc est, si celebratus, ac clausus sit emptionis, & venditionis contractus, conuentumque sit de pretio, & re, res tamen ex parte vendentis non sit tradita, nec pretium ex parte emptoris, vel pars illius, sit data, contractus dissolui, ac rescindi potest in utroque foro, solo mutuo contrario consensu, quo velint partes contrahentes, rem non esse emptam, nec factum contractum; absque mutuo verò consensu neuter contrahentium recedere ab illo potest, altero inuito, nec per solum vnius dissensum contractus dissolui potest: idem dicendum est de contractu locationis, & permutationis, deque cæteris contractibus, utrinque onerosis, & mutuo obligantibus. ita docet Molin. tom. 2. de iust. disp. 373. initio. Antonius Gomez tom. 2. var. cap. 2. num. 21. & habetur l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. disced. & ibi glossa, Cynus, Albericus, & alij, & est communissima: patetque ex l. de contractu. C. de rescind. vendit. ibi, De contractu venditionis, & emptionis iure perfecto, altero inuito, nullo recedere tempore bona fides patitur, nec ex rescripto nostro, quo iure fiscum nostrum vi sæpè constitutum est. patet etiam ex l. re quidem, C. de rescind. vendit. ibi, Re quidem integra ab emptione, & venditione utriusque partis consensu recedi potest; etenim, quod consensu contractum est, contraria voluntatis adminiculo dissoluitur, etenim post traditionem interpositam nuda voluntas non se resoluit. Hæc ibi, & idem patet ex l. perfectam emptionem, eod. tit. ibi, Perfectam emptionem & venditionem re integra tantum pacto, & consensu posse dissolui constat. Ergo si quidem arrha nomine aliquid datum sit, potest hoc solum secundum fidem pacti recuperari; si verò partem pretij persoluerit, ad ea que venditorem ex venditione oportet præstare, magis actionem, quàm ad pretij quantitatem, quam se dedisse significas, habes. Ex ratio est, quia obligatio per quas causas oritur, per easdem tollitur. Oritur autem per consensum; ergo per consensum tollitur: si enim consensus sufficit ad faciendum contractum, cur non sufficiat dissensus ad illum dissoluendum?

Et licet arrha detur in signum securitatis, partem refert, ut patet ex prædicta lege, perfectam, allegatam, quia arrha neque in totum, neque in partem est executio contractus, sed tantum purum signum maioris firmitatis, unde reddita, vel amissa, uterque contrahens licet recedere potest à tali contractu,

490 De translat. dominij per empt. & vend.

§. quando emptio, in fine. & in nostro Regno, quando nihil dispositum est circa punctum aliquod iuris, sequitur dispositio iuris communis: de iure autem canonico, & Castellæ ex pacto nudo conceditur hæc ciuili actio, quamuis ille stipulatione non sit firmatus, vt latè docet Antonius Gomez tom. 1. var. cap. 2. num. 21. & Molina disp. 257.

CAPIT. XL.

De rescissione contractus emptionis, & venditionis infra, vel vltra dimidium iusti pretij, tam in foro interno, quam externo.

- 1 Pretium iustum rei vendita regulandum est pro tempore, quo celebratus fuit contractus.
- 2 Vt res iudicetur fuisse vendita infra dimidium iusti pretij, illud minus sumendum est per ordinem ad pretium infimum.
- 3 Similiter ex parte emptoris, vt dicatur fuisse emptio vltra dimidium iusti pretij, sumendum id etiam est respectu pretij infimi. *ibid.*
- 4 Reijciuntur opinio eorum, qui aliter voluerunt.
- 5 Contractus factus vltra, vel infra dimidium iusti pretij, potest rescindi etiam si bona fide vtriusque factus fuerit, nullo dolo, aut fraude interueniente.
Si tamen partes voluerint contractum ad aequalitatem reducere, id efficere poterit, optio tamen rescissionis, vel reductionis, dabitur reo. *ibid.*
- 6 Non sufficit si venditor dicat rem, quam ille vendidit pro decem, sibi fuisse 20. vt possit probare venditionem fuisse factam iusto pretio.
- 7 Peccat contra iustitiam ille, qui excedit limites iusti pretij in vendendo, & tenetur ad restitutionem.
Quid si bona fide ex vna parte, & mala ex alia circa excessum iusti pretij contractus celebratus fuit. *ibid.*
- 8 Quid faciendum in dubio, an excessum sit iustum pretium.
- 9 Leges non approbant peccata publica.
- 10 In foro externo non conceditur actio ei, qui non fuit deceptus vltra dimidium iusti pretij.
Si deceptus fuit vltra dimidium, conceditur ei actio ad vnum ex duobus, vel ad rescissionem contractus, vel ad reductionem ad aequalitatem, & num. 10.
- 11 An quando rescinditur contractus, reddenda sit res cum omnibus fructibus medio tempore perceptis, & n. 12. vsque ad 14.
An dicta hactenus procedant in venditionibus factis sub hastatione. *ibid.*
- 12 Quid quando rescinduntur contractus locationis, & permutationis.
- 13 An fabri petrary, & carpentary possint allegare in iudicio se in operibus, quas pro certo assumunt faciendas, deceptos fuisse vltra dimidium iusti pretij, & num. 17 & 18.

STATVO primo, pretium iustum rei vendite regulandum est pro tempore, quo celebratus fuit contractus, non pro tempore a parte ante, aut a parte post, vt probat text. in l. si voluntate, ad suam, C. de rescind. vend. *ibi*, nisi minus dimidia iusti pretij, quod fuerat tempore venditionis, datum esset electione iam emptori praestita

seruanda, & textus in cap. cum causa, de empt. & vendit. *ibi*, tunc valentem. & habetur in nouo iure Lusitano lib. 4. tit. 13. §. 3. & initio, *ibi*, per veram, & communem estimationem secundum tempus contractus. Docent communiter Doctores, Decius consil. 308. incipit, In casu. Redoanus in tract. de reb. Eccles. non alienand. rubr. 19. de causa vilitatis, num. 177. & 140. & 143. Molin. tom. 2. de iustit. disp. 349. §. pretium autem. glossa in l. 2. C. de rescind. vendit. & in cap. cum causa, citato, Panormitanus *ibidem*; qui tamen in cap. cum dilecti, eodem tit. in sententiam contrariam inclinavit. Gutierrez de pract. quest. lib. 2. quest. 133. Couarruias lib. 2. var. cap. 3. num. 8. Rebellus de obligat. iust. part. 2. quest. 3. sect. 2. num. 12. & ratio esse potest, quia aliàs talis illa venditio non esset vltra dimidium iusti pretij, sed vltra duplum.

Statuo secundò, vt res ex parte venditoris probetur fuisse vendita infra dimidium iusti pretij, illud infra sumendum est per ordinem ad iustum pretium infimum, similiter ex parte emptoris, vt res dicatur emptio vltra dimidium iusti pretij, & probetur emptor fuisse fraudatus vltra ipsum dimidium: regulandum id est per iustum pretium rigorosum; & ratio est, quia tam infimum, quam supremum pretium, iustum est; & nec venditor tenebatur vendere iusto pretio supremo, nec emptor emere iusto pretio infimo; sed intra totam latitudinem supremi, & infimi poterant liberè, & licitè, emere & vendere; itaque si res tempore venditionis, siue illa mobilis sit, siue immobilis, spectato pretio currenti infimo, valebat decem aureos, & vendita fuerit quatuor aureis, aut quatuor & dimidio, talis venditio diceretur fuisse facta infra dimidium iusti pretij, est enim infra quinque, quod erat dimidium decem. Item si rigoroso pretio valebat decem, & emptio fuit sex aureis, talis emptio diceretur facta vltra dimidium iusti ac rigorosi pretij, & tam ex parte emptoris, quam venditoris poterit rescindi, quia vltra dimidium iusti pretij, tam emptor, quam venditor fuit fraudatus: ita docet Molina tom. 2. de iust. disp. 349. §. quoad emptionem, & ita exemplificatur in nostris ordinationibus Lusitanis in nouis lib. 4. tit. 13. initio, patetque ex litem maioris pretij, C. de rescind. venditione, *ibi*, Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars pretij soluta sit, & ex iure Castella, l. 56. part. 5. *ibi*, y por menos del dicho precio podria ser hecha la vendita quando la cosa que vale diez maravedis, fue hecha por menos de cinco maravedis, & præter Molinam id etiam docet Rebellus de oblig. iust. part. 2. lib. 9. §. 3. sect. 2. num. 7. vbi resoluit satis esse, quod vnus nummus excedatur à dimidio, & inducit *ibi* pro se Tiraquellum, Baldum, Salicetum; sed id non credo, quia parum pro nihilo reputatur, nec de minimis curat Prætor. arbitrio ergo iudicis id committitur; quem oportet habere fauorabilem in hoc, & similibus negotiis arbitrariis.

Ex doctrina huius conclusionis, quæ vera est, attento iure communi canonico, & ciuili, Lusitaniz & Castellæ, vt probatum manet: reicienda venit opinio Panormitani in c. cum dilecti, de empt. & vend. num. 2. Bella peritæ, & Cyni in l. 2. q. 7. Roftedi in libello de actione quanto minoris, Speculatoris tit. de empt. versic. vbi autem, & aliorum, quos latè refert Couarruias lib. 2. var. cap. 3. num. 8. qui voluerunt tunc solum dari venditionem vltra dimidium iusti pretij, si res valens decem; vltra viginti venderetur, quæ illorum opinio omninò est falsa, quia tunc non esset venditio vltra dimidium iusti pretij, sed vltra duplum; si enim iustum pre-

490 De translat. dominij per empt. & vend.

§. quando emptio, in fine. & in nostro Regno, quando nihil dispositum est circa punctum aliquod iuris, sequitur dispositio iuris communis: de iure autem canonico, & Castellæ ex pacto nudo conceditur hæc ciuili actio, quamuis ille stipulatione non sit firmatus, vt latè docet Antonius Gomez tom. 1. var. cap. 2. num. 21. & Molina disp. 257.

CAPIT. XL.

De rescissione contractus emptionis, & venditionis infra, vel vltra dimidium iusti pretij, tam in foro interno, quam externo.

- 1 Pretium iustum rei vendita regulandum est pro tempore, quo celebratus fuit contractus.
- 2 Vt res iudicetur fuisse vendita infra dimidium iusti pretij, illud minus sumendum est per ordinem ad pretium infimum.
- 3 Similiter ex parte emptoris, vt dicatur fuisse emptio vltra dimidium iusti pretij, sumendum id etiam est respectu pretij infimi. ibid.
- 4 Reijciuntur opinio eorum, qui aliter voluerunt.
- 5 Contractus factus vltra, vel infra dimidium iusti pretij, potest rescindi etiam si bona fide vtriusque factus fuerit, nullo dolo, aut fraude interueniente.
- 6 Si tamen partes voluerint contractum ad aequalitatem reducere, id efficitur poterit, optio tamen rescissionis, vel reductionis, dabitur reo. ibid.
- 7 Non sufficit si venditor dicat rem, quam ille vendidit pro decem, sibi fuisse 20. vt possit probare venditionem fuisse factam iusto pretio.
- 8 Peccat contra iustitiam ille, qui excedit limites iusti pretij in vendendo, & tenetur ad restitutionem.
- 9 Quid si bona fide ex vna parte, & mala ex alia circa excessum iusti pretij contractus celebratus fuit. ibid.
- 10 Quid faciendum in dubio, an excessum sit iustum pretium.
- 11 Leges non approbant peccata publica.
- 12 In foro externo non conceditur actio ei, qui non fuit deceptus vltra dimidium iusti pretij.
- 13 Si deceptus fuit vltra dimidium, conceditur ei actio ad vnum ex duobus, vel ad rescissionem contractus, vel ad reductionem ad aequalitatem, & num. 10.
- 14 An quando rescinditur contractus, reddenda sit res cum omnibus fructibus medio tempore perceptis, & n. 12. vsque ad 14.
- 15 An dicta hæc tunc procedant in venditionibus factis sub hastatione. ibid.
- 16 Quid quando rescinduntur contractus locationis, & permutationis.
- 17 An fabri petrary, & carpentary possint allegare in iudicio se in operibus, quas pro certo assumunt faciendas, deceptos fuisse vltra dimidium iusti pretij, & num. 17 & 18.

STATVO primo, pretium iustum rei vendita regulandum est pro tempore, quo celebratus fuit contractus, non pro tempore a parte ante, aut a parte post, vt probat text. in l. si voluntate, ad suam, C. de rescind. vend. ibi, nisi minus dimidia iusti pretij, quod fuerat tempore venditionis, datum esset electione iam emptori præstita

seruanda, & textus in cap. cum causa, de empt. & vendit. ibi, tunc valentem. & habetur in nouo iure Lusitano lib. 4. tit. 13. §. 3. & initio, ibi, per veram, & communem estimationem secundum tempus contractus. Docent communiter Doctores, Decius consil. 308. incipit, In casu. Redoanus in tract. de reb. Eccles. non alienand. rubr. 19. de causa vilitatis, num. 177. & 140. & 143. Molin. tom. 2. de iustit. disp. 349. §. pretium autem. glossa in l. 2. C. de rescind. vendit. & in cap. cum causa, citato, Panormitanus ibidem; qui tamen in cap. cum dilecti, eodem tit. in sententiam contrariam inclinavit. Gutierrez de pract. quest. lib. 2. quest. 133. Couarruias lib. 2. var. cap. 3. num. 8. Rebellus de obligat. iust. part. 2. quest. 3. sect. 2. num. 12. & ratio esse potest, quia aliàs talis illa venditio non esset vltra dimidium iusti pretij, sed vltra duplum.

Statuo secundò, vt res ex parte venditoris probetur fuisse vendita infra dimidium iusti pretij, illud infra sumendum est per ordinem ad iustum pretium infimum, similiter ex parte emptoris, vt res dicatur emptio vltra dimidium iusti pretij, & probetur emptor fuisse fraudatus vltra ipsum dimidium: regulandum id est per iustum pretium rigorosum; & ratio est, quia tam infimum, quam supremum pretium, iustum est; & nec venditor tenebatur vendere iusto pretio supremo, nec emptor emere iusto pretio infimo; sed intra totam latitudinem supremi, & infimi poterant liberè, & licitè, emere & vendere; itaque si res tempore venditionis, siue illa mobilis sit, siue immobilis, spectato pretio currenti infimo, valebat decem aureos, & vendita fuerit quatuor aureis, aut quatuor & dimidio, talis venditio diceretur fuisse facta infra dimidium iusti pretij, est enim infra quinque, quod erat dimidium decem. Item si rigoroso pretio valebat decem, & emptio fuit sex aureis, talis emptio diceretur facta vltra dimidium iusti ac rigorosi pretij, & tam ex parte emptoris, quam venditoris poterit rescindi, quia vltra dimidium iusti pretij, tam emptor, quam venditor fuit fraudatus: ita docet Molina tom. 2. de iust. disp. 349. §. quoad emptionem, & ita exemplificatur in nostris ordinationibus Lusitanis in nouis lib. 4. tit. 13. initio, patetque ex litem maioris pretij, C. de rescind. venditione, ibi, Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars pretij soluta sit, & ex iure Castella, l. 56. part. 5. ibi, y por menos del dicho precio podria ser hecha la vendita quando la cosa que vale diez maravedis, fue hecha por menos de cinco maravedis, & præter Molinam id etiam docet Rebellus de oblig. iust. part. 2. lib. 9. §. 3. sect. 2. num. 7. vbi resoluit satis esse, quod vnus nummus excedatur à dimidio, & inducit ibi pro se Tiraquellum, Baldum, Salicetum; sed id non credo, quia parum pro nihilo reputatur, nec de minimis curat Prætor. arbitrio ergo iudicis id committitur; quem oportet habere fauorabilem in hoc, & similibus negotiis arbitrariis.

Ex doctrina huius conclusionis, quæ vera est, attento iure communi canonico, & ciuili, Lusitaniz & Castellæ, vt probatum manet: reicienda venit opinio Panormitani in c. cum dilecti, de empt. & vend. num. 2. Bella perricæ, & Cyni in l. 2. q. 7. Rostedi in libello de actione quanto minoris, Speculatoris tit. de empt. versic. vbi autem, & aliorum, quos latè refert Couarruias lib. 2. var. cap. 3. num. 8. qui voluerunt tunc solum dari venditionem vltra dimidium iusti pretij, si res valens decem; vltra viginti venderetur, quæ illorum opinio omnino est falsa, quia tunc non esset venditio vltra dimidium iusti pretij, sed vltra duplum; si enim iustum pre-

rium rigorosum erat decem, dimidium erit quinque, ultra dimidium erit sex, & ultra duplum erit viginti, 21. aut 22. unde patet illorum opinionem esse omnino falsam: lex enim 2. C. de rescind. vendit. & nostra ordinatio, lex Castellæ, & cap. cum causa, de empt. & vendit. quorum beneficio contractus emptionis, & venditionis rescindi potest, non dicunt rescindendum esse talem contractum factum ultra duplum pretij, sed ultra dimidium pretium, ut probatum manet.

4. Notat autem hic duo egregie Molina allegatus dicto §. quo ad emptionem, & communiter id notant Doctores Lusitani. vide Gamam decis. 204. 212. 256. 259. Cardoso in praxi iudicij, verb. Emptio. num. 53. Rebellum de obligat. iust. 2. part. lib. 9. q. 3. sect. 2. Vallascum consult. 18. in initio, & consult. 43. 44. & 47. à num. 4. Cabedo 1. part. decis. 34. num. 1. Primum est, contractum factum ultra, vel infra dimidium iusti pretij, rescindi posse per leges, & iura citata, etiam si nullus dolus in eo interuenerit, sed bona fide fuerit utrinque, aut ex altera tantum parte celebratus, quia noluit ius, ut cum tanta læsione contrahentium prefati contractus firmitatem habeant perpetuam. Secundum est, si venditor fuit læsus ultra dimidium iusti pretij, & voluerit uti beneficio iuris ad rescindendum contractum, in arbitrio esse emptoris illum rescindere dando rem, & accipiendo pretium, vel ad iustum pretium reducere, prout ipse maluerit. Similiter si emptor illum rescindere noluerit, ex eo quod rem emerit ultra dimidium pretium, idem arbitrium esse venditionis; semper enim optio rescisionis, vel reductionis ad æqualitatem danda est reo, & ita etiam disponitur in nostris Ordinatis. nouis lib. 4. tit. 13. num. 1. & in iure Castellæ pariter §. 1. §. 6. & in l. 2. C. de rescind. vendit. ibi, Humanum est, ut vel pretium se restituente emptoribus, fundum venditum recipiat, auctoritate iudicis intercedente, vel si emptor elegerit, quod deest iusto pretio recipiat. & glossa ibi, verb. rem, ita tamen ut emptor eligat, vel se soluere iustum pretium, & habere rem; vel rem restituere refuso sibi pretio, quod dedit.

5. Ex dictis colliges, non sufficere ad rescindendam venditionem iam factam ex beneficio legis 2. C. de rescind. vendit. allegate venditorem rem, quam ipse vendit pro decem, sibi stetisse 20. aut ipsum emptorem eam vendidisse 20. & quia pretium, ut diximus in concl. 1. regulandum est pro tempore, quo contractus fuit celebratus, non pro tempore à parte ante, nec à parte post. Et quia quando illa sibi stetit 20. potuit sua simplicitate decipi, ut nostræ Ordinationes adnotantur num. 2. æstimabitur ergo res pro tempore, quo vendita fuit, ut dictum manet.

6. Statuo tertio, pro foro conscientie: ille, qui sciens, & animaduertens excedit limites iusti pretij in vendendo, permutando, locando, vel quemcumque alium onerosum contractum celebrando, etiam si ille excessus non sit ultra dimidium iusti pretij, peccat lethaliter contra iustitiam, & tenetur in conscientia contractum ad æqualitatem reducere. Si verò bona fide contractus celebratus fuit, excusabuntur contrahentes à peccato: si autem mala ex vna parte, & bona ex alia, tenetur ille, qui mala fide usus fuit, statim contractum ad æqualitatem reducere, & restituere excessum, vel defectum illius: ita D. Thomas 2. 2. quest. 77. art. 1. Caietanus ibi. Medina C. de rest. quest. 32. Sotus lib. 6. de iustitia, quest. 3. art. 1. Nauarrus cap. nocuit, de iud. notabili 6. à num. 47. & in summa Lat. cap. 27. à num. 77. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 350. §. communis tamen. Couarruias lib. 2. variarum, cap. 4.

num. 11. Contad. de contract. quest. 57. conclus. 1. Ananias in cap. ciuitate, col. 4. de usuris. post multos, quos congerit Couarruias citatus. Probatur primo, quia contractus sunt introducti pro communi utilitate; quod autem pro communi utilitate introductum est, non debet cedere in iustum graueni vnus potius, quam alterius contrahentis iure naturali damnanti & resistenti, Quod tibi non vis, alteri non facias. Esset autem iniustum graueni vnus potius, quam alterius, si æqualitas non seruetur in contractibus inter rem venditam, & pretium illius; ergo excessus ab hac æqualitate, & læsio illius peccatum est, contra iustitiam maius, vel minus, quod maior, vel minor fuerit excessus, unde fit, ut quod ita defraudatum est, restitutioni sit obnoxium. Secundo, quia quamuis ille, qui bona fide putabat illud esse iustum pretium rei, non peccauerit dum contraxit, bona fide illum excusante: re tamen & veritate comperita, sublata ea bona fide, iam manet possessor male fidei, & tenetur ad restituendam rem, vel ad reducendum contractum ad æqualitatem, & ad restituendum id, in quo factus est ditior, si iam fructus consumpsit; si verò extat, tenetur eos integros restituere, vel partem illorum, que extat.

In dubio autem, an quis limites iusti pretij ex- 7. cesserit, tenetur rem examinare, & iudicio aliquo practico dubium excutere, si æquale pro vtraque parte fuerit: si autem adhuc manet dubius, vel maius fuerit dubium, quod iustum pretium fuerit excessum, nihil potest recipere in conscientia, & totum tenetur restituere.

8. Doctrina tradita in hac tertia conclusione est vera & tenenda: sunt tamen multi iuris ciuili, & canonici petiti, quos citat Couarruias lib. 2. variar. cap. 4. num. 11. inter quos est Baldus in Authentice. Adhac. C. de usuris, oppositione 2. Barbatius in cap. 1. de empt. & vendit. col. 3. qui dicunt in hac deceptione nullum interuenisse peccatum, neque contra charitatem, neque contra iustitiam, nec eos, qui excedunt limites iusti pretij, teneri ad aliquam restitutionem, nisi quando excessus fuerit ultra dimidium iusti pretij; tunc enim solum fatentur teneri. Fundamentum horum Doctorum est, quia ius canonicum, ut constat ex cap. cum dilecti, & ex cap. cum causa, de empt. & vendit. & ius civile, ut etiam patet ex l. 2. C. de rescind. vendit. solum dicunt rescindendam esse venditionem propter iniustitiam, quando excessus iusti pretij fuerit supra, aut infra dimidium ipsius iusti pretij, & si excessus non fuerit supra, aut infra hoc dimidium, absoluitur fraudans, & excedens in iudicio, si ab aliquo conueniatur: cum igitur hæc leges sint iustæ, consequens est, ut nullum hic detur peccatum, nec vlla obligatio restituendi in conscientia insurgat, alioqui sacri canones, & leges ciuiles fouerent peccata, quod non est dicendum. Verum hæc opinio est omnino improbabilis, quia sacri canones, & leges ciuiles hoc permittunt ad vitandas, & præsciendas lites, ut iam supra sæpe diximus, & impunitum relinquunt, non tamen consulant, nec dicunt hoc licitum esse: & ideo quamuis in forensi iudicio solum contractus excedentes dimidium iusti pretij rescindantur, non inde sequitur omnes alios esse iustos, & nullam obligationem ex illis iustitiae, ac restitutionis in foro conscientie oriri; multa enim permittunt leges ad vitanda maiora incommoda, quæ non approbant tantquam licita; sicut enim permittunt leges meretrices in Republica, non tamen meretricatum approbant, nec

17. In Castella autem, teste Molina § *predicta*, excipiuntur locationes & conductiones reddituum Regis, in his enim contractibus sancitum est, ut neque ex parte ministrorum Regis locantium, neque ex parte conducentium locum habeat remedium legis 2. C. de rei vendicat. habetur l. 14. § 1. lib. 9. *nova collectio*, excipiuntur etiam in Regno Castellæ opifices aliqui, qui locant operas suas ad aliquid edificandum, vel faciendum certo aliquo pretio conuento, quia hi præsumuntur, cum artifices earum rerum sint, habere scientiam necessitatis, ut non patiantur fraudem, & ideo in iudicio externo non adduntur si dicant se fuisse deceptos infra dimidium iusti pretij, in quo concordat ius Castellæ cum iure Lusitanicæ, ut supra videtur.

18. Actio rescisionis de iure Lusitano intentari potest solum intra 15. annos à die contractus celebrati, tamis, cum quibus celebratus fuit contractus, quam heredibus eorum: finitè vero 15. annis, expirat talis actio: ita decernitur in nouis Ordinibus Lusitanicis lib. 4. tit. 1. §. num. 5. de iure communi intra 30. ita Antonius Gomez tom. 2. *variaram*. cap. 2. num. 21. & Molina allegatus §. *actio*. In Castella intra quadriennium, l. 1. tit. 1. lib. 5. *noua recopilat.* In Gallia durat decennio, referente Couarruuia lib. 5. *variaram*. cap. 3. num. 3. ex Catolo Molinæ, quem allegat.

CAPVT XLII.

Soluuntur nonnulla dubia ad præcedentem doctrinam capitis præcedentis spectantia.

1. An partes contrahentes possint in contractibus emptionis & venditionis renunciare iuri, quod habent ad rescindendum contractum, etiamsi fuerit factum ultra, aut infra dimidium iusti pretij, maxime si expressè dicant se libentissime donare excessum.
2. Quid de foro conscientie.
3. Quid pro foro externo dicendum est, quando ille, qui rem infra dimidium iusti pretij emit, eam vendidit, permittit, vel quocumque alio titulo alienauit.
4. An in defectum emptori, qui soluere non possit, datur actio aduersus tertium possessorem.
5. Quid si res ipsa iam sit extincta, aut non existens in manu tertij possessoris, quando eam alienauit, sciens fuisse emptam infra dimidium iusti pretij.
6. Quid sentiat Couarruuia tunc.
7. An debeatur gabella, quando contractus venditionis rescinditur, ex eo, quod fuerit celebratus ultra, seu infra dimidium iusti pretij.
8. Quis illam soluere teneatur.
9. Quid quando intercessit mala fides ex vna parte.
10. Quid si non venditor, sed emptor lesus fuit, quia emit supra dimidium iusti pretij, & n. 11.
11. An quando res emptæ infra, aut supra dimidium iusti pretij rigorosi parit, vel deterior sit, possit dari actio rescisionis contractus, seu reductionis ad æqualitatem. & num. 13. & 14.

I. N capite præcedenti non potuimus explicare, nec proponere omnia dubia, quæ circa rescisionem contractus venditionis

factæ ultra, seu infra dimidium iusti pretij contingere solent, & ideo illas reseruauimus adhuc locum, & caput, in quo cum maiori claritate, & distinctione tractabuntur, si non omnia (id enim penè impossibile erit) saltem ea, quæ communiter hic occurrere solent, & à Doctoribus tractari, exerceuit enim hic contractus iam tantum, & tam prolixior est, ut penè fastigium sua prolixitate pariat, & vitia contrahentium sunt etiam tot ac tanta, ut id mirum sit, & ideo quamuis latè, & diffusè explicentur, & multa percurrantur, adhuc plura manent explicanda, & ideo solum illorum explanationem dabimus, quæ sunt communiora, & frequentiora.

Primum igitur est, an partes contrahentes possint renunciare beneficio legis 2. C. de rescind. vendit. & iuri, quod habent ad rescindendam venditionem propter excessum, aut defectum ultra, aut infra dimidium iusti pretij, maxime si dicant expressis verbis in contractu se donare libentissime excessum, aut defectum iusti pretij, si fortè interuenerit, in contractu. Responded negatiuè de iure Lusitano, etiamsi partes contrahentes expressè in contractu dicant, se id donare libentissime, ita habetur lib. 4. tit. 13. *noua Ord. num. 9. ibi*, & *quamuis partes renuntrent beneficio huius legis, vel in contractibus dicant, se libenter, excessum ultra, vel defectum infra dimidium iusti pretij (si fortè interuenerit) donare, etiamsi probari possit in iudicio illas verum pretium scuisse, adhuc poterunt, ut beneficio huius legis, ita docet etiam Molina tom. 2. de iustitia, disp. 349. §. in Lusitania. De iure communi idem etiam dicendum esse docet Antonius Gomez tom. 2. *variaram*. cap. 2. num. 26. Aires Pinhel ad legem 2. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 2. §. num. 10. Negant tamen Couarruuia *variaram*. cap. 4. §. num. 1. ubi censet de iure communi renuntiationem factam in comparatione non impedire actionem, & remedium legis 2. C. de rescind. vendit. impedire tamen facta in particulari mentione huius legis secundæ, cum donatione excessus, aut defectus. Limitat tamen Couarruuia hanc suam opinionem, modò excessus, aut defectus ultra, aut infra dimidium iusti pretij non sit valde enormis, aut grauis, quia tunc præsumitur, saltem inuoluntarie mixto id fieri, & dicit ita sepe fuisse iudicatum. Sed de iure Regni Castellæ res non est adeo cæta. Nam lege 56. tit. 5. part. 5. disponitur si cum renuntiatione beneficij dictæ legis secundæ interuenerit iuramentum factum ab emptore, vel venditore, qui quatuordecim annos excedat, & non utens beneficio prædictæ legis firmum ac validum esse tale iuramentum, quibus verbis satis ostenditur, minorem firmitatem, quam iuramenti, ad hanc renuntiationem non sufficere. Et ratio esse potest, quia dispositio huius legis non est facta in commodum huius, aut illius hominis particularis, ut possit illi renuntiare; sed est facta in commodum, & utilitatem communem immediatè, quare particularis homo iuri illi præiudicare non potest, quod principes primò & per se, propter utilitatem communem condiderunt, neque enim dispositio priuatorum hominum, aut uoluntas illorum potestati Principum potest afficere, quod si hæc est uera, ac germana ratio huius rei (ut credo) parum refert, quod hæc renuntiatio sit confirmata iuramento, cum iuramentum factum in præiudicium tertij, & potestatis Principum non valeat, nec firmitatem habeat.*

In foro tamen conscientie, si constet de uero animo donandi talem excessum, vel defectum iusti pretij nullibi, neque in Castella, neque in Lusitania

17. In Castella autem, teste Molina § *predicta*, excipiuntur locationes & conductiones reddituum Regis, in his enim contractibus sancitum est, ut neque ex parte ministrorum Regis locantium, neque ex parte conducentium locum habeat remedium legis 2. C. de rei vendicat. habetur l. 14. § 1. lib. 9. noue collectionis, excipiuntur etiam in Regno Castellæ opifices aliqui, qui locant operas suas ad aliquid edificandum, vel faciendum certo aliquo pretio conuento, quia hi præsumuntur, cum artifices earum rerum sint, habere scientiam necessitatis, ut non patiantur fraudem, & ideo in iudicio externo non adduntur si dicant se fuisse deceptos infra dimidium iusti pretij, in quo concordat ius Castellæ cum iure Lusitanicæ, ut supra videtur.

18. Actio rescisionis de iure Lusitano intentari potest solum intra 15. annos à die contractus celebrati, tamis, cum quibus celebratus fuit contractus, quam heredibus eorum: finitis vero 15. annis, expirat talis actio: ita decernitur in nouis Ordinibus Lusitanicis lib. 4. tit. 1. §. num. 5. de iure communi intra 30. ita Antonius Gomez tom. 2. variar. cap. 2. num. 21. & Molina allegatus §. alio. In Castella intra quadriennium, l. 1. tit. 1. lib. 5. noue recopilat. In Gallia durat decennio, referente Couarruua lib. 5. variar. cap. 3. num. 3. ex Catolo Molino, quem allegat.

CAPITULUM XLII.

Soluuntur nonnulla dubia ad præcedentem doctrinam capituli præcedentis spectantia.

1. An partes contrahentes possint in contractibus emptionis & venditionis renunciare iuri, quod habent ad rescindendum contractum, etiamsi fuerit factum ultra, aut infra dimidium iusti pretij, maxime si expressè dicant se libentissime donare excessum.
2. Quid de foro conscientie.
3. Quid pro foro externo dicendum est, quando ille, qui rem infra dimidium iusti pretij emit, eam vendidit, permittit, vel quocumque alio titulo alienauit.
4. An in defectum emptori, qui soluere non possit, datur actio aduersus tertium possessorem.
5. Quid si res ipsa iam sit extincta, aut non existens in manu tertij possessoris, quando eam alienauit, sciens fuisse emptam infra dimidium iusti pretij.
6. Quid sentiat Couarruua tunc.
7. An debeatur gabella, quando contractus venditionis rescinditur, ex eo, quod fuerit celebratus ultra, seu infra dimidium iusti pretij.
8. Quis illam soluere teneatur.
9. Quid quando intercessit mala fides ex vna parte.
10. Quid si non venditor, sed emptor lesus fuit, quia emit supra dimidium iusti pretij, & n. 11.
11. An quando res empti infra, aut supra dimidium iusti pretij rigorosi parit, vel deterior sit, possit dari actio rescisionis contractus, seu reductionis ad æqualitatem. & num. 13. & 14.

I. N capite præcedenti non potuimus explicare, nec proponere omnia dubia, quæ circa rescisionem contractus venditionis

factæ ultra, seu infra dimidium iusti pretij contingere solent, & ideo illas reseruauimus adhuc locum, & caput, in quo cum maiori claritate, & distinctione tractabuntur, si non omnia (id enim penè impossibile erit) saltem ea, quæ communiter hic occurrere solent, & à Doctoribus tractari, exerceuit enim hic contractus iam tantum, & tam prolixior est, ut penè fastigium sua prolixitate pariat, & vitia contrahentium sunt etiam tot ac tanta, ut id mirum sit, & ideo quamuis latè, & diffusè explicentur, & multa percurrantur, adhuc plura manent explicanda, & ideo solum illorum explanationem dabimus, quæ sunt communiora, & frequentiora.

Primum igitur est, an partes contrahentes possint renunciare beneficio legis 2. C. de rescind. vendit. & iuri quod habent ad rescindendam venditionem propter excessum, aut defectum ultra, aut infra dimidium iusti pretij, maxime si dicant expressis verbis in contractu se donare libentissime excessum, aut defectum iusti pretij, si fortè interuenerit, in contractu. Responded negatiuè de iure Lusitano, etiamsi partes contrahentes expressè in contractu dicant, se id donare libentissime, ita habetur lib. 4. tit. 13. noue Ord. num. 9. ibi, & quamuis partes renunciarent beneficio huius legis, vel in contractibus dicant, se libenter, excessum ultra, vel defectum infra dimidium iusti pretij (si fortè interuenerit) donare, etiamsi probari possit in iudicio illas verum pretium scuisse, adhuc poterunt, ut beneficio huius legis, ita docet etiam Molina tom. 2. de iustitia, disp. 349. §. in Lusitania. De iure communi idem etiam dicendum esse docet Antonius Gomez tom. 2. variarum. cap. 20. num. 26. Aires Pinhel ad legem 2. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 2. §. num. 10. Negant tamen Couarruua variarum. cap. 4. à num. 1. ubi censet de iure communi renuntiationem factam in comparatione non impedire actionem, & remedium legis 2. C. de rescind. vendit. impedire tamen facta in particulari mentione huius legis secundæ, cum donatione excessus, aut defectus. Limitat tamen Couarruua hanc suam opinionem, modò excessus, aut defectus ultra, aut infra dimidium iusti pretij non sit valde enormis, aut grauis, quia tunc præsumitur, saltem inuoluntarie mixto id fieri, & dicit ita sepe fuisse iudicatum. Sed de iure Regni Castellæ res non est adeo cæta. Nam lege 56. tit. 5. part. 5. disponitur si cum renuntiatione beneficij dictæ legis secundæ interuenerit iuramentum factum ab emptore, vel venditore, qui quatuordecim annos excedat, & non utens beneficio prædictæ legis firmum ac validum esse tale iuramentum, quibus verbis satis ostenditur, minorem firmitatem, quam iuramenti, ad hanc renuntiationem non sufficere. Et ratio esse potest, quia dispositio huius legis non est facta in commodum huius, aut illius hominis particularis, ut possit illi renunciare; sed est facta in commodum, & utilitatem communem immediatè, quare particularis homo iuri illi præiudicare non potest, quod principes primò & per se, propter utilitatem communem condiderunt, neque enim dispositio privatorum hominum, aut uoluntas illorum potestati Principum potest afficere, quod si hæc est uera, ac germana ratio huius rei (ut credo) parum refert, quod hæc renuntiatio sit confirmata iuramento, cum iuramentum factum in præiudicium tertij, & potestatis Principum non valeat, nec firmitatem habeat.

In foro tamen conscientie, si constet de uero animo donandi talem excessum, vel defectum iusti pretij nullibi, neque in Castella, neque in Lusitania

actione reducendi contractum ad iustum pretium saltem infimum; tunc plane cum pretium venditionis accretceret, accrescere etiam debet gabella soluenda pro rata pretij accrescentis; quia vero id non est nova venditio, sed reductio prioris venditionis ad aequalitatem iusti pretij, incrementum gabellae accrescentis debetur, ac soluenda est gabellario, qui erat tempore prioris venditionis, non vero illi, qui fuerit tempore, quo contractus ad aequalitatem reductus; in Lusitania vero dimidium gabellae soluit emptor, & aliud dimidium venditor, nisi aliter contrahentes conuenierint. ita docet Molina tom. 2. de iustitia, disp. 349. §. quando vero.

9. Si autem emptor eligat restituere rem, & accipere pretium, quod pro illa dedit; tunc plane distinguendum est. Nam vel quando emit, sciebat rem plus valere, & mala fide infra infimum emit, vel id ignorabat, & bona fide emit, si id ignorabat, & bona fide emit, putans se iusto pretio emere, cum nullam culpam commiserit in celebratione talis contractus; in Lusitania dimidium gabellae soluit venditor, ut iam saepe diximus; dimidium, inquam, ratione prioris contractus, qui rescinditur, non ratione conuentionis, aut sententiae, propter quam rescinditur, quia potius est extincto prioris contractus, quam contractus nouus; & ideo cum non sit nouus, sed extinctio prioris, de illa extinctio nulla gabella debetur. Si sciebat rem plus valere, & infra infimum mala fide propter eam scientiam emit, tunc quidem ultra pretium, quod emptor tenetur augere; in poenam fraudis in foro soluit uel totam gabellam venditori, quam venditor ipse soluerat, argumento leg. debet, in fine, ff. de adu. lio. editi. quae disponit, quod quando contractus rescinditur, & venditor sciens rem uiciosam esse, tenetur ultra pretium restituere emptori eam gabellam, quam emptor soluerat, & eadem ratio est in re proposita, ac praesenti ita Molina allegatur §. si venditur. Verum cum leges ita disponant in poenam culpae, & poenales sunt, non obligant in conscientia, nisi post iudicis sententiam.

10. Si vero non venditor, de quo hactenus egimus, sed emptor laesus fuit, quia supra dimidium iusti pretij emit;

Respondeo primo sic: Si emptor fuit laesus, & venditor eligat reducere contractum ad aequalitatem, restituendo excessum pretij, tenetur gabellarius restituere partem gabellae respondentem excessui pretij, idque non solum quando venditor contractum ad aequalitatem uult reducere, sed etiam quando illum rescindit reddendo pretium, & accipiendo rem, ut bene animaduertit Molina tom. 2. de iust. disp. 349. §. si autem emptor, ubi ait ita se uidisse seruari in hoc regno Lusitaniae; & ratio est; quia id quod venditor accepit ab emptore ultra iustum pretium rigorosum, fuit iniustum, & iniuste acceptum; non potuit ergo fiscus lex hac iniustitia acquirere iustum titulum ad partem illam gabellae respondentem huic iniusto excessui; ex iniusto enim & iniusto non potest iustus titulus resultare: quam ob rem non est audiendus Lasarte de decima vendit. cap. 14. num. 17. affirmans fiscum tunc obtinere, & non teneri ad restitutionem gabellae respondentis pretio iniusto. Fundamentum Lasartii fuit deductum ex l. 1. tit. 16. lib. 9. nona recopilacionis, quae id, quod ipse dixerat, statuit, eo quod illa prima venditio perfecta fuit, & per illam ius ad totum comparauit fiscus: ista tamen lex durissima est, ut ipsemet Lasarte fatetur; comparauit enim fiscus ius ad totum quod erat iustum, non

Fagundes de iustitia, &c.

tamen ad totum, quod erat iniustum, & sic intelligenda ea lex est de pretio iusto, non de quo per sententiam iudicis declaratur iniustum. Deinde illud principium, quo ipsa lex, & Lasarte fundatur, totam, scilicet, illam venditionem fuisse validam, est falsum; fuit enim valida pro maiori parte, qua erat iusta, non pro parte, qua fuit iniusta, quoad excessum iusti pretij; & ideo iubetur contractus ad iustum reduci, & ad aequalitatem, non enim uile uitiatur per inutile, ut est notissima iuris regula.

Respondeo secundo, si venditor fuit laesus, & emptor eligat restituere pretium, & accipere rem rescindendo contractum, & sciens rem minus ualere, & nihilominus vendidit supra dimidium iusti pretij rigorosi, ipse solus in poenam fraudis, tenetur soluere totam gabellam post iudicis sententiam, iuxta ea, quae supra diximus; nam in foro animae ante iudicis sententiam in hoc regno Lusitaniae dimidium gabellae soluit emptor, dimidium venditor, in Castella uero totam gabellam soluit venditor.

11. Sextum dubium est, an quando res, quae empti fuit pretio iniusto, siue ultra dimidium rigorosi, siue infra dimidium infimi, & perit, uel deterior facta est, detur actio ad rescissionem contractus emptori aduersus venditorem, si infra dimidium vendidit? Respondeo, rem uel posse perire, & deterior fieri culpa lata emptoris, uel absque culpa lata illius; si absque culpa lata illius perit, uel deterior facta est, non datur talis actio ad rescindendum contractum. Ratio est, quia si res perit, iam non potest rescindi contractus, reddendo rem, & accipiendo pretium; ita glossa legi. 2. C. de rescindenda uendit. Controuersias lib. 2. variar. cap. 4. num. 14. Antonius Gomez tom. 2. variarum. cap. 2. num. 22. Molina disp. 349. §. quando casu. Gutierrez de pract. quest. lib. 2. quest. 177. Pinellus, & alij, quos citat Molina, & ita disponitur in l. 16. tit. 5. part. 5. quatuor Pandemitanus in cap. cum dilecti, de emptione, & uendit. dicit etiam in hoc casu dari actionem aduersus ledentem; si uero dolo, & culpa sua lata res perit, uel deterior facta est, datur actio aduersus illum de dolo, & culpa lata ad rescindendum contractum.

12. Sed Couarruias loco allegato, etiam ait, si venditor, qui infra infimum iusti pretij rem emerat, illam alteri vendidit iusto pretio, in hoc casu dari hanc actionem aduersus illum, ut restituat, & reficiat reductae ad aequalitatem contractum, reducendo illum ad iustitiam, infimi saltem pretij, etiam si res iam apud illum non sit, & sic non posse eligere rescissionem contractus, sed tantum reductioem ad aequalitatem; & ideo in foro iudicali ad hanc reductioem obligatur, quae opinio Couarruias hodie sequitur in praxi, ut docet Molina citatus §. quando casu fortuito.

13. Similiter docet idem Couarruias, ibi dari hanc actionem aduersus eum, qui ultra dimidium iusti pretij rem vendidit, nihil impediendo, quod res uendita sine culpa emptoris perierit, quia adhuc manet apud eum excessus pretij iniusti, quod pro illa accepit; quidquid tamen sit de forensi foro, in foro animae restituere tenetur tam ille, qui defraudauit alium emendo rem infra pretium infimum, quam ille, qui uendiderit ultra rigorosum, quamuis res apud se perierit sine culpa illius, ut saepe diximus, & docet Molina citatus.

Capitulum

CAPVT XLII.

De rescissione contractus emptionis, & venditionis, ratione doli, & an valida sit emptio, in qua dolus, fraus, & deceptio interuenerit.

1 Quando dolus, & fraus det, vel non det causam contractui.

2 Si error, dolus, vel fraus in altero, vel in utroque contrahente est, circa substantiam contractus, contractus est nullus iure naturali.

3 Si dolus sit solum circa accidentia, & qualitate rei vendite, contractus est validus in utroque foro, quamuis alter contrahentium in dolo communi cauerit.

4 Quid si dolus sit ultra dimidium iusti pretij, aut infra illud.

5 An detur optio reo decipienti, ut contractum rescindat, vel ad equalitatem reducat, si in foro exteriori ad id cogatur.

6 An dolus puniendus sit ad solutionem galee.

7 Quid si error, aut dolus det causam contractui venditionis, ut, ut dolum patiens non contraheret, si nullum sciret.

8 Quod discernendum sit inter illum contractum, cui error causam dedit, & illum, cui non dedit.

9 Contractus, cui error causam dedit, est iure naturali irritus, ut dictum est.

10 Quid alij causeant circa huiusmodi contractum, cui error, & dolum causam dedit.

11 Quando dolus dedit causam contractui, non tenetur dolum patiens stare contractui, etiam si id iurauerit.

12 Quid si quis confiteatur in hac re.

13 In venditionibus, & testamentis, non sufficit, ut contractus, & testamentum sit inualidum, quod si scirent testantes, & contrahentes, hoc aut illud, non contraherent, non testarentur, sed opus est, ut tempore quo contrahunt, aut testantur, aliquid in mente illorum existat, propter quod id non facerent, quod ex verbis testamenti, vel contractus saltem tacite colligatur.

14 Quando dolus det causam contractui, tenetur ille contrahens, qui in dolo communicauit, in foro conscientie ad omnia damna, inde alteri bona fide contrahenti resultiantia.

15 Quid dicendum in matrimonio, si nulli obicitur.

16 Quando error, & dolus est inductus a quodam tertio, in scio contrahente, in cuius fauorem dolum tenens induxit, tunc contractus est validus, licet det causam contractui.

17 Idem si quis deceptus fuit sua propria opinione, ibid.

18 Refertur contraria opinio, & reijciuntur illi.

19 Respondetur illius fundamentis, & num. 19.

20 Quid quando, dolum causam dedit contractibus stricti iuris.

21 Quid si dolus inducat in contractum.

22 **NOTANDUM** in primis, dolus & fraudem duobus modis posse specialiter in contractibus repetiri: uno scilicet, ut det causam contractui; altero, ut non det causam contractui. Tunc dat causam contractui, quando emptor, aut contrahens nullo modo esset emptionem, aut contractum facturum, nisi dolo, ac fraude ad id

fuiisset inductus; tunc vero non dat causam contractui, quando emptor esset empturus, sed non tanto pretio. Potest autem contingere dolus, seu error in contractu; primo, cum ignorantia decipientis, ut si contrahentes existimant se vendere, & emere iusto pretio, cum tamen vendatur iniusto; & hic dolus dicitur inderuente in contractu, seu in contractum incidere, & est dolus, ac fraus materialis. Secundo, cum scientis quod unus ex contrahentibus alterum circumueniat, deinde dolus, vel potest accidere circa circumstantiam, & accidentia rei emptae, vel venditae, vel circa substantiam. Circa circumstantiam, & accidentia, veluti si putes te emere equum sanum, & emas claudum, vinum ex tali loco, cum sit ex altero. Circa substantiam, veluti si putes te emere aurum, & emas aurichaleum; aut si putes te emere gemmam, & emas vitrum, vel crystallum, in qua de te multa egimus, iam de contractibus in genere, lib. 2. Hic autem necessarii ad sciendum sunt, ne quid de his materiis, et ad nos.

2. Prima conclusio, quando error, dolus, & deceptio in altero, vel in utroque contrahentium est, circa substantiam rei, contractus venditionis, & quilibet alius celebratus iure naturali, est irritus, & nullus, hanc est communis omnium, non indiget probatione, et haec Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 17. dub. 9. num. 27. conclusio fundamentum est, quia deest substantialis consensus, nam, qui contrahit, non consentit in illam rem, sed in aliam, quam putabat subesse illis accidentibus, ut si venditor putabat gemmam esse vitrum, & pro tali vendebat, teneatur emptor re compensata, ad restitutionem gemmae, vel ad iustum pretium contractum reducendum, prout de nouo contenerint. Similiter, si venditor vitrum vendat pro gemma, stannum pro argento, quia emptor non consentit in emptionem vitri, aut stanni, sed in emptionem gemmae, vel argenti, quam putabat esse sub illa specie.

3. Secunda conclusio, si dolus, aut error non sit circa substantiam, sed circa accidentia, & qualitate rei, quae venditur, contractus est validus in utroque foro, quamuis alter contrahentium in dolo communicauerit, & illum sciret; modo tamen doli non det causam contractui, teneaturque vendens contractum ad equalitatem reducere, est etiam communiis, illam docet Molin. tom. 2. de iust. disp. 13. q. 2. h. quanta conclusio. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 17. dub. 5. num. 28. Caietanus 2. 2. q. 77. art. 50. Socus lib. 6. de iust. quest. 3. art. 2. Et ratio est, quia dolus non dedit causam contractui, cum alioquin patres contraherent, sed non in tanto pretio. Fuit ergo solum praedictus dolus causam maioris pretij; ergo pretium solum reducendum est ad aequalitatem valoris rei venditae, manente contractu valido, quod utile non viciatur per inuicem, reg. vlt. de, de regulis iuris in 6. Ac proinde in foro externo conceditur actio decepto ad reductionem contractus ad equalitatem, modo tamen deceptio sit ultra dimidium iusti pretij; in foro autem poli teneatur deceptio ante ullam sententiam restituere decepto id, in quo deceptus est; quod ad usque contractus reductus maneat ad equalitatem; & ultra hanc restitutionem, teneatur etiam, et ad omnia damna emergentia, & lucra cessantia quae inderuissent, quia horam omnium damnorum fuit deceptio per dolus, & fraudem suam iniqua causa est, et haec, & illud iosa, ut specialiter notant Molina citatus, & bene, & Lessius num. 30.

4. Hinc sequitur primo, contractum esse validum ac firmum, quamuis alter contrahentium deceptus sit ultra dimidium iusti pretij; teneatur tamen dolosus

CAPVT XLII.

De rescissione contractus emptionis, & venditionis, ratione doli, & an valida sit emptio, in qua dolo, fraus, & deceptio interuenierit.

1 Quando dolo, & fraus det, vel non det causam contractui.

2 Si error, dolo, vel fraus in altero, vel in utroque contrahente est, circa substantiam contractus, contractus est nullus iure naturali.

3 Si dolo sit solum circa accidentia, & qualitate rei vendita, contractus est validus in utroque foro, quamuis alter contrahentium in dolo communi cauerit.

4 Quid si dolo sit ultra dimidium iusti pretij, aut infra illud.

5 An detur optio reo decipienti, ut contractum rescindat, vel ad equalitatem reducat, si in foro exteriori ad id cogatur.

6 An dolo sit puniendum sit ad solutionem galella.

7 Quid si error, aut dolo, det causam contractui venditionis, ut, ut dolum patiens non contraheret, si nullum sciret.

8 Quod discernendum sit inter illum contractum, cui error causam dedit, & illum, cui non dedit.

9 Contractus, cui error causam dedit, est iure naturali irritus, ut dictum est.

10 Quid alij causeant circa huiusmodi contractum, cui error, & dolo causam dedit.

11 Quando dolo dedit causam contractui, non tenetur dolum patiens stare contractui, etiam si id iurauerit.

12 Quid si quisque confiteatur in hac re.

13 In venditionibus, & testamentis, non sufficit, ut contractus, & testamentum sit inualidum, quod si scirent testantes, & contrahentes, hoc aut illud, non contraherent, non testarentur, sed opus est, ut tempore quo contrahunt, aut testantur, aliquid in mente illorum existat, propter quod id non facerent, quod ex verbis testamenti, vel contractus saltem tacite colligatur.

14 Quando dolo datur causam contractui, tenetur ille contrahens, qui in dolo communicauit, in foro conscientie ad omnia damna, inde alteri bona fide contrahenti resultiantia.

15 Quid dicendum in matrimonio, si nulli obicitur.

16 Quando error, & dolo, est inductus a quodam tercio, in scio contrahente, in cuius fauorem dolum tenens induxit, tunc contractus est validus, licet det causam contractui.

17 Idem si quis deceptus fuit sua propria opinione, ibid.

18 Refertur contraria opinio, & reijciuntur illi.

19 Respondetur illius fundamentis, & num. 19.

20 Quid quando dolo causam dedit contractibus illi restrictis iure, in iustis, & illud non habet ibi.

21 Quid si dolo inducat in contractum, ibi.

NOTANDUM in primis, dolum & fraudem duobus modis posse specialiter in contractibus repetiri: uno scilicet, ut det causam contractui; altero, ut non det causam contractui. Tunc dat causam contractui, quando emptor, aut contrahens nullo modo esset emptionem, aut contractum facturum, nisi dolo, ac fraude ad id

fuisse inductus; tunc vero non dat causam contractui, quando emptor esset empturus, sed non tanto pretio. Potest autem contingere dolo, seu error in contractu; primo, cum ignorantia decipientis, ut si contrahentes existimant se vendere, & emere iusto pretio, cum tamen vendatur iniusto; & hic dolo dicitur interuenire in contractu, seu in contractu incidere, & est dolo, ac fraus materialis. Secundo, cum scientis quod unus ex contrahentibus alterum circumueniat, deinde dolo, vel potest accidere circa circumstantiam, & accidentia rei emptae, vel venditae, vel circa substantiam. Circa circumstantiam, & accidentia, veluti si putes te emere equum sanum, & emas claudum, vinum ex tali loco, cum sit ex altero. Circa substantiam, veluti si putes te emere aurum, & emas aurichaleum; aut si putes te emere gemmam, & emas vitrum, vel crystallum, in qua de te multa egimus, iam de contractibus in genere, lib. 2. Hic autem necessarii ad sciendum sunt, ne quid de his materiis, & ad modum. 2. Prima conclusio, quando error, dolo, & deceptio in altero, vel in utroque contrahentium est, circa substantiam rei, contractus venditionis, & quilibet alius celebratus iure naturali, est irritus, & nullus, hanc est communis omnium, non indiget probatione, & haec Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 17. dub. 9. num. 27. conclusio fundamentum est, quia deest substantialis consensus, nam, qui contrahit, non consentit in illam rem, sed in aliam, quam putabat subesse illis accidentibus, ut si venditor putabat gemmam esse vitrum, & pro tali vendebat, teneatur emptor re compensata, ad restitutionem gemmae, vel ad iustum pretium contractus reducendum, prout de nouo contenerint. Similiter, si venditor vitrum vendat pro gemma, stannum pro argento, quia emptor non consentit in emptionem vitri, aut stanni, sed in emptionem gemmae, vel argenti, quam putabat esse sub illa specie. Secunda conclusio, si dolo, aut error non sit circa substantiam, sed circa accidentia, & qualitate rei, quae venditur, contractus est validus in utroque foro, quamuis alter contrahentium in dolo communicauerit, & illum sciret; modo tamen dolo non det causam contractui, teneaturque vendens contractum ad equalitatem reducere, est etiam communiis, illam docet Molin. tom. 2. de iust. disp. 13. q. 2. h. quanta conclusio. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 17. dub. 5. num. 28. Caietanus 2. 2. q. 77. art. 50. Socus lib. 6. de iust. quest. 3. art. 2. Et ratio est, quia dolo non dedit causam contractui, cum alioquin patres contraherent, sed non in tanto pretio. Fuit ergo solum praedictus dolo causam maioris pretij, ergo pretium solum reducendum est ad aequalitatem valoris rei venditae, manente contractu valido, quod utile non viciatur per inuicem, reg. vlt. de, de regulis iuris in 6. Ac proinde in foro externo conceditur actio decepto ad reductionem contractus ad aequalitatem, modo tamen deceptio sit ultra dimidium iusti pretij; in foro autem poli teneatur deceptio ante ullam sententiam restituere decepto id, in quo deceptus est, quod ad usque contractus reductus maneat ad aequalitatem; & ultra hanc restitutionem, teneatur etiam, si ad omnia damna emergentia, & lucra cessantia quae indeiussu resulerant, quia horam omnium damnorum fuit deceptus per dolum, & fraudem suam iniqua causa est, & illud iosa, ut specialiter notant Molina citatus, & bene, & Lessius num. 30. Hinc sequitur primo, contractum esse validum ac firmum, quamuis alter contrahentium deceptus sit ultra dimidium iusti pretij; teneatur tamen dolo

dolosus; ut dixi, in foro poli ante vllam sententiam contractum ad æqualitatem reducere, & ad omnia damna inde dolum passo resultantia: in foro autem soli, datur actio ei, qui dolum passus est adversus dolosum ad reductionem iustam; vel ad rescissionem contractus. ita Molina tom. 2. de iust. disput. 382. §. dubium est, post 4. conclusionem. Angelus verb. dolum n. 9. Sylvester verb. culpa. q. 7.

5. Dubium tamen est; an detur optio decipienti, ut vel contractum rescindat, vel ad æqualitatem reducat, si in foro exteriori ad id cogatur. Affirmant Angelus & Sylvester allegati. Negant melius Molina modò inductas, & Covarruvias lib. 2. variar. cap. 4. num. 11. Medina, & Conradus allegati à Molina. Ratio est, primò, quia iura nihil discernunt in fauorem decipientis, & alioqui id magnus esset fauor illius; quare dicendum est, quòd quando dolum incidit in contractum; & non datur causam illius, sicut deceptus illum rescindere non potest, nisi consentiente decipiente, quia alioqui contraheret, sed non in tanto pretio, sed solum potest agere ad æqualitatem; ita nec decipientis possit illum rescindere, etiamsi velit, nisi consentiente decepto, sed solum tenetur ad rescissionem damni, cuius per dolum causa fuit; ne melioris sit conditionis decipiens; quam deceptus, dolosus, quam dolum passus.

6. Et ideo, ut supra dixi, propter ipsum dolum; & fraudem, qua usus est in contrahendo; puniendus est consulò decipiens in foro externo in solutione integre gabellæ; & in foro interno tenetur restituere decepto omnia damna, quæ illius causa passus est: ut bene ait Molina tom. 2. disput. 382. §. dubium est, post quartam conclusionem. Quare, etiamsi gabellarius habeat iam receptam totam gabellam, non tenetur, quando contractus reducit ad æqualitatem, restituere id, quod plus accepit, ut docet idem Molina, ex l. debet. ff. de adilit. edict. quia predictus contractus in utroque foro fuit validus, & ex valido contractu iuste acquisitum est à fisco ius ad totam gabellam; de quo dubito, quia contractus quòd excessum, aut defectum fuit iniustus, & ex iniusto contractu non acquiritur ius ad totam gabellam, sed tantum ad illam, quæ regulatur per iustum contractum: vide tamen quæ diximus cap. 3. huius libri. num. 7.

7. Tertia conclusio: si dolum, error, vel fraus præbeat, ac det causam contractui venditionis, vel cuiuscumque alteri, ita ut dolum patiens non contraheret, si dolum sciret, & ipse dolum proveniat ex altero contrahente, aut illius particeps sit, bona fide altero procedente, contractus est irritus, & invalidus pro foro conscientie, & externo: datur tamen in foro externo in fauorem decepti & odium decipientis de iure Canonico, & civili actio rescisoria contractus, vel reductoria ad æqualitatem prout deceptus maluerit, etiamsi deceptio non sit ultra, aut infra dimidium iusti pretij, & non poterit decipiens ab eo resilire, esto velit nisi consentiente altero contrahente, qui fuit deceptus: ita Molina tom. 2. de iust. disput. 259. & 352. Covarruvias ad reg. possessor. p. 2. §. 6. n. 6. Medina C. de rest. q. 33. Valascus de iure emphyt. q. 5. n. 9. Sylvester verb. culpa. q. 7. & constat ex l. si dolo. C. de rescind. vendit. & ex cap. cum dilecti, de empt. & vendit. Probatur, quia defuit consensus, non enim erat contracturus, si dolum sciret: deficiente autem consensu, non obligat contractus, imò non datur contractus. Ergo pro foro interno non est validus talis contractus; quòd autem etiam non sit validus pro foro externo, constat ex iuribus citatis, & ex l. eleganter, in principio, Fagundes de Iustitia, &c.

ff. de dolo. Conformatur enim in hoc ius civile, & forus externus cum foro interno; & iure naturali: constat etiam ex l. 1. C. de rescind. vendit. ibi, irrita est, quæ verba cum sint presentis temporis, dispositionem inducunt ipso iure irritam ante vllam sententiam, & ex l. qui in carcerem 2. ff. de es, qui maritus causa. ibi, qui in carcerem aliquem detrusit, ut is quid extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est. Et verò fundantur hæc iura primò, in voluntario consensu circa eam rem, qui omninò deficit, non enim (ut dixi) contraheretur à decepto, si dolum sciret. Secundo, fundantur etiam in iniuria illata ab ipso decipiente ipso decepto; iniuria enim est causa involuntarij. Probati autem potest, quòd error det causam contractui, & quòd alter contractum non contraheret, si errorem sciret in foro conscientie, ex dictis consentientis prudenter examinis: in fòra verò externo ex verbis contractuum in scripturis contentis, ex testibus adstantibus, & ex consuetudine in tali loco, & tempore vitata: 11

8. Ex dictis in conclusione secunda, & tertia, sequitur primò magnum, ac evidens esse discrimen inter illum contractum cui error causam dedit, & inter illum cui error causam non dedit: nam ille primus, cui error causam dedit obligat in conscientia, & iure triam Canonico, ac civili ad standum contractui, vel ad illum reducendum ad æqualitatem, prout deceptus maluerit; non obligat vero deceptum, quia perbitum, electio, & optio standi contractui, vel reducendi illum ad æqualitatem, est pene deceptum, non decipientem. Ille verò secundus, cui error causam non dedit, non concedit decepto optionem ad obligandum decipientem ad standum scilicet ac contractui inito, vel ad reducendum contractum ad æqualitatem, sed tantum ei concedit actionem ad illum obligandum ad reductionem contractus ad æqualitatem. Si tamen decipiens voluerit, rescindi potest, volente etiam decepto.

9. Sequitur secundo, non esse sequendam opinionem Lessij tom. 1. lib. 2. cap. 17. dub. 5. Ioannis Andree, & aliorum, quos refert Covarruvias ad reg. possessor. p. 2. §. 6. n. 6. asserentium contractum illum, cui error causam dedit, non esse in foro externo iure civili, & Canonico irritum, sed posse irritari doli exceptione, iam enim probauimus, esse veròque iure civili, & Canonico irritum, & patet ex glossa, & Panormitano in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. & ex glossa, & Bartolo in Eleganter, in princ. ff. de dolo, & ex l. si dolo. C. de rescind. vendit.

10. Sequitur tertio, reiciendam esse opinionem Medinæ C. de rest. q. 33. & Conrad. de contract. in summario, ad questionem 57. dicto 14. vñ cum primo, & secundo, asserentium contractum illum, cui error causam dedit, stando in iure naturali, nullum esse ad obligandum decipientem ad standum contractui, quamvis deceptus id velit, sicut nullus est ad obligandum deceptum, si decipiens illum velit obligare: fundabantur huiusmodi Doctores, quia huiusmodi contractus est utrinque onerosus, & ex utraque parte æque debet obligare, & ideo non posse esse obligatorium ex vna, quin sit etiam ex alia. Dicendum tamen est, quo ad hoc solum ex parte fraudantis, decipientisque obligatorium esse ad standum illi in conscientia, & foro externo, si deceptus velit, non autem ex parte decepti, si decipiens velit. Et ratio est, quia consensus absolutus, quem decipiens habuit ad celebrandum contractum per deceptionem, sufficiens re vera fuit, ad illum ex sua parte obligandum in conscientia, ad standum illi, si deceptus

Medina C. de rest. quest. 33. affirmans, quando dolus dat causam contractui matrimonij, inuvalidum esse matrimonium in foro conscientiae, quae opinio est omnino falsa, & opinio Molinae est certissima apud omnes de matrimonio scribentes: solus enim error personae contractum matrimonij dissoluit, unde si quis contrahat cum Maria; & per verba de praesenti ducat Bertam, putans Bertam esse Mariam, tale matrimonium esset nullum, quia est error personae, & substantialis, ut patet ex materia de matrimonio.

16. Quarta conclusio, quando error est inductus à quodam tertio, ita ut unus contrahens non sit deceptus ab altero contrahente, sed à quadam tertia persona, inscio omnino contrahente, in cuius fauorem illa tertia persona errorem, & dolum induxit, & minimè in tali dolo communicante, tunc quidem esto error, & dolus det causam contractui, nihilominus contractus est validus, tam in foro soli, quam poli: datur tamen actio in foro soli ei, qui deceptus est aduersus tertium decipientem, qui dolum adhibuit de dolo & damno, est communis ista conclusio, habetque tres partes. Prima pars est, quod talis contractus sit validus in foro poli: hanc docet Molina tom. 2. de iustitia, disp. 352. §. ut quod sentio. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 17. dub. 5. num. 33. Covarruias ad reg. possessor. 2. part. §. 6. num. 6. patet ex l. eleganter, saepe citata, & ex cap. cum dilecti, de empt. & vendit. Et ratio est, primo, quia consensus absolutus, quo deceptus voluit celebrare emptionem, & venditionem, sufficit, ut contractus sit validus, quando error inductus est à quodam tertio, vel ipse se sua propria opinione decepit, nihil communicante, nec sciente altero contrahente in tali errore, quamuis error causam dederit contractui, nullus enim contrahentium admitteret talem legem, & conditionem, si in principio contractus sibi proponeretur, nimirum, ut contractus maneret irritus, si in illo postea inueniretur error, in quo contrahentes non participarent, nec talis lex esset iusta si fieret, nec utilis Reipublicae, immo esset seminatum multatum litium.

Hæc ratio probat etiam à fortiori secundam partem huius conclusionis, nimirum, validum quoque esse talem contractum in foro soli, & externo, ut bene docent praefati auctores: quod autem detur actio in foro soli ei, qui deceptus fuit aduersus illum tertium decipientem, qui dolum adhibuit, patet ex d. cap. cum dilecti, de empt. & venditione. & ex d. l. eleganter, in principio. ff. de dolo, & ex l. si dolo. C. de rescind. vendit. & docent praefati auctores.

17. Scio tamen multos esse auctores, qui docent, huiusmodi contractum, cui error causam dedit, non communicante altero contrahente in illo, sed inductus fuit à quodam tertio, vel à propria opinione, esse in foro conscientiae nullum, inter quos est Medina C. de rest. quest. 33. & Conradus in additione summary ad questionem 57. dicto 3. & 4. Fundamentum illorum est, quia consensus est ipsa substantia, & essentia totius contractus, ideo enim contractus verimque obligat, quia se contrahentes per immediatum consentium voluerunt obligare. Ergo deficiente illo, deficit tota obligatio, & tota substantia obligationis. In isto autem contractu deficit substantialis consensus, quia si alter contrahentium, in cuius damnum inductus fuit dolus à quodam tertio, sciret, hic in tali contractu intervenire talem dolum ab eo tertio inductum, nullo modo contraheret. Deinde, quia tota causa, & ra-

tio contrahendi, & consentiendi in tali contractu fuit ille error inuincibilis, qui in eo causauit inuoluntarium consentium; si enim sciret, nullo pacto consentiret; nam per accidens est quod error sit inductus à quodam tertio, vel ab altero contrahente.

Sed ad hoc respondendum est, in quolibet contractu, duos reperiri consensus; alterum absolutum, & actualem, quo contrahentes voluerunt contrahere in hac specie, ut loquuntur iuris ciuilibus, & canonici periti, seu in hoc indiuiduo contractu huius rei, huius animalis, huius agri, huius praedij, & in hoc consensu consistit substantia, & essentia contractus. Alterum immediatum, seu potius habitualem, quia si scirent dolum inductum inibi esse ab ipso tertio, vel à propria opinione, nullo pacto contractum celebrarent, nec in eo consentirent: iste autem consensus non excludit illum primum absolutum, & actualem, in quo consistit tota substantia contractus, ac proinde fallum esse dicere, deficere consentium necessarium ad praedictum contractum. Nec refert quod deficiat consensus immediatus, & habitualis; totus enim valor, & tota obligatio, & essentia contractus pendet ex primo illo consensu, ut optimè respondent Molina tom. 2. de iustitia, disp. 352. §. ut quod sentio. Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 17. dub. 5. num. 33. Covarruias ad reg. possessor. 2. part. §. 6. num. 6. & Ioannes Igneus in l. contractus, ff. de regulis iuris, num. 105. Instantia verò, quae hic afferri potest de eo, qui vult emere margaricum, & emit vitrum, parum refert, quia ibi deest consensus absolutus actualis, seu substantialis, siquidem contrahentes nunquam voluerunt celebrare contractum in hac specie, vel in illo indiuiduo, sed in alio, & ideo contractus, est nullus ex defectu consensus, in quo consistit substantia contractus; noluerunt enim partes contrahere in vitro, sed in margarito.

Ex hoc fundamento sequitur primo talem contractum non posse irritari arbitrio decepti, sed teneri deceptum in conscientia illi stare, quia vel ipse sua opinione se decepit, & sic sibi imputet, vel à quodam tertio deceptus est nihil communicante altero contrahente in errore, & deceptione, immo nihil sciente, & sic solum actionem habet aduersus istum decipientem de damno sibi dato, & aduersus illum cum quo contraxit in eo solum casu, in quo ultra dimidietatem pretij iusti rigorosi deceptus est: ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 17. dub. 1. num. 33. Molina tom. 2. de iust. disp. 352. §. ut quod sentio.

Quamuis Lessius infra in versiculo incipiente, verius tamen, affirmare videatur hunc contractum posse irritari arbitrio decepti, esto error inductus sit à tertio non communicante in eo altero contrahente; illius ratio est, quia si contrahens à tertio deceptus, initio sciret, se ab illo tertio, vel à sua opinione decipi, non contraheret; & in iure paria sunt non apparere, & superuenire aliquid de nouo, iuxta legem 77. ff. de contrah. empt. unde cum contrahens à principio non contraheret, si sibi error appareret, ita postea apparet, & superueniente cognitione illius, contractus in foro conscientiae ex defectu consensus videtur nullus, & per consequens postea apparet errore non tenebitur illo stare.

Sed ista lex intelligenda est de contractu, in quo contrahens in errore communicauit, vel de donationibus, & promissionibus merè gratuitis, & liberalibus. Donationis enim huiusmodi factae, & acceptatae propter talem errorem inductum à quod-

dam tertio, vel à propria opinione donantis, iure naturali sunt irritæ, excepto voto, vt constat ex materia illius, & ratio est, quia in talibus promissionibus liberalibus non sufficit intentio formalis donandi, sed requiritur etiam habitualis, ita vt nihil præexistat in mente donantis, quod si ab illo sciretur, impediret sine dubio talem donationem, idque ad vitandas multas perplexitates, vt animaduertunt idem Molina & Lessius allegati.

21. Recole ex lib. 1. de contractibus in genere. cap. 2. qui sint contractus stricti iuris, & qui non sint de illis: ergo sic

Quinta conclusio, quando dolus contractui stricti iuris causam dedit, validus est contractus in foro externo, conceditur tamen decepto exceptio, quod dolus causam dederit contrahendi, vt ope talis exceptionis, non compellatur implere, quod restat implendum, & si totus contractus iam est impletus, conceditur decepto actio de dolo aduersus decipientem, vt damnum datum resarciat: ita docet glossa in l. eleganter, in principio. ff. de dolo, & glossa in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. Conradus in addition. summary ad questionem 57. dist. 14. Angelus verb. de iur. num. 9. Syluester verb. culpa, quest. 7. num. 9. Molin. tom. 2. de iust. disp. 352. §. quinta conclusio. Couarruias ad regul. possessor. part. 2. §. 6. num. 16. Hæc omnia patent ex lege, si dolo, C. de rescind. vendit. & ex l. 3. §. vltim. ff. pro socio. & ex l. dolo, vel metu, C. de iniur. stipulationibus. docet etiam Bartol. in l. eleganter, citata, in principio. Ratio est, quia consensus per dolum, & iniuriam extractus non fuit sufficiens, vt inualidus redderetur contractus pro foro interno, vt statim dicemus; conueniens ergo, & expediens fuit, vt idem in foro externo sanciretur.

22. Sexta conclusio, si dolus incidit in contractu stricti iuris, in vtroque foro solt, & poli validus est: quæuis tamen in conscientia foro teneatur dolus reducere contractum ad æqualitatem; in foro tamen externo ad id non est compellendus, sed tantum admittetur exceptio de dolo, si contractus ex parte decepti non sit integrè completus; si vero iam completus sit, conceditur decepto aduersus decipientem actio de dolo, vt resarciat damnum illatum. ita Molina tom. 2. de iust. disp. 352. §. sexta conclusio. Conradus loco citato, & iura, quæ allegat.

CAPVT XLIII.

23. Vtrum licita sit venditio, & rescindi possit cum pacto de retrouendendo, appposito in fauorem solius venditoris.

1. Quibus modis fieri possit venditio de retrouendendo, & num. 2.
2. Licita est venditio de retrouendendo in fauorem solius venditoris appposito.
3. Non obstat cap. ad nostam, de empt. & venditione.
4. Res vendita cum pacto retrouenditionis, quare minus valeat, quam sine illo pacto.
5. Quando sit iustum pretium in venditione cum pacto retrouenditionis.
6. Quid de iure Lusitano, & an ex illo usurarius censendus sit talis modus venditionis.
7. Et quid quando vel emptor, vel venditor solius

sunt emere, & vendere à retro, an tunc censendi sint usurarij.

9. An ad iudicandum de iusto pretio in venditione à retro, attendendum sit ad pretium, quod res in se habet sine illa conditione reuendendi à retro, an ad illud, quod in illo modo vendendi habet, & num. 10. & 11.
12. Ad quem fructus rei vendita à retro pertineant.
13. Quid quando is, qui à retro vendit, vult redimere rem quando fructus maturi in ea sunt. Refertur prima opinio. ibid.
14. Prefertur secunda.
15. Quid quando fructus sunt in flore.
16. Soluuntur fundamenta primæ opinionis, & n. 17.
18. An quando in contractu venditionis à retro non apponitur tempus certum, in quo res vendita redimi possit, nihilominus detur de iure aliquod in quo redimi possit, & eo transacto, non possit. Refertur prima opinio affirmans dari de iure communi tempus 30. annorum. Actio realis præscribitur 30. annis. ibid.
19. Prefertur opinio negans, asserensque posse in perpetuum rem redimi, non solum à venditoribus, sed etiam ab hæredibus illorum.
20. Soluuntur fundamenta primæ opinionis.
21. Quid quædo aliquis emat rem aliquam cum pacto retrouendendi illam priori domino, & vendit eam alteri, donat, vel alienat, & num. 22. & 23.
24. An quando res, que venditur cum pacto de retrouendendo, debeatur gabella.

VENDITIO cum pacto de retrouendendo multis modis fieri potest: vel enim pactum, & conditio apponi potest emptori, in fauorem solius venditoris: vel venditori in fauorem tantum emptoris, vel in fauorem vtriusque simul. Tunc in contractu venditionis apponitur pactum in fauorem solius venditoris, quando res venditur ea conditione, vt iterum soluto pretio res reddatur: tunc autem in fauorem solius emptoris cum in contractu dicitur, vt venditor possit rem venditam redimere, si placuerit emptori, aliter non. Tunc denique apponitur in fauorem vtriusque simul, quando dicitur in contractu, vt rescindatur venditio quoties emptor voluerit, & quoties venditor voluerit, & pretium obrulerit. Et hoc multis modis, vt scilicet id fiat intra decem annos, non post illos, vel post decem annos, non ante illos, &c.

2. Similiter pactum de retrouendendo in fauorem solius venditoris, multis quoque modis apponi solet. Primo, enim ponitur, vt res vendita redimi possit, vel ab ipso venditore, vel ab hæredibus, aut à quocumque alio de familia & nomine illius, quotiescumque vel ipse venditor, vel hæredes illius voluerint absque vlla præfixione temporis. Secundo, apponitur cum temporis præfixione: idque dupliciter, nempe vt vsque ad certum tempus, v. c. quinque annorum redimatur, & eo tempore transacto, non redimatur; vel vt vsque ad quinquennium non redimatur, & ea quinquennio elapso, redimatur. Apponitur etiam illa conditio in contractu venditionis, vel alia similis, vt quando venditor voluerit rem redimere, sex menses ante fructuum perceptionem id faciat ad tollendas lites. Et omnibus his modis venditio à retro facta est licita, modo in vnoquoque illorum modorum fiat, iusto, & æquo pretio, quo autem pactum, & conditio magis fuerit in fauorem venditoris, maius grauamine imponitur emptori, & ideo cum eo grauamine imposito

dam tertio, vel à propria opinione donantis, iure naturali sunt irritæ, excepto voto, vt constat ex materia illius, & ratio est, quia in talibus promissionibus liberalibus non sufficit intentio formalis donandi, sed requiritur etiam habitualis, ita vt nihil præexistat in mente donantis, quod si ab illo sciretur, impediret sine dubio talem donationem, idque ad vitandas multas perplexitates, vt animaduertunt idem Molina & Lessius allegati.

21. Recole ex lib. 1. de contractibus in genere. cap. 2. qui sint contractus stricti iuris, & qui non sint de illis: ergo sic

Quinta conclusio, quando dolus contractui stricti iuris causam dedit, validus est contractus in foro externo, conceditur tamen decepto exceptio, quod dolus causam dederit contrahendi, vt ope talis exceptionis, non compellatur implere, quod restat implendum, & si totus contractus iam est impletus, conceditur decepto actio de dolo aduersus decipientem, vt damnum datum resarciat: ita docet glossa in l. eleganter, in principio. ff. de dolo, & glossa in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. Conradus in addition. summary ad questionem 57. dist. 14. Angelus verb. de iur. num. 9. Syluester verb. culpa, quest. 7. num. 9. Molin. tom. 2. de iust. disp. 352. §. quinta conclusio. Couarruias ad regul. possessor. part. 2. §. 6. num. 16. Hæc omnia patent ex lege, si dolo, C. de rescind. vendit. & ex l. 3. §. vltim. ff. pro socio. & ex l. dolo, vel metu, C. de iniur. stipulationibus. docet etiam Bartol. in l. eleganter, citata, in principio. Ratio est, quia consensus per dolum, & iniuriam extractus non fuit sufficiens, vt inualidus redderetur contractus pro foro interno, vt statim dicemus; conueniens ergo, & expediens fuit, vt idem in foro externo sanciretur.

22. Sexta conclusio, si dolus incidit in contractu stricti iuris, in vtroque foro solt, & poli validus est: quæuis tamen in conscientia foro teneatur dolus reducere contractum ad æqualitatem; in foro tamen externo ad id non est compellendus, sed tantum admittetur exceptio de dolo, si contractus ex parte decepti non sit integrè completus; si vero iam completus sit, conceditur decepto aduersus decipientem actio de dolo, vt resarciat damnum illatum. ita Molina tom. 2. de iust. disp. 352. §. sexta conclusio. Conradus loco citato, & iura, quæ allegat.

CAPVT XLIII.

23. Vtrum licita sit venditio, & rescindi possit cum pacto de retrouendendo, appposito in fauorem solius venditoris.

1. Quibus modis fieri possit venditio de retrouendendo, & num. 2.
2. Licita est venditio de retrouendendo in fauorem solius venditoris appposito.
3. Non obstat cap. ad nostam, de empt. & venditione.
4. Res vendita cum pacto retrouenditionis, quare minus valeat, quam sine illo pacto.
5. Quando sit iustum pretium in venditione cum pacto retrouenditionis.
6. Quid de iure Lusitano, & an ex illo usurarius censendus sit talis modus venditionis.
7. Et quid quando vel emptor, vel venditor solus

sunt emere, & vendere à retro, an tunc censendi sint usurarij.

9. An ad iudicandum de iusto pretio in venditione à retro, attendendum sit ad pretium, quod res in se habet sine illa conditione reuendendi à retro, an ad illud, quod in illo modo vendendi habet, & num. 10. & 11.
12. Ad quem fructus rei vendita à retro pertineant.
13. Quid quando is, qui à retro vendit, vult redimere rem quando fructus maturi in ea sunt. Refertur prima opinio. ibid.
14. Prefertur secunda.
15. Quid quando fructus sunt in flore.
16. Soluuntur fundamenta primæ opinionis, & n. 17.
18. An quando in contractu venditionis à retro non apponitur tempus certum, in quo res vendita redimi possit, nihilominus detur de iure aliquod in quo redimi possit, & eo transacto, non possit. Refertur prima opinio affirmans dari de iure communi tempus 30. annorum. Actio realis præscribitur 30. annis. ibid.
19. Prefertur opinio negans, asserensque posse in perpetuum rem redimi, non solum à venditoribus, sed etiam ab hæredibus illorum.
20. Soluuntur fundamenta primæ opinionis.
21. Quid quando aliquis emat rem aliquam cum pacto retrouendendi illam priori domino, & vendit eam alteri, donat, vel alienat, & num. 22. & 23.
24. An quando res, que venditur cum pacto de retrouendendo, debeatur gabella.

VENDITIO cum pacto de retrouendendo multis modis fieri potest: vel enim pactum, & conditio apponi potest emptori, in fauorem solius venditoris: vel venditori in fauorem tantum emptoris, vel in fauorem vtriusque simul. Tunc in contractu venditionis apponitur pactum in fauorem solius venditoris, quando res venditur ea conditione, vt iterum soluto pretio res reddatur: tunc autem in fauorem solius emptoris cum in contractu dicitur, vt venditor possit rem venditam redimere, si placuerit emptori, aliter non. Tunc denique apponitur in fauorem vtriusque simul, quando dicitur in contractu, vt rescindatur venditio quoties emptor voluerit, & quoties venditor voluerit, & pretium obrulerit. Et hoc multis modis, vt scilicet id fiat intra decem annos, non post illos, vel post decem annos, non ante illos, &c.

2. Similiter pactum de retrouendendo in fauorem solius venditoris, multis quoque modis apponi solet. Primo, enim ponitur, vt res vendita redimi possit, vel ab ipso venditore, vel ab hæredibus, aut à quocumque alio de familia & nomine illius, quotiescumque vel ipse venditor, vel hæredes illius voluerint absque vlla præfixione temporis. Secundo, apponitur cum temporis præfixione: idque dupliciter, nempe vt vsque ad certum tempus, v. c. quinque annorum redimatur, & eo tempore transacto, non redimatur; vel vt vsque ad quinquennium non redimatur, & ea quinquennio elapso, redimatur. Apponitur etiam illa conditio in contractu venditionis, vel alia similis, vt quando venditor voluerit rem redimere, sex menses ante fructuum perceptionem id faciat ad tollendas lites. Et omnibus his modis venditio à retro facta est licita, modo in vnoquoque illorum modorum fiat, iusto, & æquo pretio, quo autem pactum, & conditio magis fuerit in fauorem venditoris, maius grauamine imponitur emptori, & ideo cum eo grauamine imposito

imposito emptori, minus valebit res, & quo magis fuerit appositum in fauorem emptoris, magis valebit; sic minoris vendetur prædium, quando conditio, & pactum apponitur, ut quocumque tempore vel venditor, vel hæredes illius voluerint, redimatur, quam quando apponitur, ut vsque ad sex annos redimatur, & amplius non redimatur, quod vsu quotidiano probatur: minus enim valet res cum grauamine, quam sine grauamine, & minus etiam valet cum maiori grauamine, quam cum minore, *l. fundi partem. ff. de contrahend. emption. late & doctè Couarruias lib. 3. variarum. cap. 10. num. 1.*

3. Quod autem sit licita venditio cum pacto retro venditionis in fauorem solius venditoris posito, est communis Doctorum opinio: hanc docet Molina *tom. 2. de iust. disp. 375. §. communis sententia.* Couarruias *lib. 3. variar. cap. 8. num. 4.* cum multis, quos ibi congerit Lessius *tom. 1. de iustitia. lib. 2. cap. 21. dubit. 14. num. 113.* Probatur, quia emptio, & venditio sine tali pacto est licita, ut omnes fatentur: tale autem pactum nullibi in iure est prohibitum; ergo intentum: deinde, quia huiusmodi pactum nulli contrahentium est præiudiciale, aut iniuriolum; non enim præiudicium affert venditori, cum in fauorem illius ponatur: non emptori, quia minoris emit, quam alioqui sine tali pacto emeret, iusto tamen pretio emit, in illo modo vendendi: ergo licitum, & bonum est sic emere & vendere.

4. Nec obstat, quod in *cap. ad nostram, de empt. & vendit.* ob pactum de retro vendendo præsumatur, ac iudicetur contractus venditionis vsurarius; quia ea præsumptio ibi non sumitur ex solo pacto de retro vendendo, sed ex aliis tribus rebus simul in eodem capite concurrentibus: nimirum ex pacto ne ipsa de retro vendendo, ex modico pretio, & ex consuetudine emptoris; exercendi artem vsurariam, ut optime adnotant Cynus, & Salicetus *in l. ab emptione. C. plu. valer. quod agit.* Cardinalisque in *Clementina ult. quest. 18. de vsuris.* quam opinionem sequuntur, Alexander *conf. 109. colum. vltim. lib. 4.* Capolla *de contract. simulatione, col. 1. sexti casus.* Corneus *conf. 4. lib. 1.* & Couarruias *lib. 3. variar. cap. 8. num. 4.* & alij.

5. Similiter quod res, quæ venditur cum pacto retro venditionis, minoris valeat, quam si sine illa absolute venderetur; docent communiter Doctores, Navarrus in *summa Latina, cap. 17. num. 248.* Gama *decif. 138. num. 2.* Vallascus *tom. 1. consult. 70. a num. 4.* Couarruias *lib. 3. variar. cap. 10. num. 1.* Pinellus in *l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. cap. finali. num. 19.* Menochius *conf. 358. num. 26.* Molina *tom. 2. de iust. disp. 375. vers. Rem venditam.* Azor *part. 3. Inst. moral. lib. 8. cap. 12. quest. 3.* patet ex *l. fundi partem. ff. de contrah. emt.* Et probatur facile, quia res minoris æstimanda est, cum venditur cum aliquo onere, quam si sine illo liberè venderetur; est enim onus, ut dicitur in lege modò citata, pars pretij. Ex quo patet malè opinasse Henricum Oltam, quem citat Conradus *de contractibus, quest. 83.* qui ausus est dicere, rem cum pacto de retro vendendo non minus valere, quam sine illo, cum eandem naturam retineat, ac proinde eundem valorem. nam quamuis eandem naturam retineat, non sequitur retinere eundem valorem; habet enim eandem naturam, sed affectam onere & grauamine, quod est pretio æstimabile.

6. Non est tamen facile definire, quale sit iustum pretium venditionis à retro, & quanto minus res valeat cum isto grauamine. Planè multi, quos re-

ferunt, Couarruias *lib. 3. variarum. cap. 10. num. 1.* Alvarus Vallascus *tom. 1. consult. 70. num. 4.* & Gama *decif. 138.* voluerunt valere minus tertia parte pretij; ita ut si alioqui sine isto pacto valebat 100, cum illo valeat 70, aut eos plus minusve. Dicendum tamen est cum Molina *tom. 2. de iustitia. disp. 788. §. rem venditam,* & cum eodem Couarruias, Gama & Vallasco, rem hanc prudentis arbitrio in vnaquaque Prouincia, & Regione definiendam esse, spectata consuetudine Regionis; & communi hominum æstimatione: illud autem optime omnes Doctores hic animaduertunt minus valere rem cum pacto de retro vendendo in perpetuum, quam cum eodem pacto retro venditionis ad tempus; & plus valere cum pacto de retro vendendo ad breuius, quam ad longum tempus.

De iure nostro Lusitano in nouis Ordinatis *lib. 4. tit. 4. num. 2.* in veteribus *lib. 4. tit. 14. §. 3. & tit. 27. §. 1.* vsurarius censetur contractus venditionis à retro, si res vendatur minoris infra quartam partem pretij: ad autem id intelligatur de pretio, quod alioqui res haberet, si liberè venderetur, & sine tali pacto; an vetò de pretio, quod res habet in illo modo venditionis à retro, dicitur in *§. hactenus. Verum,* ut animaduertunt Molina *tom. 2. disp. 375. §. hoc modo.* Gama *decif. 138. num. 1.* Couarruias *lib. 3. variarum. cap. 8. num. 3.* Vallascus *consult. 70. n. 3. & 9.* Caldás Pereira in *l. si curatorem, verb. sua facilitate, num. 58.* & alij, contractus de retro vendendo in foro externo vsurarius censetur, non in foro interno, etiam si minuat pretium infra quartam partem, quia in foro interno nec virtute, nec expressè cœnitur mutuum, sine quo vsura esse non potest; tantum tamen potest minui in pretio infra quartam partem, ut propter inæqualitatem illius ad rei valorem in foro conscientie iudicandus sit illicitus talis contractus, non tamen vsurarius, & tunc quidem ipse emens cum tanta inæqualitate, peccabit contra iustitiam, & tenebitur ad restitutionem; & ad reducendum contractum ad æqualitatem, non tamen incurret in foro conscientie vsurarium poenas, quia hæc non debentur, nisi post latam iudicis sententiam; ita Navarrus in *summa cap. 18. num. 248.*

Imò etiam de eodem iure Lusitano in nouis Ordinatis *lib. 4. tit. 4. num. 2. & 3.* contractus venditionis à retro, quamuis in eo venditio iusto pretio fiat, vsurarius censetur in foro externo, si vel emptor, vel venditor soliti sunt vsuris uti, quamuis de hoc crimine nunquam fuerint culpati, aut infamati; & multo magis vsurarius censetur, si iam de illo fuerint infamati: sufficit autem quod vna tantum vice scenerent, ut dicantur vsurarij; sicut ab vno tantum furto denominatur quis simpliciter latro; ita Menochius *de arbit. casu 194. num. 47. & conf. 353. num. 17.* Et statim ibi in nostris Ordinationibus, additur, *Et in istis duobus casibus, quando scilicet soliti sunt uti vsuris, vel quando infamati fuerint de hoc vitio, his poenis vsurarium subiiciuntur, in exilium scilicet reuocentur; & amissione pecunie principalis in duplum ad fisco Regie corona punientur. Venditor autem solum perdet rem ipsam, quam ita vendiderit.* Rustici tamen, & mulieres facile excusantur à poenis vsurarium, quia non censentur; nec communiter solent vsuras exercere, & ideo arbitrio iudicis relinquuntur, an rustici, & mulieres si ignorantes; & simplices sint in illis fenus vsuratum dari possit: ita colligitur ex Geminiano *de vsuris, §. primo, num. 30. comment. 2.* docet Mantica *de tacitis, & ambig. lib. 8. tit. 25. num. 13. & 14.*

9. Haecenus diximus ex iure Lusitano reputari venditionem à retro usurariam, quando venditio deficit à iusto pretio, quod res habet infra quartam partem. Et verò an id intelligatur de iusto pretio, quod alioqui res habebat, si à retro non venderetur; an verò de iusto pretio in illo modo vendendi à retro, dubitant auctores, nam Alvarus Vallascus *consult. 70. num. 3. & 4. & 10. & 11.* & Pinellus *ad leg. 2. C. de rescind. vendit. part. 3. cap. ultim. num. 19.* affirmant id intelligendum esse de pretio iusto rei, consideratæ in se ipsa, sine illo modo vendendi à retro. Fundamentum illorum est, quia si res valeret sine pacto de retrouendendo 100, cum illo pacto, quia est gravamen emptoris, valeret minus tertia parte, v. c. 70. quod est pretium iustum, spectato illo modo vendendi; unde si de 70. de maius quartam partem, manent 52. atque ad eò quæ sine pacto de retrouendendo valeret 100. non repararetur illicita, si venderetur 52. quod videtur absurdum, cum minus sufficiat, vt talis venditio censetur illicita.

10. Gama verò *decisione 138. num. 2. & decis. 178.* affirmat id intelligendum esse de pretio rei consideratæ non in se, sed in illo modo vendendi à retro; eum quo consentit Molina *tom. 2. de iust. disput. 374. vers. hoc loco, & disp. 788. §. dubium verò.* Et ibi dicit Molina hanc esse communem, & hoc etiam fatentur ipse Vallascus, & Pinellus allegati; nam cum ipsi concedant pactum de retrouendendo interdum de valore rei minuire tertiam partem, aut ferè tertiam, necessariò concedere tenentur Lusitanas leges quæ usurariam, & illicitam reputant venditionem à retro infra quartam partem pretij, loqui non de pretio quod res habet sine tali pacto, sed de pretio, quod habet cum tali pacto, & ideo quamvis prima opinio tuta sit, ista tamen Gama, & Molina probabiliore videtur.

11. Ad fundamentum Pinelli, & Vallasci respondeo; nihil mirum si venditionem rei valentis 100. solum reputet ius Lusitanum usurariam, quando venditur 52. quia aliud est esse usurariam, aliud esse iniustam, & illicitam: nam ius Lusitanæ solum ait esse usurariam, & non negat esse iniustam, & illicitam, ac proinde non sequitur quòd sit licita venditio, ex eo quòd reputetur usuraria, nisi deficiat in quarta parte à iusto pretio spectato tali modo vendi à retro.

12. Hinc iam ex doctrina prædicta multa emergunt dubia. Primum est, ad quem fructus rei venditæ à retro, licet pactum, & conditio de retrouendendo in fauorem venditoris ponatur, pertineant, dum res non redimitur? Respondeo pertinere ad emptorem, modò non sit venditio usuraria, quia dominium rei quæ sitæ per usuras non transit in usurarium, ita Sotus *lib. 6. de iust. quest. 1. art. 4.* Conarruias *lib. 4. var. cap. 3. num. 6.* Syluester *verb. usura 6. dub. 1.* Molina *tom. 2. de iust. disput. 374. num. 4.* Rebello *part. 2. lib. 8. quest. 14.* statim verò ac redimitur, vel pretium offertur, & emptor in mora est illam redimendi, pertinent ad venditorem, cuius res antea erat. est communis ista opinio, eam docet Molina *tom. 2. de iust. disput. 374.* & habetur *l. 12. C. de pactis inter empt. & vendit. in nouis Ord. Lusitania, lib. 4. tit. 4. in veteribus, lib. 4. tit. 14. & tit. 17.* Et ratio est, quia toto eo tempore res fuit emæta, & dominium illius per emptionem, & solutionem pretij in emptorem, ipsum translatum fuit, periculumque illius ad illum spectabat; ergo & fructus si emptor usurarius non fuit, nec per usuram eam rem adquisiuit, nam res fructifera,

domino suo fructificat; quando autem pretium iuxta antecedens pactum offertur emptori, iam illi non fructificat, si quidem ea conditione, & pacto fuit vendita, vt dato pretio redderetur res, & ideo ab eo die, quo emptor fuit in mora tradendi, fiunt fructus vendentis; nam mora nocet ei, per quem fit: ita etiam Conarruias *lib. 1. variar. cap. 1 §. n. 6.* cum multis, quos ibi congerit, Syluester *verb. mora initio, & ultra legem 2. allegatam* habetur etiam *in l. cum te fundum. C. de pact. inter empt. & venditor.*

13. Sed ponamus quòd is, qui à retro vendit, vult redimere rem quando fructus maturi in ea pendent, aut quando iam sunt nati, sed nondum maturi sunt, quæres ad quem tunc pertineant præfati fructus; ad emptorem ne, an ad venditorem? Respondeo, hac de re partitam esse opinionem.

Prima docet pertinere ad venditorem: ita Tiraquellus *lib. 2. de retrallu, §. ult. glossa 2. Amola in cap. illo, nos, de pignori, & alij*, quos Tiraquellus citat. Fundamentum illorum est, quia ad emptorem solum pertinent fructus illi, qui collecti sunt, eo quòd ad illum pertinebat periculum rei, si periret, ad venditorem verò illi, qui eo tempore, quo voluerit rem redimere, in ea pendent deductis expensis, in eis factis, & æstimatione laboris; & industria emptoris. Confirmatur, hac opinio Tiraquelli, quia fructus pendentes in re sunt partes ipsius rei; partes autem rei, illius sunt, cuius res est; res autem à die quo offertur pretium, est ipsius venditoris, igitur & illius etiam etiam partes eiusdem rei; sic quando res emittur, si fructus in ea pendent, nisi aliud deductum fuerit in pacto, cum suis fructibus in ea pendentibus emittur, quia sunt partes illius, & sic fructus ad emptorem pertinent.

14. Secunda opinio verior, & probabilior, docet fructus pendentes pro illo tempore æstimandos esse, & tunc illorum æstimationem, & valorem, deductis expensis, in eis faciendis, & creandis, quem habent in eo tempore, quo res redimitur, dandum esse emptori rem possidenti; docetque proinde huiusmodi fructus ad emptorem pertinere, non ad venditorem, redemptoremve ipsius rei: hanc tenent communiter Doctores, Molina *tom. 2. de iust. disp. 374. §. fructus.* Conarruias *lib. 1. var. cap. 1 §. num. 6.* Socinus *in l. qui Romani, initio. ff. de verb. obligacionibus, num. 2.* Raphael Comensis *in l. ultim. ff. de iure fisci, & alij*, quos Molina & Conarruias inducunt. Ratio ac fundamentum est; primo, quia nulla ratio postulat, vt venditor potius pretio rei vsque ad illud tempus, & colligat insuper fructus ipsius rei; alioqui enim vterentur omnes hæc cautela, vt rem non prius redimant, nec pretium offerant; quam fructus maturi sint, vt sic fructibus rei, & pecuniæ perfruantur, contra omnem rationem, & æquitatem. Secundo, quia ipsa etiam ratio postulat, vt emptor fruatur fructibus, quos ea res sub illius dominio produxit, habendo partem in eis iuxta tempus, & statum, quo fructus ipsi cum eadem re sub dominio ipsius fuerunt, quia periculum rei toto eo tempore ad emptorem pertinebat, sicut & dominium illius, & res fructifera cum perit, domino perit, & cum fructificat, domino fructificat; toto autem tempore antequam res redimeretur, ipse emptor erat dominus illius, licet haberet dominium affectum, eo onere & conditione, vt oblato pretio, eam venditori restitueret; quare toto eo tempore domino debuit fructificare. Erat tamen dominium illud temporale, rei que subiectæ fideicommissio, vt scilicet, reddito pretio tali

redes pretium offerant iudicē, & rem postulent ab emptore, quod si emptor tenuat, aut noluerit rem tradere, & venditor postea taceat, negotiumque amplius non vigeat, & interim triginta anni elabantur, non poterit postea rem amplius redimere, quia præscribit illa actio; à die enim, quo vel ipse redemptor, vel hæredes illius pretium obtulerunt, capit tempus præscriptionis currere, ita respondet Molina Theologus *dist. 10m. 2. de iust. disput. 374 §. quædam*, & patet ex nostris ord. allegatis *vbi supra, num. 1. ibi, Caterum si præscriptio fuerit interrupta per actionem intentatam venditori super rem, vel quocumque alio modo, quo de iure interruptum patet, à dicto tempore currere incipiet.*

21. Secundum dubium est, utrum si aliquis rem emat cum pacto de retrouendendo, & interim dum venditor habet ius eam redimendi, emptor eam vendat, & tradat alicui tertio, donando, dotando, aut permutando illam, possit eam venditor recuperare in iudicio, & repetere virtute præcedentis pacti, ab ipso tertio possessore, & actionem habeat contra illum tertium, an solum aduersus illum, qui eam illi vendidit, donauit, vel permutauit. Planè res est dubia, nam Medina *quæst. vltim. de usuris*, Covarruuias *lib. 3. var. cap. 8. num. 3.* cum Paulo de Castro, quem citat, affirmant non solum habere actionem realem aduersus ipsum tertium, qui illam possidet, sed etiam personalem aduersus eum, qui illam ei vendidit. Fundamentum illorum est, primo, quia in pacto de retrouendendo semper manet ius in re in ipso primo venditore; ex iure autem resultat actio realis, quæ semper sequitur ipsam rem, ac proinde posse primum venditorem reperere illam ab ipso tertio possidente, ad cuius potestatem res deuenit. Secundo, quia, ut habetur in *l. si cum venderet, ff. de pig. actione*, si creditor cuidam tertio vendidit pignus, quod habuit sui debitoris, cum pacto, quod quocumque ei soluerit debitum, pignus restituat, poterit quidem debitor recuperare suum pignus in iudicio, vel rei vindicatione, vel actione, id est, vel actione reali intentata contra illum, qui pignus habet, vel actione personali indicta aduersus eum, cui pignus dedit, & tertio vendidit.

22. Dicendum tamen est ex pacto de retrouendendo non competere primo venditori actionem realem aduersus secundum emptorem, tertiumve possessorem, sed solum personalem aduersus primum emptorem, ac proinde non posse rem reperere in iudicio ab ipso secundo emptore, & tertio possessore, sed solum posse agere in iudicio contra primum, ut sibi pactum impleat, & indemnato se ex illo seruet. ita docent Molina *tom. 2. de iust. disput. 374.* Anton. Gomez *tom. 2. var. cap. 2. num. 29.* Gregor. Lopez *l. 42. tit. 5. part. 5.* & alij, quos ipsi citant. Ratio illorum est, primo, quia si quis verè, & realiter sine pacto de retrouendendo vendat rem vni, & postea vendat, & tradat alteri, iste præfertur, & primus emptor, cui res non fuit tradita, non potest agere actione reali aduersus secundum emptorem, ut iam supra dictum manet, & probat late Anton. Gomez modo inductus, patetque ex *l. quouscumque materia, C. de rei vindic. at.* Ergo eodem modo in nostro casu, si quis vendat rem vni, cum pacto redemptionis, & ille eam alteri vendat, & tradat, non poterit agere aduersus illum secundum emptorem, sed aduersus illum primum. Secundo, quia si locasti rem vni, & postea vendidisti alteri, non poterit conductor agere contra emptorem, sed contra te, ut se indemnem seruet ex suo contractu, ut habetur in *l. emptorem, C. locati.* Si tamen in contractu apposita fuit conditio, quod emens interim,

dum venditor rem non redimit, eam vendere, aut alienare non possit, tunc quidem primus venditor poterit illam extrahere à secundo emptore, cui tradita fuit, quia, ut late probat Molina *tom. 2. de iust. disp. 370.* ea venditio eo ipso, quod fuit facta contra illam conditionem, est nulla.

Ad fundamenta Medina, & Covarruuiæ dicendum, textum illum *l. si cum venderet, ff. de pignorat. act.* intelligendum esse, ut dicatur competere venditori rei vindicationem, si creditor vendidit pignus, non seruatis omnibus requisitis, quando fuit apposita conditio creditori, ut pignus alteri non venderetur, quando enim non seruauit conditiones requisitas, tunc per eam venditionem factam contra expressum pactum, non amisit debitor dominium pignoris, eaque de causa agere potest de rei vindicatione; esset enim tunc ipsa secunda venditio resoluenda, non in venditionem, sed in expignorationem; deinde respondet Bartol. illa verba, & illam conditionem in eadem lege citata apposita, vel *actione in factum*, correctionem esse illorum verborum priorum, rei vindicatione, addit etiam Bartol. ad dictam legem, id esse priuilegium debitoris respectu sui pignoris, quod non est extendendum ad venditionem cum pacto de retrouendendo, ita respondet Molina *tom. 2. de iust. disput. 374. §. ad id vnde.* Ad rationem dico ex iure in re resultat actionem realem aduersus primum emptorem, non verò aduersus secundum.

Tertium dubium est, an quando res, quæ vendita fuit cum pacto de retrouendendo, redimitur, debeatur gabella? Sed hoc dubium iam resoluimus in *lib. 1. cap. 3.* vbi cum Antonio Gomez *tom. 2. var. cap. 2. num. 31.* cum Molina *tom. 2. de iust. disput. 374. §. maius dubium*, & cum Pinello *lib. 2. C. de rescind. vend. part. 2. cap. 3. num. 36.* Diximus non deberi, quia ista redemptio, non est noua venditio, sed resolutio, & extinctio primæ venditionis, ex qua extinctione non debetur gabella: si tamen venditio non fuisset à principio facta, cum pacto retrouenditionis, sed cum pacto, ut si emptor eam rem vendere velit, teneatur præferre cunctis aliis emptoribus ipsum venditorem, tunc planè si illam ei vendat, deberetur gabella, quia est noua venditio, nouusque contractus, ut expresse docet Ignatius de Lalarte *de decima vendit. cap. 14. num. 2.* & Molina modo allegatus.

CAPVT XLIV.

Quid sit venditio ad corpus? quid ad mensuram; & an res vendita cum expressione quantitatis, si postea quantitas reperiat maior, censcatur tota vendita solo pretio ab initio constituto.

1. Quæ distinctio sit inter venditionem ad corpus, & ad mensuram.
 2. Venditio ad corpus tunc fit, quando venditur tota res aliqua, qua designatur, ut, vendo tibi hunc agrum, quotquot iugera habet, tanto pretio.
 3. Quid de hac venditione, hoc dolium, quod habet 20 amphoras, an sit tunc dicenda ad corpus, an ad mensuram, & quid si plures habeat.
- Si venditio à mensura incipiat, ut, vendo tibi 20 mensuras

mensuras in tali agro, 20. amphoras ex tali do-
mino, est venditio ad mensuram. ibid.

4. Si venditio incipit à corpore, ut si dicatur: Vendo
tibi talem, vel talem meum agrum, qui habet
20. iugera, vel illud dolium vini, quod habet 20.
amphoras, erit venditio ad corpus.

5. Quomodo id intelligatur.

6. Explicantur multa circa hunc modum vendendi,
C. i. m. 7.

8. Si in legatis, & donationibus liberalibus testator,
aut donator dicat, Dono, vel relinquo tibi om-
nia mea bona mobilia que sunt in tali, vel tali
parte, aut omnia mea bona mobilia absolute, que
valent mille aureis, aut tale meum pradium,
quod valet duo milia aureorum; siue plus, siue
minus valet, totum pertinet ad donatarium,
& legatarium.

8. Idem si dicatur, Dono, vel lego tibi tale meum
pradium, quod habet 20. iugera, siue plus, siue
minus habeat, totum pertinet ad ipsum legata-
rium, & donatarium. ibid.

9. Si dicat, Vendo tibi tale pradium cum colis octo-
ginta, que ibi sunt, si plura dolia inueniantur,
non emptoris, sed venditoris sunt.

Quid si ita dicatur: Vendo tibi tale pradium cum
dolijs ibi existentibus, que sunt octoginta. ibid.

I. **PORTET** valde scire, an res vendatur
ad corpus, an ad mensuram. Nam si ad
corpus venditio fiat, non solum pericu-
culum rei, sicut & commodum, ad emptorem sta-
tim pertinet, sed etiam tota res saltem ex vi con-
tractus solo pretio ab initio conuenta vendita cen-
sebitur, siue maior, siue minor postea inueniatur,
quam ab initio exprimeretur. Si enim venditio
fuerit facta ad corpus, tota res censeatur vendita,
aded vt si res fuerit reperta maioris quantitatis, in
potestate venditoris non sit seruare sibi incremen-
tum illud, sed totum pertineat ad emptorem: si
autem facta fuerit ad mensuram, non censeatur
vendita tota res, sed solum quantitas expressa, &
ideo quod accrescit ultra illam quantitatem, totum
est venditoris, non emptoris, nihil impediens,
quod emptor offerat pro illo pretium simile: ita
Rebellus 2. part. de obligat. iust. quest. 3. sect. 5. Mo-
lina tom. 2. de iust. disp. 363. §. quoniam vero. Co-
uarruias de pract. quest. 9. cap. 3. Pinellus l. 2. C. de
rescind. vendit. p. 3. cap. 2. & alij.

2. Venditio ad corpus tunc fit, cum res venditur
designatione, & expressione quantitatis (idem de
quacumque alia alienatione, & hæc de legatis.) vt
si tibi vendam tale pradium intra tales terminos
contentum quotquot iugera habeat, non designan-
do, aut dicendo, quod habet tot iugera: vel si ven-
dam talem fundum, qui situs est in tali parte, non
dicendo, qui mihi in singulos annos dat tot mensu-
ras; vel si dicam: Vendo tibi hoc dolium vini quor-
quot amphoras habeat; venditio ad mensuram illa
est, in qua dicitur: Vendo tibi tot mensuras tritici
in meo fundo; quem habeo in tali, vel tali loco:
Vendo tibi tot amphoras vini ex tali, vel tali dolio,
tot olei ex illo dolio, aut vaso magno.

3. Tota igitur difficultas est, vtrum si sub hoc de-
monstrationis modo, & sub hac expressione quan-
titatis (vendo tibi hunc agrum decem, v. c. iugera
habentem) vel vendo tibi hoc dolium, quod habet
20. amphoras vini, an dicenda sit venditio ad cor-
pus, an ad mensuram: nam si ad corpus dicen-
da sit, non est dubium, vt notant Rebellus, &
Molina allegati, quin si iustum fuerit venditionis
pretium, & vterque contrahens de æquali plus
Fagúndez, de Iustitia, &c.

minusve quantitate intelligat, velitque in eo du-
bio æquali se fortuna committere, contractum-
que perficere, res tota censeatur vendita, solo
pretio conuento, quamuis postea maiorem, vel mi-
norem quantitatem, plures, vel pauciores mensu-
ras reperiat absque alia obligatione supplendi, vel
minuendi pretium: ita speciatim notauit Rebel-
lus 2. part. de obligat. iustitia, lib. 9. quest. 17. sect. 2.
num. 7. Respondeo in primis ad iudicandum, an illa
venditio, in qua dicitur: Vendo tibi hunc agrum de-
cem iugera habentem. Vendo tibi hoc, aut illud
dolium, quod habet 20. amphoras vini, vel olei: di-
cenda sit venditio ad corpus, an ad mensuram. Do-
ctores tradere duas regulas, quæ necessariò memo-
riæ tradendæ sunt.

Prima est, quando forma verborum contractus
à mensura incipit, censeatur venditionem ad mensu-
ram, non ad corpus: vt si dicatur, Vendo tibi in
agro, quem habeo in tali, vel tali parte, decem
mensuras, decem iugera; vel, Vendo tibi ex hoc
frumenti aceruo decem modios, ex hoc dolio de-
cem amphoras. Si nihil aliud addatur, siue adii-
ciatur, pretium vnus aurei pro qualibet mensu-
ra, siue non adiciatur, & ratio est, quia quan-
tum est ex forma verborum, modoque loquendi,
& sensu verborum, intentio contrahentium inci-
pit à quantitate, vnde si postea res inueniatur ma-
ioris quantitatis, non censeatur res tota vendita, sed
solum, quoad mensuram expressam, & designatam,
& ideo cum incipiat à mensura, & quantitate,
venditio dicitur ad mensuram, non ad corpus. Et
idem dicendum est etiam, si verba transponantur in
hunc modum: ex tali, vel tali agro meo vendo
tibi quinque iugera. Ex tali, vel tali aceruo, vendo
tibi decem mensuras. Ex tali, vel tali dolio, vendo
tibi decem amphoras, quia eundem prorsus sensum
efficiunt. Ex quo similiter fit, vt si plures mensuræ,
aut iugera in agro, vel aceruo inueniantur, non
censeantur vendita. Similiter si dicatur: Vendo ti-
bi hoc pradium pretio decem aureorum pro vno-
quoque iugere, venditio erit ad mensuram, quia
per inde est quoad sensum, & intentionem à con-
trahentibus intentam, ac si à mensura incipiat,
dicantque: Vendo tibi singula iugera huius prædij
pro pretio decem aureorum, quam venditionem
ad mensuram esse constat: ita Rebellus 2. p. lib. 9.
q. 17. sect. 2. num. 10. & Molina tom. 2. var. disp. 367.
§. His prænotatis.

4. Secunda regula est, quando venditio incipit, à
corpore, & non à mensura, tunc dicenda est facta
ad corpus, non ad mensuram: vt si dicam, Vendo
tibi meum agrum intra talia consinia contentum,
qui habet decem iugera; tunc enim eadem vendi-
tione, & pretio totus ager venditus censeatur, &
ad emptorem totus pertinet, etiam si plura iugera in
eo inueniantur, nec ab emptore supplendum est
pretium, si plura forte contineat, nec à venditore
minuendum, si pauciora comperiat habere, quia
æquali se fortuna commiserunt. Intelligendum ta-
men est hoc, quantum est ex forma contractus, &
quoad sensum, & formam verborum. Nam ex alio
capite emptori læso, vel venditori succurri poterit,
vt inoç patebit.

Regula hæc intelligitur à Doctoribus, quando
vnico pretio tota res venditur. Nam si pro singu-
lis iugerebus pretium particulariter assignetur, vt
si dicam, Vendo tibi hunc agrum decem iugera
habentem, pretio duorum aureorum pro sin-
gulis iugerebus, aut pro vnoquoque iugere, tunc
planè venditio erit non ad corpus, sed ad men-
suram, ac proinde si plura inueniantur, au-
gendum

gendum esse pretium, si pauciora, minuendum, iuxta *l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrahend. empt.* Ratio est, quia expressio illa numeri iugerum censetur adhibita ad demonstrandum id, quod venditur; falsa verò demonstratio, nec venditio est, nec legatum, cui apponitur, imminuit. ita text. in *l. falsa demonstratio, ff. de condit. & demonstr.* in his communiter conveniunt Doctores, quos videre poteris in *Couarruua de pract. quest. cap. 3.* & *Pinello 3. part. legis 2. C. de rescind. vend. cap. 2.* Sylvestro *verb. emptio ante 20. questionem, & verb. donatio 1. §. 8.* & ita docet expressè *Rebellus citatus num. 13.*

6. Ab hac tamen regula vltima multi per varias opiniones recesserunt. Paulus enim de Castro *ad leg. 2. C. de pericul. & commod.* asserit quantumcumque venditio à corpore incipiat, & vnico pretio facta sit, supplendum esse ab emptore pretium, si plura in re iugera, quam expressa fuerint, inueniantur. minuendum verò, si pauciora reperiantur. Vtrumque negat *Antonis Gomez tom. 2. var. cap. 2. num. 16.* *Pinellas* autem allegatus, sub ea tantummodo limitatione sententiam *Pauli Castrensis* approbat, vt dicat id verum esse, si magnus excessus iugerum, aut defectus sit; secus, si parcens, tunc enim ait nec emptor, nec venditor, si contra veniant, audiri debent, quia de minimis non curat *Prætor.*

Couarruuias de pract. questionibus, cap. 3. ait quòd quando non ea, quæ fuit expressa, quantitas inuenitur, tunc in fauorem emptoris iudicandum est; ita, vt si maior quantitas inueniatur, non sit ipse compellendus ad augendum pretium, si tamen minor inueniatur, cogendus sit venditor ad minuendum pretium pro ratione defectus. Fundamentum illius est, quia ad venditorem, non ad emptorem, pertinebat cognitio quantatis rei, quæ venditur, & sic ipse venditor sibi imputet, ac tribuat suum errorem.

7. Cæterùm, si hæc secunda regula (quæ est communis) bene explicetur, non erit ab illa recedendum, nec enim negant auctores illius, venditionem non ad corpus, sed ad mensuram, & numerum iugerum esse, si venditor clavis verbis, vel aliis indiciis certum faciat emptorem, in dicto agro non pauciora, quam decem iugera inueniri. Nec etiam negant, si emptor tali mensuratum expressioni inmixtus emat, alioquin non empturus, vel saltem non tanti empturus redhibendam esse rem, vel saltem pretium minuendum, per actionem redhibitoriam, vel quanti minoris; quia vitium, seu defectus rei in quantitate, seu in qualitate non fuerit detectum, imò fuerit suppressum per affirmationem, quod tot numero iugera haberet, cum tamen illa non haberet, qui modus loquendi videtur esse quoddam genus suppressendi veritatem iugerum. Sed illud velle videntur, vt tota res censetur vendita eodem pretio, ita vt nec pretium augeatur, si plus minusve iustum fuerit, etiam si maior inueniatur quantitas, quam expressa sit. Nec similiter minuatur pretium, etiam si minor inueniatur quantitas, quam fuerit expressa, si plus minusve eodem pretio res valeat, quando apparet quòd intentio contrahentium ad totum corpus referatur, & nulla sit mentio de numero, aut mensura; quando autem nulla ratio apparet, ob quam contrahentes magis intentionem suam velint referre ad contractum venditionis ad totum corpus, quam ad quantitatem mensurarum, vt si in contractu dicant: *Vendo tibi hunc agrum decem iugera habentem*, tunc quia pactum est ambiguum in foro externo, dicunt

interpretandum esse contractum in fauorem emptoris contra venditorem, iuxta textum expressum in *l. in contrahenda, ff. de regulis iuris*, vbi habetur quòd contra eum facienda est interpretatio, qui legem apertius dicere potuit, & non dixit, atque aded rem totam solo pretio ab initio constituto venditam fuisse iudicandum esse, & ided quamuis plures reperiantur mensuræ, aut plura iugera, non esse compellendum emptorem ad supplendum pretium, nisi illud sit infra dimidium iusti, in foro externo: in foro verò interno compellendum esse, licet tamen in foro externo non sit compellendus emptor ad supplendum pretium, quantum est expressa forma contractus; ex alio tamen titulo, nempe doli præsumptione, per actionem redhibitoriam quanti minoris compelletur rescindere contractus reddendo pretium, & accipiendo rem.

Regula tamen proposita, quoad legata, & donationes, multo est certior in vtroque foro, soli, & poli. nam in donationibus, legatis, & testamentis cum à corpore incipitur, vt si dicam: *Dono, vel relinquo tibi; siue ante, siue post mortem, omnia mea bona mobilia, quæ mille aureos valent, vel tale prædium, quod centum iugera continet, præsumitur me tibi rem totam donare, vel legare velle, siue plus, siue minus valeat, & siue prædium plura, vel pauciora iugera contineat, & numerum tantum, & valorem appositum fuisse, causa demonstrationis, atque aded in huiusmodi donationibus, legatis, & testamentis expressiones illas pro non adiectis habendas esse, testantur Doctores. ita *Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 17. sect. 1. num. 16.* & constat ex *l. 1. §. 3. ff. de legat. 1. & ex l. falsa demonstratio. ff. de condit. & demonstr.**

Notandum tamen, quòd quando res accessoria venditur cum aliqua principali, si incipias à numero & quantitate quoad accessoriam, quoad principalem verò à corpore, non ad corpus, sed quoad quantitatem accessoriam venditam censeri: vt si dicas: *Vendo tibi tale prædium cum doliis octoginta ibi existentibus, venditio doliolorum ad numerum dicenda erit, vnde si plura dolia reperiantur, non emptoris, sed venditoris erunt: solum enim octoginta, quæ tamen sana sint, emptori tradenda erunt, vt deducitur in *l. penult. §. si dolia, ff. de actionib. emp.* Si verò quoad accessoriam incipiatur à corpore, ac dicatur: *Vendo tibi tale prædium cum doliis, ibi existentibus, quæ sunt octoginta, venditio doliolorum erit ad corpus, atque aded, si plura inueniantur simul vendita censebuntur, nisi aliunde aliud verosimiliter coniciatur. ita *Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 17. sect. 2. à num. 16.***

CAPVT XLV.

De rescissione venditionis ex pacto legis commissoria; quid sit pactum legis commissoriae, & an iustum sit.

1. *Quid sit pactum legis commissoriae, & quomodo fiat.*

Quid pactum de in diem adiectione, ibid.

Pactum legis commissoriae est illud in quo res venditur, sub conditione, vt si pretium tanto tempore non solvatur, res sit inempta. Pactum de in diem adiectione est illud, in quo res venditur

gendum esse pretium, si pauciora, minuendum, iuxta *l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrahend. empt.* Ratio est, quia expressio illa numeri iugerum censetur adhibita ad demonstrandum id, quod venditur; falsa verò demonstratio, nec venditio est, nec legatum, cui apponitur, imminuit. ita text. in *l. falsa demonstratio, ff. de condit. & demonstr.* in his communiter conveniunt Doctores, quos videre poteris in *Couarruua de pract. quest. cap. 3.* & *Pinello 3. part. legis 2. C. de rescind. vend. cap. 2.* Sylvestro *verb. emptio ante 20. questionem, & verb. donatio 1. §. 8.* & ita docet expressè *Rebellus citatus num. 13.*

6. Ab hac tamen regula ultima multi per varias opiniones recesserunt. Paulus enim de Castro *ad leg. 2. C. de pericul. & commod.* asserit quantumcumque venditio à corpore incipiat, & vnico pretio facta sit, supplendum esse ab emptore pretium, si plura in re iugera, quam expressa fuerint, inueniantur. minuendum verò, si pauciora reperiantur. Vtrumque negat Antonis Gomez *tom. 2. var. cap. 2. num. 16.* Pinellas autem allegatus, sub ea tantummodo limitatione sententiam Pauli Castrensis approbat, vt dicat id verum esse, si magnus excessus iugerum, aut defectus sit; secus, si parcens, tunc enim ait nec emptor, nec venditor, si contra veniant, audiri debent, quia de minimis non curat Prætor.

Couarruuias de pract. questionibus, cap. 3. ait quòd quando non ea, quæ fuit expressa, quantitas inuenitur, tunc in fauorem emptoris iudicandum est; ita, vt si maior quantitas inueniatur, non sit ipse compellendus ad augendum pretium, si tamen minor inueniatur, cogendus sit venditor ad minuendum pretium pro ratione defectus. Fundamentum illius est, quia ad venditorem, non ad emptorem, pertinebat cognitio quantatis rei, quæ venditur, & sic ipse venditor sibi imputet, ac tribuat suum errorem.

7. Cæterùm, si hæc secunda regula (quæ est communis) bene explicetur, non erit ab illa recedendum, nec enim negant auctores illius, venditionem non ad corpus, sed ad mensuram, & numerum iugerum esse, si venditor clavis verbis, vel aliis indiciis certum faciat emptorem, in dicto agro non pauciora, quam decem iugera inueniri. Nec etiam negant, si emptor tali mensuratum expressioni innoxius emat, alioquin non empturus, vel saltem non tanti empturus redhibendam esse rem, vel saltem pretium minuendum, per actionem redhibitoriam, vel quanti minoris; quia vitium, seu defectus rei in quantitate, seu in qualitate non fuerit detectum, imò fuerit suppressum per affirmationem, quod tot numero iugera haberet, cum tamen illa non haberet, qui modus loquendi videtur esse quoddam genus suppressendi veritatem iugerum. Sed illud velle videntur, vt tota res censetur vendita eodem pretio, ita vt nec pretium augeatur, si plus minusve iustum fuerit, etiam si maior inueniatur quantitas, quam expressa sit. Nec similiter minuatur pretium, etiam si minor inueniatur quantitas, quam fuerit expressa, si plus minusve eodem pretio res valeat, quando apparet quòd intentio contrahentium ad totum corpus referatur, & nulla sit mentio de numero, aut mensura; quando autem nulla ratio apparet, ob quam contrahentes magis intentionem suam velint referre ad contractum venditionis ad totum corpus, quam ad quantitatem mensurarum, vt si in contractu dicant: *Vendo tibi hunc agrum decem iugera habentem*, tunc quia pactum est ambiguum in foro externo, dicunt

interpretandum esse contractum in fauorem emptoris contra venditorem, iuxta textum expressum in *l. in contrahenda, ff. de regulis iuris*, vbi habetur quòd contra eum facienda est interpretatio, qui legem apertius dicere potuit, & non dixit, atque aded rem totam solo pretio ab initio constituto venditam fuisse iudicandum esse, & ided quamuis plures reperiantur mensuræ, aut plura iugera, non esse compellendum emptorem ad supplendum pretium, nisi illud sit infra dimidium iusti, in foro externo: in foro verò interno compellendum esse, licet tamen in foro externo non sit compellendus emptor ad supplendum pretium, quantum est ex præcisa forma contractus; ex alio tamen titulo, nempe doli præsumptione, per actionem redhibitoriam quanti minoris compelletur rescindere contractus reddendo pretium, & accipiendo rem.

Regula tamen proposita, quoad legata, & donationes, multo est certior in vtroque foro, soli, & poli. nam in donationibus, legatis, & testamentis cum à corpore incipitur, vt si dicam: *Dono, vel relinquo tibi*; siue ante, siue post mortem, omnia mea bona mobilia, quæ mille aureos valent, vel tale prædium, quod centum iugera continet, præsumitur me tibi rem totam donare, vel legare velle, siue plus, siue minus valeat, & siue prædium plura, vel pauciora iugera contineat, & numerum tantum, & valorem appositum fuisse, causa demonstrationis, atque aded in huiusmodi donationibus, legatis, & testamentis expressiones illas pro non adiectis habendas esse, testantur Doctores. ita *Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 17. sect. 1. num. 16.* & constat ex *l. 1. §. 3. ff. de legat. 1. & ex l. falsa demonstratio, ff. de condit. & demonstr.*

Notandum tamen, quòd quando res accessoria venditur cum aliqua principali, si incipias à numero & quantitate quoad accessoriam, quoad principalem verò à corpore, non ad corpus, sed quoad quantitatem accessoriam venditam censeri: vt si dicas: *Vendo tibi tale prædium cum doliis octoginta ibi existentibus*, venditio doliolorum ad numerum dicenda erit, vnde si plura doliia reperiantur, non emptoris, sed venditoris erunt: solum enim octoginta, quæ tamen sana sint, emptori tradenda erunt, vt deducitur in *l. penult. §. si doliia, ff. de actionib. emp.* Si verò quoad accessoriam incipiatur à corpore, ac dicatur: *Vendo tibi tale prædium cum doliis, ibi existentibus*, quæ sunt octoginta, venditio doliolorum erit ad corpus, atque aded, si plura inueniantur simul vendita censebuntur, nisi aliunde aliud verosimiliter coniciatur. ita *Rebellus 2. part. lib. 9. quest. 17. sect. 2. à num. 16.*

CAPVT XLV.

De rescissione venditionis ex pacto legis commissoria; quid sit pactum legis commissoriae, & an iustum sit.

1. *Quid sit pactum legis commissoriae, & quomodo fiat.*

Quid pactum de in diem adiectione, ibid.

Pactum legis commissoriae est illud in quo res venditur, sub conditione, vt si pretium tanto tempore non solvatur, res sit inempta. Pactum de in diem adiectione est illud, in quo res venditur

- 1. ea conditione, ut si alius intra certum tempus maius pretium, aut meliorem emptionem offerat, res non censetur empta. *ibid.*
 - 2. Si huiusmodi pacta sint onerosa emptori, minus valebit res, si sint onerosa venditori, plus valebit.
 - 3. Si venditor intra illud tempus, quo sibi pretium non solvatur, dicat se velle dissolvere contractum, an possit postea cogere emptorem ad standum illo.
 - 4. Fictus emptor, qui maius pretium solvit, non dissolvit contractum.
 - 5. Ancilla sub pacto de in diem adiectione vendita, an dissolvat contractum, si maius pretium pro illa offeratur, cum parit.
 - 6. Vbi appositus est certus terminus ad solvendum, non est necessaria petitio pretii.
 - 7. In pacto de in diem adiectione, etiamsi melior emptio, & maius pretium venditori offeratur, potest venditor stare priori pacto.
 - 8. Quid si emptor ante impletionem temporis assignatis ad solvendum moriatur.
 - 9. Ad quem pertineat fructus medio tempore percepti, si pactum tam de legis commissoria, quam ex vi adiectionis in diem solvatur.
 - 10. Meliore emptione non oblata, vel soluto pretio, tempore assignato, eo ipso absque alia traditione transit dominium in emptorem.
 - 11. Quando res venditur sub conditione, ut si intra annum, &c. pretium offeratur, res non sit empta, oblato pretio statim venditor comparat dominium illi, quin sibi res tradatur.
 - 12. Fructus rei etiamsi emptor illum venditori non tradat, ex tunc pertinent ad venditorem.
 - 13. Quid de fructibus medio tempore. *ibidem.* & numer. 43.
 - 14. In hac venditione vendit sibi hunc agrum, ea conditione, ut si intra annum superveniat talis, vel talis eventus, res sit inempta, de rigore iuris fructus medio tempore pertinent ad venditorem, si eventus contingat, deinde expensis, & estimatione laboris, & industria emptoris.
 - 15. Quid ex benigniori interpretatione Neratij Iurisconsulti.
 - 16. Quando res venditur cum pacto retrovenditionis, fructus medio tempore pertinent ad emptorem.
 - 17. Quid quando pactum legis commissoriae, aut de in diem adiectione celebratur verbis directis, & indirectis, ad quem pertineant tunc fructus. Et quid tunc de dominio rei. *ibid.* & numer. 18. & 19.
 - 18. An ex reservatione contractus legis commissoriae, aut ex pacto de in diem adiectione, debeatur nota gabellae.
1. **P**ACTUM legis commissoriae est illud, in quo res venditur sub conditione, ut si pretium tali tempore non solvatur, res sit inempta & tunc fit, quando aliquid alicui venditur, appposito pacto, ut si intra annum, vel intra tantum, vel tantum tempus pretium non solvat, res sit non vendita: ita Guitotius Placentinus in tract. de contract. iuratis. cap. 33. numer. 1. Molina tom. 2. disp. 314. & 378. in fine. Pactum vero de in diem adiectione, est illud, in quo res venditur, ea conditione, ut si alius intra certum tempus maius pretium, aut meliorem emptionem offerat, res non sit empta: ita habetur in l. 1. ff. de in diem adiectione, & utriusque modum contrahendi licitum, & consuetum esse, est communis Doctorum sententia, patetque ex l. Sabinus. ff. de in diem adiectione. ibi, Sabinus scribit licere venditori meliorem conditionem oblatam adhaerere, & sequi primam, quae meliorem, & ita utimur. Est tamen haec differentia inter pactum legis commissoriae in pignoribus, & in contractu emptionis & venditionis, quod in pignoribus pactum legis commissoriae, est illicitum, iuxta textum in l. 1. & 3. C. de pactis pignori. & l. 12. tit. 13. part. 5. secus in contractu de emptione, & venditione, ut patet ex l. commissoria, C. de pactis inter emptorem, & venditorem, & l. 38. tit. 5. part. 5. Et ratio est, primo, quia communiter venditio fieri solet pro iusto pretio, non ita vero oppignatio, quae frequentius solet fieri pro multo minori pretio, quam res valeat. Et licet aliquando contrarium contingat, tamen rarissime id contingit, & leges adaptantur ad ea, quae frequentius contingunt: iuxta legem, nam ad ea, ff. de legibus. Quare cum pignus frequentius pro multo minori pretio fieri solet, inde est, quod praedictum pactum valeat in venditionibus, & non valeat in pignoribus, alioquin enim multo deciperentur debitores. Secundo, quia tale pactum in pignoribus videtur favore usuris, cum eo tendat, ut creditor aliquid usuris forem consequatur: ita Antonius de Fano de pignori. lib. 4. part. principali, in principio, numer. 2. & Contrarias lib. 3. variarum, cap. 2. numer. 7. Ex dictis sequitur primo, si res casu pereat, petitio venditori, ut statim dicam in tertia conclusionem. Sequitur secundo, cum pactum & conditio illa apponitur in favorem venditoris, & onus afferat emptori: quatenus ait, ut res non sit vendita, si alius intra tale, vel tale tempus maius pretium offerat, rem tanto minus esse vendendam, quantum onus illud, quod emptori apponitur, aestimatur, tamen minus valet cum onere, quam sine illo. Sequitur tertio, non reddito pretio intra tempus assignatum in potestate esse venditoris tempore postea vendere, aut non vendere, & dissolvere, aut non dissolvere contractum, prout maluerit: siquidem res tunc perinde manet, ac si non esset vendita, & sicut a principio, in arbitrio illius erat rem vendere, aut non vendere: ita & modo est, conditione tamen melioris pretii oblata, tenetur priorem emptorem admonere, an velit ad illud ascendere, ut constat ex textu in l. necesse, ff. de in diem adiectione, ibi, Necesse autem habebit venditor, meliori conditione oblata, priorem certiorum factum emptorem, si id quod alius addidit, ipse quoque adhaerere possit. Ita Molina tom. 2. de iust. disp. 378. & sequitur ex l. 2. & 5. & l. cum, qui in principio, & l. Sabinus, ff. de in diem adiectione.

Sequitur quarto, si venditor intra illud tempus, in quo sibi pretium non solvitur, semel dicat, se velle dissolvere contractum, non posse deinceps cogere emptorem, ut sibi pretium solvat, sicut animadvertit Molina tom. 2. de iustitia, disp. 378. §. conueniunt. & probat ex multis iuribus, quae congerit. Si autem semel pretium petat, aut partem illius, non poterit deinceps contractum dissolvere; poterit vero emptor pacto non impleto, statim cogere venditorem, ut dicat, quid eorum potius eligat, ut disponunt iura, quae affert Molina duo §. conueniunt, & patet ex l. necesse, allegata.

Notabis tamen, si adhibito pacto de in diem adiectione supponatur emptor fictus, qui maius pretium, aut meliorem emptionem offerat, id non satis esse ad dissoluendum contractum: ita habetur in l. cum, qui. §. cum igitur, ff. de in diem adiectione. Quamuis autem emptor verus pretium non augeat,

1.

2.

3.

4.

- si tamen quacumque ratione offeratur melior emptio venditori, discedere poterit venditor à contractu, si sub pacto, & conditione melioris emptio- nis celebratus fuit, ita habetur *in dict. l. cum qui*, §. *ut iuncta lege sequenti*, & ita docet Molin. tom. 2. *disp. 378. §. illud observa.*
5. Quando autem ancilla sub pacto de in diem adiectione venditur, & post venditionem parit, meliorque emptio ob fructum partus offertur, tum dissolui non potest contractus, quia melior illa emptio, non est circa rem ipsam venditam, sed circa fructum, & rem diuersam, tametsi à re vendita profecta sit, ita Molina citatus, & habetur *in l. si res*, ff. *de in diem adiect.* Si verò venditis duabus rebus, ut duobus mancipiis, vnum periret, meliorque emptio circa alterum offerretur, quam sit illa, pro qua vtrumque venditum fuit, dissolui poterit contractus, ut sumitur ex *l. si ex duobus*, ff. *de in diem adiectione*, ut docet Molina citatus. His notatis, sit
6. Prima conclusio, in lege commissoria, ut emptor dicatur non impleuisse pactum, satis est, si intra statutum tempus non obtulerit venditori pretium, neque enim est necesse, ut venditor illud petat, ubi enim appositus est certus terminus, non est necessaria interpellatio, iuxta Bartolum, & Doctores ad *l. si fundus*, ff. *de leg. commissor.* quia tempus interpellat pro venditore; si tamen emptor intra præscriptum tempus pretium offerat, & non reperiat, cui illud tradat, non dicitur fuisse pactum transgressus: ita habetur *in l. si fundus*, §. *ultim. ibi*, quod *si non habeat, cui soluat, posse securum esse*, & idem statuitur *in l. ultim. ff. de leg. commissor.* Solet etiam in leg. commissoria adhiberi aliquando pactum, ut si emptor intra certum tempus pretium non soluat, non solum res sit non empti, sed etiam, ut venditor possit illam alteri vendere, & quod si eam minori pretio vendat, debeat admonere priorem emptorem, an rem eo pretio velit, & huiusmodi pactum validum est, ut sumitur ex *l. si fundus*, ff. *de leg. commissor.* §. *ultim. ibi*, *In commissoria etiam hoc solet inueniri, ut si venditor eundem fundum venderet, quanto minoris vendiderit, id à priore emptore exigat.* Et addit glossa *in verb. exigat*, quod licet expressè partes ita non contrahant, tacitè tamen ita videntur contrahere & convenire, cum hoc in consuetudine positum sit. Et id probat ex *l. quod si nolit*, ff. *de adilit. edict.* §. *quia assidua*, docetque Molin. tom. 2. *disp. 378.*
7. Secunda conclusio, si in pacto de in diem adiectione venditio facta fuerit, veres empti sit, si intra certum tempus melior venditio non offeratur, bene potest venditor, etiam si illa melior venditio offeratur, stare priori, & illam sequi tamquam sibi meliorem, & valebit prior emptio, ac si ista secunda melior nunquam fuerit oblata. Fundamentum est, quia tota ea conditio appositae fuit in favorem venditoris, & quisque potest cedere favori suo; si tamen nominatim in contractu expressum sit, ut licitum sit emptori à contractu recedere, oblata meliori venditione tunc dissolvetur emptio volente illo à contractu recedere, etiam si venditor nolit ab ea recedere. Et ratio est, quia tunc illa conditio, quod scilicet, emptori licitum sit à venditione recedere, oblata meliore venditione, tota fuit posita in favorem emptoris, quem non potest cogere venditor, ut in contractu persistat, volente persistere venditore in illo. ita expressè habetur *in l. Sabinus*, ff. *de in diem adiectione*, docet glossa *ibi*, in figuracione casus. Molina tom. 2. *de iust. disp. 378. §. in pacto*, & fundamentum huius rei do-
- sumitur ex dispositione *leg. penult. C. de pactis*, in qua dicitur posse quemquam renuntiare, & non renuntiare iis, quæ pro se introducta sunt; quare cum vna conditio introducta sit pro favore venditoris, & altera pro favore emptoris, potest venditor renuntiare favori suo, & emptor non renuntiare, sed persistere in illo.
8. Sed quid si vendatur aliquid cum pacto de in diem adiectione, & venditor ante tempus assignatum moriatur, & careat heredibus, qui intra hoc tempus hereditatem adcant, & alius emptor meliorem offerat conditionem? Respondeo, prædium manere emptum priori emptori, non obstante tali oblatione meliori oblata, ut deciditur *in l. si prædium*, ff. *de in diem adiectione*, & docet Molina tom. 2. *de iust. disput. 378. §. quando aliquid*. Et ratio est ea, quæ datur in præfata lege *si prædium*, quia ea melior conditio oblata, quæ domino placeat, iam intelligi non potest, cum is, qui vendidit, moritur, & non existit, nec habet heredes, qui loco illius conditionem acceptant.
9. Tertia conclusio, si contractus tam ex vi legis commissoriae, quam ex vi pacti de in diem adiectione, dissoluatur, fructus medio tempore percepti ad venditorem pertinent. Ratio est, quia tunc perinde se habet res vendita, ac si nunquam fuisset empti, & redit ad suam priorem statum; ante venditionem autem venditori fructificabat, non emptori; ergo & modo constabit hoc amplius ex iis, quæ dicemus infra num. 17. Tenetur tamen emptor, si res illa, culpa ipsius reddatur deterior, aut pereat de æstimatione peritionis, & deteriorationis: ita disponitur *in l. si fundus*, *in principio*, ff. *de leg. commissoria*, & *in l. 38. tit. 5. part. 5.* docet Molina tom. 2. *de iust. disp. 378. §. conveniunt deinde*. Si autem pereat, aut deterior fiat, sine culpa emptoris, perit venditori, cui fructificabat. Item quando in contractu de in diem adiectione, res primo emptori conceditur, non quod venditor prior emptionem eligat, sed quod offerente alio meliorem emptionem, primus emptor, si rem velit, debet augere pretium usque ad pretium de novo oblatum ab alio, aliàs illi non conceditur, & tunc fructus medij tempotis, si res dissoluatur, pertinent etiam ad venditorem, nisi aliud in pactum deductum fuerit, ita habetur *in l. item quod*, §. *ultim. ff. de in diem adiectione*, cum duabus sequentibus. Ratio est, quia eo ipso, quod alius plus obtulit, rescisa fuit emptio prima, & ab ea recessum est.
10. Quarta conclusio, secunda conditio, ex qua venditio rescinditur, & meliori emptione non oblata, vel soluto pretio intra tempus assignatum, eo ipso absque alia traditione dominium retransit in primum emptorem, competitque ei vindicatio rei cum fructibus illius, ad cuiuscumque potestatem illa devenit: siue rescindatur ex pacto legis commissoriae, siue ex pacto adiectionis in diem, quod attinet ad pactum legis commissoriae, patet ex ipsa *l. commissoria*, *C. de pactis inter emptorem, & venditorem*, docent Antonius Gomez tom. 2. *var. cap. 2. num. 30.* & Molina tom. 2. *de iust. disput. 378.* Quod autem attinet ad pactum de in diem adiectione, colligitur ex *l. si quis hac*, *in principio*, ff. *de rei vindicat.* & ex *l. idem Iulianus*, §. *sed & Marcellus*, ff. *de in diem adiectione*, ubi habetur, si qui rem emptam habet cum pacto de adiectione in diem, illamque tradit alteri in pignus, & postea rescisus sit contractus, ob meliorem venditionis oblationem venditori datam, continuo desinere rem habere onus pignoris, unde colligit ibi Iuliusconsultus Iulianus fuisse primum emptorem dominum

10. nium restituitur, & que ad illud tempus, quo non fuit oblata meliore emptio venditori, & ob id potuisse illam pignori obligare, illique convenisse conditiones omnes veri domini pro illo medio tempore, quatum multa adnumerantur in dist. 2. in fine ff. de an. diem adiectione. Sed sicut dominium pro illo tempore illi competebat reuocabiliter, & dependentiter ex conditionibus appolitis in contractu, & ex oblatione melioris emptionis, ita cetera simili modo reuocabiliter illi competeabant.

11. Hinc iam multa emergunt dubia. Primum est, utrum quando res sub hac forma venditur: *Vendo tibi hoc praedium viginti aureis, ea conditione, ut si intra annum restitueris tibi pretium, res non sit empti: au. tunc restitueris, aut oblato pretio inera annum, comparet venditor statim dominium rei, quamvis emptor illam ei non tradat, quemadmodum comparatur, quando ex pacto legis commissoriae, aut ex pacto de in diem adiectione venditio rescinditur, ut supra diximus num. praecedenti.* Respondeo non comparari: ita late Antonius Gomez tom. 2. variarum, cap. 2. num. 30. Molin. tom. 2. de iustit. disput. 378. §. 2. utrum autem communem hanc opinionem esse testatur Couarruias lib. 3. variarum, cap. 8. num. 2. sed ille cum alijs, quos citat, contrariam sequitur. Opinio tamen Antonij Gomez, & Molinae est probabilior, & ratio est, quia regula est generalis, quam varia iura statuunt, neque per contractum, neque per dissolutionem rescisionemque illius comparari dominium rei absque traditione illius, à qua solum sunt excipiendi ij tantummodo casus, qui in iure excipiuntur: in iure autem nullibi reperitur in praefata venditionis forma dominium comparari absque traditione rei, sicut reperitur comparari, quando ex pacto legis commissoriae, aut de in diem adiectione, venditio dissolvitur. Afferit Couarruias ad confirmandum suam opinionem, textum in *voluntate ff. quibus modis pignus, vel hypotheca, &c.* Sed plane hic textus illam non probat; loquitur enim hic textus solum de pignore, & in ea tantum habetur, si creditor legitime pignus vendat, aut alius de licentia domini rem alienam vendat, & venditio ex partium consensu dissolvatur, redire statim dominium pignoris, & rei alienae ad debitorem, unde perspicuum est textum, quem affert, non loqui de quacumque rescissione, aut dissolutione contractus, ex qua iterum dominium rei empti absque traditione acquiratur, sed tantum de rescissione, & dissolutione contractus venditionis de pignore, & rei alienae venditae de licentia domini, ex qua rescissione comparatur dominium absque traditione, ex sola & praecisa contractus dissolutione, ut late probant Molina & Gomez inducti.

12. Hinc etiam primum est intelligere, si venditor restituat pretium, iuxta pactum antecedens legis commissoriae, aut de in diem adiectione, emptor vero rem non tradat, pretiumque accipiat, fructus rei pertinere ad venditorem, non ad emptorem, quia cum ille careat fructu pecuniae oblati, & ab emptore acceptae, non apparet ratio, ob quam fructibus etiam rei careat. Fructus autem medij temporis, id est, illi, quos res peperit intra tempus, quo pretium non fuit redditum, aut oblatum, etiam ad venditorem pertinent, quando dissolvitur contractus, quia à principio sub ea conditione venditionis contractus fuit celebratus, ut, si pretium intra tale, vel tale tempus redderetur, res ita maneret, ac si nunquam fuisset empti: si autem nunquam empti fuisset, venditori fructificaret. Ergo, & illi etiam toto eo tempore, quo pretium illius

Fagundes de iustitia, &c.

non fuit oblatum, fructificaret, maxime, quia licet non interuenit pactum de retrouendendo, ut interim dum res non redimeretur, emptori fructificaret, sed interuenit pactum legis commissoriae, aut de in diem adiectione, ut quoties offerretur pretium, res inempta censeretur, ita & optimè Molina tom. 2. de iustit. disput. 378. §. ut autem quando.

13. Dices, quod igitur interesse accepit emptor ex tali emptione, si cum rem emit, sub eo pacto, & conditione tenetur illam reddere cum omnibus illius fructibus medio tempore perceptis, dum ei pecuniam suam non redditur: ille enim tradidit venditori pretium, siquidem illud ei venditor reddidit, profectò nullum, & sic perdidit utilitatem pecuniae, & fructus rei; potius ergo diceretur hic modus contrahendi simplex mutuum cum pignore, & assecuratione mutui, quam venditio? Respondeo, accipere emptorem non exiguum commodum, inuolumentum, & interesse ex tali modo emptionis. Primum est, ut si ei pretium intra tempus assignatum non offeratur, res maneat sua cum fructibus ipsius toto illo tempore perceptis, quo ei pretium oblatum, redditum non fuit. Secundum est potuisse illum à principio ipsos fructus deducere in pactum, & hoc sufficit, praeter alias utilitates extrinsecas, quae hic considerari possunt, ut quia res illa eo modo empti est propè agros emptoris, & iam per illum emptionis modum acquirat non exiguam spem habendi illam, ut de se patet.

14. Ut autem manifestè scias, ad quem pertineant fructus medij temporis in contractibus venditionis, sciendum est, quòd aut contractus dissolvitur ex causa de praeterito, ut cum res vendita post celebratum contractum inuenitur fuisse vitiosa tempore celebrationis ipsius. In quo euentu iam supra ostendimus, dari actionem redhibitoriam ad dissolvendum contractum, quando vitium, & error, seu ignorantia illius dedit causam contractui, & emptor rem non esset empturus, si illud cognouisset, & tunc quidem fructus medij tempore percepti ad venditorem spectant, non ad emptorem, eo quòd contractus à principio nullus fuerit, & inuoluitur: ita docent communiter Doctores, Molina tom. 2. de iustit. disput. 377. §. praetermissis, & disp. 353. & id aperte statuitur in l. quod si nolit, §. si quid ita ff. de adilit. edilit. & affirmat Couarruias lib. 3. variarum, cap. 9. num. 1. & multi quos ipsi citant, & nos iam id supra late docuimus. Aut dissolvitur ex causa de futuro, ut ex pacto quòd in futurum contractus venditionis dissolui possit: & tunc distinguendum est cum Medina quasi. ut. de usuris, &c.

15. Nam duobus modis apponi potest tale pactum in contractu emptionis, & venditionis. Prò, ut superueniente re aliqua, res habeatur pro non vendita, & contractus ita habeatur, ac si nunquam fuerit celebratus, ut si intra annum tibi reddidero pretium, res sit non vendita, & contractus non celebratus. Altero, ut res illa redimatur, redimere possit in pigno euentu, quia contractus ex voluntate, & consensu expresso contrahentium, censeretur nunquam celebratus, aut factus, fructus medij temporis pertinent ad venditorem, ut iam diximus, nihil impediente, quòd res toto eo tempore fuerit emptoris, si illi fuit tradita; & idè, si contractus in hac forma celebratus fuerit: *Vendo tibi hanc rem 100. aureis, ea lege, & conditione, ut si intra duos menses, vel annos, meliorem inueniero venditionem, res sit non empti: si contractus propter meliorem venditorem dissolvatur, fructus medij tempore percepti pertinent ad venditorem, non*

ad

CAPVT XLVI.

Vtrum venditor possit sibi percipere fructus rei venditæ, donec sibi soluat pretium conuentum.

- 1 De fructibus rei empta, ad quem pertineant, quibus locis late egimus.
- 2 Couarruias existimauit tam diu deberi fructus rei empta venditori, quamdiu ei pretium non soluitur.
- 3 Fructus pendentes in re, que emitur, nisi aliter conuentum sit, ad emptorem pertinent.
- 4 Vbi emptor pretium soluit venditori, fructus, & eorum incrementa ad emptorem pertinent. Si venditor sit in mora tradendi rem post receptum, vel oblatum pretium, tenetur ille emptori non solum ad omnes fructus rei, sed etiam ad omne interesse inuincum, & huiusmodi interesse est, quando plures fructus emptor ex re fuisset percepturus ordinaria diligentia, licet emptor nullos perceperit. *ibid.* Quid si res tunc fiat deterior. *ibid.*
- 5 Quid de interesse extrinseco, quando scilicet, venditor rem esset venditurus alio in loco, ubi res plus valebat.
- 6 Quid si emptor nec soluit, nec obtulit pretium, nec venditor de illo ei fidem habuit. Tunc de iure communij fructus pertinent ad venditorem. *ibid.*
- 7 Usura recompensatoria sunt licita, non usura lucratoria & ex mutuo.
- 8 Quid si emptor solum soluit dimidium pretij, vel tertiam partem illius.
- 9 Quoties venditor rem tradit emptori, habita fide de pretio toties dominium rei empta statim ad emptorem transit, & fructus rei ad illum pertinent, sine ulla compensatione. Quid si aliter conuentum, & stipulatum sit. *ibid.*
- 10 Possunt venditores aliter stipulari.
- 11 Quid si domum, vel predium tibi vendam, non habita fide de pretio soluendo, nec dilatione concessa.
- 12 Si vendam tibi domum, vel predium mille aureis, v. c. an possim in pactum deducere, vt comestam fructus elocationis, quoadvsque inueniam aliam proprietatem aequali valoris, deposito interim pretio dum predicta res non inuenitur, & num. seqq. vsque 15.
- 13 Soluuntur, & proponuntur aliqui casus quotidiani in hac materia, & n. 14. & 15.

QUAMVIS lib. 1. huius tractatus, cap. 26. & lib. 1. de contractibus in genere, late egimus de fructibus rei emptæ, ad quem pertineant, quibus in locis satis etiam dubium tantum in hoc titulo explicauimus. Hic tamen, quia proprius locus est illius, summam, ne quid desit lectori, & ne illi molesti simus, ea, quæ ad hunc titulum pertinent, attingemus.

Couarruias lib. 3. variar. cap. 4. num. 4. & alij absolute affirmant, tamdiu venditori deberi fructus rei venditæ, etiam post venditionem natos, quamdiu emptor pretium non soluit, vt de si res,

inquitur, à venditore tradatur, & emptor, qui nondum pretium soluit, illius fructus percipiat, teneatur ille eos pecunia, vel re alia compensare, quia quamuis emptor non sit in mora pretium soluendi, eo quod concessum ei fuit tempus ad soluendum; nihilominus interim dum pretium non soluit, semper fructus ad venditorem pertinent, probant id ex l. curabit. C. de act. empt. vbi dicitur, Curabit Praeses Provincia compellere emptorem, qui nactus possessionem fructus percipit, partem pretij, quod pene se habet, cum vsuræ restituere, quas perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor, licet nulla mora intercesserit, generauit, quod Couarruias, & alij intelligunt de vsuris, non lucratioris, quæ illicitæ sunt; sed de vsuris compensatoriis fructuum, quos venditor percipere debuisset. Probant rursus ex l. iulianus 14. §. ex vendito. ff. de actionib. empt. vbi dicitur, Cum re emptor fruatur, æquissimum est cum vsuræ pretium pendere. hoc est, cum estimatione fructuum. Probant denique ex ratione, quia nulla æquitas, nulla ratio patitur, vt venditor careat pretio, & fructus rei suæ, & emptor utraque se potiatur. Hæc sententia est valde probabilis, quia & textus, & rationem congruentem pro se habet, licet Petrus Navarra lib. 3. de rest. cap. 2. n. 157. & alij illam improbabilem iudicent, & non solum procedit in foro soli, sed etiam in foro poli; sed nos quomodo id intelligendum sit per conclusiones decidemus.

Statuo ergo primò, fructus, qui tempore emptionis pendentes in re vendita, quoad valorem, quem tunc habent, ad emptorem pertinent, nisi aliter conuentum fuerit inter contrahentes partes. hæc est omnium communis, teste Antonio Gomez tom. 1. variarum. cap. 2. num. 11. Couarruias lib. 1. variar. cap. 15. num. 1. Lessio tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 13. num. 100. habetur expressè l. iulianus. §. si fructibus, ff. de actionibus empt. ibi. Si fructibus iam maturis ager distractus sit, etiam fructus emptori cedere, nisi aliud conuentum sit, exploratum est. Estque huius rei ratio, quia fructus pendentes censentur partes rei emptæ, proindeque simul cum re emuntur, pretio conuento. Dixi quoad valorem, quem tunc habent, quia valor, qui illis accrescit, acceditque postquam res empta fuit, ad emptorem sine dubio pertinet, veluti si emas vineam in flore, fructus qui crescendo sunt, sunt effectus rei à te emptæ, ac proinde ad te sine dubio pertinent; & si sunt partes rei, sunt partes rei iam factæ tuæ per emptionem, & ex tua pullulant, & nascuntur.

Statuo secundò, simul, ac emptor pretium dedit venditori, ita omnes fructus, qui post factam venditionem nascuntur, horumque incrementa pertinent ad emptorem, vt si venditor sit in mora tradendæ, teneatur ille emptori ad omne interesse inuincum, & huiusmodi interesse est, quando plures fructus emptor ex re fuisset ordinaria diligentia percepturus, si eam venditor ei tradidisset. Huiusmodi etiam interesse est quando res deterior facta est apud venditorem, qui eam non tradidit, & tamen si apud emptorem fuisset, non fuisset facta deterior: aut, quando non fuit quidem facta deterior apud venditorem, quia tamen venditor eam non tradidit, amisit emptor opportunam occasionem, illam cum lucto alienandi. Fundamentum est, quia oblato, ac dato pretio, ita impletus est contractus ex parte emptoris, vt qualibet deinde data mora ex parte illius, ipsi, & non emptori sit nocua. patet ex l. 1. ff. de eo, quod certo loco & sine, & ex reg. mora, de reg. ius. in 6. docet Syll

CAPVT XLVI.

Vtrum venditor possit sibi percipere fructus rei venditæ, donec sibi soluat pretium conuentum.

- 1 De fructibus rei empta, ad quem pertineant, quibus locis late egimus.
- 2 Couarruias existimant tam diu deberi fructus rei empta venditori, quamdiu ei pretium non soluitur.
- 3 Fructus pendentes in re, que emitur, nisi aliter conuentum sit, ad emptorem pertinent.
- 4 Vbi emptor pretium soluit venditori, fructus, & eorum incrementa ad emptorem pertinent. Si venditor sit in mora tradendi rem post receptum, vel oblatum pretium, tenetur ille emptori non solum ad omnes fructus rei, sed etiam ad omne interesse inuincum, & huiusmodi interesse est, quando plures fructus emptor ex re fuisset percepturus ordinaria diligentia, licet emptor nullos perceperit. *ibid.* Quid si res tunc fiat deterior. *ibid.*
- 5 Quid de interesse extrinseco, quando scilicet, venditor rem esset venditurus alio in loco, ubi res plus valebat.
- 6 Quid si emptor nec soluit, nec obtulit pretium, nec venditor de illo ei fidem habuit. Tunc de iure communij fructus pertinent ad venditorem. *ibid.*
- 7 Usura recompensatoria sunt licita, non usura lucratoria & ex mutuo.
- 8 Quid si emptor solum soluit dimidium pretij, vel tertiam partem illius.
- 9 Quoties venditor rem tradit emptori, habita fide de pretio toties dominium rei empta statim ad emptorem transit, & fructus rei ad illum pertinent, sine ulla compensatione. Quid si aliter conuentum, & stipulatum sit. *ibid.*
- 10 Possunt venditores aliter stipulari.
- 11 Quid si domum, vel predium tibi vendam, non habita fide de pretio soluendo, nec dilatione concessa.
- 12 Si vendam tibi domum, vel predium mille aureis, v. c. an possim in pactum deducere, vt comestam fructus elocationis, quoadvsque inueniam aliam proprietatem aequalis valoris, deposito interim pretio dum predicta res non inuenitur, & num. seqq. vsque 15.
- 13 Soluuntur, & proponuntur aliqui casus quotidiani in hac materia, & n. 14. & 15.

QUAMVIS lib. 1. huius tractatus, cap. 26. & lib. 1. de contractibus in genere, late egimus de fructibus rei emptæ, ad quem pertineant, quibus in locis satis etiam dubium tantum in hoc titulo explicauimus. Hic tamen, quia proprius locus est illius, summam, ne quid desit lectori, & ne illi molesti simus, ea, quæ ad hunc titulum pertinent, attingemus.

Couarruias lib. 3. variar. cap. 4. num. 4. & alij absolute affirmant, tamdiu venditori deberi fructus rei venditæ, etiam post venditionem natos, quamdiu emptor pretium non soluit, vt de si res,

inquitur, à venditore tradatur, & emptor, qui nondum pretium soluit, illius fructus percipiat, teneatur ille eos pecunia, vel re alia compensare, quia quamuis emptor non sit in mora pretium soluendi, eo quod concessum ei fuit tempus ad soluendum; nihilominus interim dum pretium non soluit, semper fructus ad venditorem pertinent, probant id ex l. curabit. C. de act. empt. vbi dicitur, Curabit Praeses Provincia compellere emptorem, qui nactus possessionem fructus percipit, partem pretij, quod pene se habet, cum vsuræ restituere, quas perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor, licet nulla mora intercesserit, generauit, quod Couarruias, & alij intelligunt de vsuris, non lucratioris, quæ illicitæ sunt; sed de vsuris compensatoriis fructuum, quos venditor percipere debuisset. Probant rursus ex l. iulianus 14. §. ex vendito. ff. de actionib. empt. vbi dicitur, Cum re emptor fruatur, æquissimum est cum vsuræ pretium pendere. hoc est, cum estimatione fructuum. Probant denique ex ratione, quia nulla æquitas, nulla ratio patitur, vt venditor careat pretio, & fructus rei suæ, & emptor utraque se potiat. Hæc sententia est valde probabilis, quia & textus, & rationem congruentem pro se habet, licet Petrus Navarra lib. 3. de rest. cap. 2. n. 157. & alij illam improbabilem iudicent, & non solum procedit in foro soli, sed etiam in foro poli; sed nos quomodo id intelligendum sit per conclusiones decidemus.

Statuo ergo primò, fructus, qui tempore emptionis pendunt in re vendita, quoad valorem, quem tunc habent, ad emptorem pertinent, nisi aliter conuentum fuerit inter contrahentes partes. hæc est omnium communis, teste Antonio Gomez tom. 1. variarum. cap. 2. num. 11. Couarruias lib. 1. variar. cap. 15. num. 1. Lessio tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 13. num. 100. habetur expressè l. iulianus. §. si fructibus, ff. de actionibus empti. ibi. Si fructibus iam maturis ager distractus sit, etiam fructus emptori cedere, nisi aliud conuentum sit. exploratum est. Estque huius rei ratio, quia fructus pendentes censentur partes rei emptæ, proindeque simul cum re emuntur, pretio conuento. Dixi quoad valorem, quem tunc habent, quia valor, qui illis accrescit, acceditque postquam res empta fuit, ad emptorem sine dubio pertinet, veluti si emas vineam in flore, fructus qui crescendo sunt, sunt effectus rei à te emptæ, ac proinde ad te sine dubio pertinent; & si sunt partes rei, sunt partes rei iam factæ tuæ per emptionem, & ex tua pullulant, & nascuntur.

Statuo secundò, simul, ac emptor pretium dedit venditori, ita omnes fructus, qui post factam venditionem nascuntur, horumque incrementa pertinent ad emptorem, vt si venditor sit in mora tradendæ, teneatur ille emptori ad omne interesse inuincum, & huiusmodi interesse est, quando plures fructus emptor ex re fuisset ordinaria diligentia percepturus, si eam venditor ei tradidisset. Huiusmodi etiam interesse est quando res deterior facta est apud venditorem, qui eam non tradidit, & tamen si apud emptorem fuisset, non fuisset facta deterior: aut, quando non fuit quidem facta deterior apud venditorem, quia tamen venditor eam non tradidit, amisit emptor opportunam occasionem, illam cum lucto alienandi. Fundamentum est, quia oblato, ac dato pretio, ita impletus est contractus ex parte emptoris, vt qualibet deinde data mora ex parte illius, ipsi, & non emptori sit nocua. patet ex l. 1. ff. de eo, quod certo loco & sine, & ex reg. mora, de regul. iur. in 6. docet Syll-
V v 4 uester

deducere, vt soluas mihi pretium vsus domus, vel equi, aut etiam operatum serui, donec mihi satisfacias dato emptionis pretio.

11. Sequitur secundò, si domum tibi vendam, non habita fide de pretio, teneri te soluere vsuras pretij conuenti, etiam si in pactum id non deduxerim, quia censeri esse in mora; mora autem sua cuiuslibet est nociua, *reg. mora, de regul. iur. in 6.* & id iam probauimus *num. 4.*
12. Sequitur tertio, si vendam tibi domum mille aureis, posse me stipulari, in pactumque deducere, vt etiam si mihi offeras pretium, percipiam nihilominus fructus elocationis, donec inuenta fuerit alia res frugifera, quæ pretio comparetur, relicto intentione pretio in deposito, vel apud emptorem, vel prout emptori magis placuerit, ita Lessius *tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dub. 13. num. 108.* Molina *tom. 2. de iustitia, disp. 368.* Et ratio est, quia possum vendere meam rem frugiferam, ea conditione, vt non fiat traditio antequam alia res frugifera inuenta fuerit, quam pro eodem pretio emam, & postea possum facere alium contractum, in quo emptori tradam rem, & in illum transferam dominium illius, & ius percipiendi fructus ex ea, ea conditione, vt tam pretium rei venditæ, quam fructus illius, seu pensio annua in deposito sint, & ad venditorem pertineant, quoad vsque rem aliam inueniam, quæ exæquet fructus illius.
13. Statuo quinto, quoties venditor absque alio pacto transfuit dominium rei in emptorem, habens pretium pro soluto, concessit ei terminum ad soluendum, toties potest emptor, etiam si post terminum datum, in mora sit soluendi pretium, non modo de iure Cæsareo, vt superiori conclusione diximus; sed in foro etiam conscientie sibi reseruare fructus rei emptæ, quin iuxta fructuum valorem, teneatur in conscientia compensare vsuras pretij conuenti; ita docet Couarruias *lib. 3. var. cap. 4. num. 5. corollario 5.* Molina *dicta disp. 368.* & Lessius citatus, qui bene hinc inferunt, venditorem in hoc casu solum posse exigere luerum cessans, damnumque emergens, quia nimirum hoc virtute mutui tempore debito ei non persoluitur. Et ratio huius rei est, quia, vt supra diximus, venditor in illo casu pro vtroque foro soli, & poli renunciare censetur priuilegio de vsuris compensatoriis accipiendis.
14. Statuo sexto, quando emptor nec pretium soluit, nec obrulit, nec venditor ei fidem de pretio habuit, tunc si nihil deductum est in pactum circa fructus percipiendos, peracto venditionis contractu, licet ius Cæsareum oppositum statuatur, omnes tamen fructus rei emptæ in foro conscientie ad emptorem pertinent, ita Syluester *verb. usura 2. quest. 11. dub. 13. num. 109.* cum Sancto Bernardino Senensi, Rosella, Archidiacono, & alijs, quos citat. Probat, primo, quia peracto venditionis contractu, res empta intelligitur pertinere ad emptorem, vt si pereat ipsa pereat, non venditori; atqui non est æquum, vt totum periculum rei sit emptoris, & venditor interim fructus percipiat, esset enim inæqualis contrahendi conditio, vt potest, quia venditor ponitur extra omne periculum, emptor autem in periculo; ergo intentum. Secundo, quia si venditor possit in foro conscientie percipere illo modo vsuras pretij conuenti, iam vsuræ lucratorie essent licite, quod est absurdum; sequela probatur, quia perciperetur fructus præcisè propter dilationem solutionis pretij: percipere autem fructus ob eam dilationem præcisè, est vsuræ lucratoria, nempe ex mutuo saltem virtute luerum acquirere, quod est

illicitum, & omnes fatentur. Tertio, quia vel venditor patitur damnum ex dilatione pretij conuenti, vel non patitur: si patitur, quia, v. c. emptor est in mora soluendi, aliunde ei satisfiet, si damnum æstimetur, & æstimatio ei reddatur, si non patitur, non est æquum, vt exigat fructus, vel eorum compensationem, reiecto periculo in emptorem; vt cumque igitur res habeat, nisi simul periculum rei suscipere velit, non est cur fructus suscipiat.

Hæc opinio Lessij est valde probabilis; sed probabilem etiam iudico opinionem Couarruiæ, & Molinæ *locis supra allegatis*, & asserunt per eum contractum, quo quis vineam, v. c. vendit in gratiam emptoris, ea conditione, vt pretium sit in deposito, quovsque possessio aliqua inueniatur equalis bonitatis, quæ ex eo pretio ematur, & cum eo pacto, vt quovsque illa ematur, emptor teneatur reddere venditori annuam pensionem, quæ æquet fructus illius, deductis expensis, & æstimatione laboris, & industria in illis colligendis factis, statim transferri in emptorem dominium & periculum illius. Licet enim Lessius illam reiiciat ex eo quod non licet venditori reiecto periculo, in emptorem propter dilationem pretij exigere fructus rei, vel annuam pensionem illos æquantem, quia cernitur ibi mutuum implicitum, ratione cuius præcisè nihil potest ultra sortem accipi, tamen hoc fundamentum Lessij, non tollit probabilitatem opinionis Molinæ, & Couarruiæ, si rectè illi intelligantur, quia illi supponunt valorem & æstimationem illius periculi iam fuisse deductum in ipso venditionis contractu, in illo enim modo vendendi cum illo onere deducendi annuam pensionem, quæ valorem fructus vineæ exæquet, multominus res valebat, quam sine illo, & in hoc sensu intelligendi sunt Molina & Couarruias, & probabilis est illorum opinio.

15.

CAPVT XLVII.

Cui pereat res, aut deterior fiat, emptori ne, an venditori.

1. Si res empta post traditionem pereat, vel deterior fiat, etiam si pretium non sit solutum, emptoris perit.
2. Quid si ante traditionem pereat, aut deterior fiat.
3. Si rei culpa venditoris perit, aut deterior fiat, illi perit, & deterior fit.
4. Si res post acceptum pretium, aut concessa dilatione illius pereat, aut deterior fiat, & venditor in mora sit tradendi illam, venditori perit.
5. Quid si res eodem modo peritura erat apud emptorem, quo perijt apud venditorem.
6. Quid si partes conuenerunt, vt periculum ad venditorem pertineat.
7. Quid si res vendita antequam tradatur emptori, fisco addicatur, propter delictum aliquod venditoris.
8. Quid si venditor aliquid affirmauit de bonitate rei, v. c. vini, vel olei, quo emptor sibi persuasit plus duraturum, & ante traditionem deterioretur, vel pereat.
9. Quid quando venditio facta fuit scriptura publica, & ante factam scripturam, aut inceperam, vel post factam, non tamen lectam, res emptoris perit.

deducere, vt soluas mihi pretium vñs domus, vel equi, aut etiam opetatum serui, donec mihi satisfacias dato emptionis pretio.

11. Sequitur secundò, si domum tibi vendam, non habita fide de pretio, teneri te soluere vsuras pretij conuenti, etiam si in pactum id non deduxerim, quia censeri esse in mora; mora autem sua cuiuslibet est nociua, *reg. mora, de regul. iur. in 6.* & id iam probauimus *num. 4.*
12. Sequitur tertio, si vendam tibi domum mille aureis, posse me stipulari, in pactumque deducere, vt etiam si mihi offeras pretium, percipiam nihilominus fructus elocationis, donec inuenta fuerit alia res frugifera, quæ pretio comparetur, relicto intentione pretio in deposito, vel apud emptorem, vel prout emptori magis placuerit, ita Lessius *tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 23. dub. 13. num. 108.* Molina *tom. 2. de iustitia, disp. 368.* Et ratio est, quia possum vendere meam rem frugiferam, ea conditione, vt non fiat traditio antequam alia res frugifera inuenta fuerit, quam pro eodem pretio emam, & postea possum facere alium contractum, in quo emptori tradam rem, & in illum transferam dominium illius, & ius percipiendi fructus ex ea, ea conditione, vt tam pretium rei venditæ, quam fructus illius, seu pensio annua in deposito sint, & ad venditorem pertineant, quoad vsque rem aliam inueniam, quæ exæquet fructus illius.
13. Statuo quinto, quoties venditor absque alio pacto transfuit dominium rei in emptorem, habens pretium pro soluto, concessit ei terminum ad soluendum, toties potest emptor, etiam si post terminum datum, in mora sit soluendi pretium, non modo de iure Cæsareo, vt superiori conclusione diximus; sed in foro etiam conscientie sibi reseruare fructus rei emptæ, quin iuxta fructuum valorem, teneatur in conscientia compensare vsuras pretij conuenti; ita docet Couarruias *lib. 3. var. cap. 4. num. 5. corollario 5.* Molina *dicta disp. 368.* & Lessius citatus, qui bene hinc inferunt, venditorem in hoc casu solum posse exigere luerum cessans, damnumque emergens, quia nimirum hoc virtute mutui tempore debito ei non persoluitur. Et ratio huius rei est, quia, vt supra diximus, venditor in illo casu pro vtroque foro soli, & poli renunciare censetur priuilegio de vsuris compensatoriis accipiendis.
14. Statuo sexto, quando emptor nec pretium soluit, nec obrulit, nec venditor ei fidem de pretio habuit, tunc si nihil deductum est in pactum circa fructus percipiendos, peracto venditionis contractu, licet ius Cæsareum oppositum statuatur, omnes tamen fructus rei emptæ in foro conscientie ad emptorem pertinent, ita Syluester *verb. usura 2. quest. 11. dub. 13. num. 109.* cum Sancto Bernardino Senensi, Rosella, Archidiacono, & alijs, quos citat. Probat, primo, quia peracto venditionis contractu, res empta intelligitur pertinere ad emptorem, vt si pereat ipsa pereat, non venditori; atqui non est æquum, vt totum periculum rei sit emptoris, & venditor inter un fructus percipiat, esset enim inæqualis contrahendi conditio, vt potest, quia venditor ponitur extra omne periculum, emptor autem in periculo; ergo intentum. Secundo, quia si venditor possit in foro conscientie percipere illo modo vsuras pretij conuenti, iam vsuræ lucratorie essent licite, quod est absurdum; sequela probatur, quia perciperetur fructus præcisè propter dilationem solutionis pretij: percipere autem fructus ob eam dilationem præcisè, est vsuræ lucratoria, nempe ex mutuo saltem virtute luerum acquirere, quod est

illicitum, & omnes fatentur. Tertio, quia vel venditor patitur damnum ex dilatione pretij conuenti, vel non patitur: si patitur, quia, v. c. emptor est in mora soluendi, aliunde ei satisfiet, si damnum æstimetur, & æstimatio ei reddatur, si non patitur, non est æquum, vt exigat fructus, vel eorum compensationem, reiecto periculo in emptorem; vt cumque igitur res habeat, nisi simul periculum rei suscipere velit, non est cur fructus suscipiat.

Hæc opinio Lessij est valde probabilis; sed probabilem etiam iudico opinionem Couarruiæ, & Molinæ *locis supra allegatis*, & asserunt per eum contractum, quo quis vineam, v. c. vendit in gratiam emptoris, ea conditione, vt pretium sit in deposito, quovsq; possessio aliqua inueniatur equalis bonitatis, quæ ex eo pretio ematur, & cum eo pacto, vt quovsq; illa ematur, emptor teneatur reddere venditori annuam pensionem, quæ æquet fructus illius, deductis expensis, & æstimatione laboris, & industria in illis colligendis factis, statim transferri in emptorem dominium & periculum illius. Licet enim Lessius illam reiiciat, ex eo quod non licet venditori reiecto periculo, in emptorem propter dilationem pretij exigere fructus rei, vel annuam pensionem illos æquantem, quia cernitur ibi mutuum implicitum, ratione cuius præcisè nihil potest ultra sortem accipi, tamen hoc fundamentum Lessij, non tollit probabilitatem opinionis Molinæ, & Couarruiæ, si rectè illi intelligantur, quia illi supponunt valorem & æstimationem illius periculi iam fuisse deductum in ipso venditionis contractu, in illo enim modo vendendi cum illo onere deducendi annuam pensionem, quæ valorem fructus vineæ exæquet, multominus res valebat, quam sine illo, & in hoc sensu intelligendi sunt Molina & Couarruias, & probabilis est illorum opinio.

15.

CAPVT XLVII.

Cui pereat res, aut deterior fiat, emptori ne, an venditori.

1. Si res empta post traditionem pereat, vel deterior fiat, etiam si pretium non sit solutum, emptoris perit.
2. Quid si ante traditionem pereat, aut deterior fiat.
3. Si rei culpa venditoris perit, aut deterior fiat, illi perit, & deterior fit.
4. Si res post acceptum pretium, aut concessa dilatione illius pereat, aut deterior fiat, & venditor in mora sit tradendi illam, venditori perit.
5. Quid si res eodem modo peritura erat apud emptorem, quo perijt apud venditorem.
6. Quid si partes conuenerunt, vt periculum ad venditorem pertineat.
7. Quid si res vendita antequam tradatur emptori, fisco addicatur, propter delictum aliquod venditoris.
8. Quid si venditor aliquid affirmauit de bonitate rei, v. c. vini, vel olei, quo emptor sibi persuasit plus duraturum, & ante traditionem deterioretur, vel pereat.
9. Quid quando venditio facta fuit scriptura publica, & ante factam scripturam, aut inceperam, vel post factam, non tamen lectam, res emptoris perit.

10 Si venditio fiat in genere, ut si quis alteri vendat unum equum, aut iumentum in communi, non designando hunc, aut illum, aut decem oves de illo grege, & pereat grex, periculum spectat ad venditorem, & tenetur tradere decem emptori. Idem de equo.

11 Quid si vendatur incertum de certis, ad quem spectet tunc periculum, ad emptorem ne, an ad venditorem, veluti si vendantur tot amphorae vini ex illo dolio, & dolium pereat, aut deterioretur.

12 Quid si venditio fiat, v. c. Vendo tibi illud dolium vini quatuor regalibus pro singulis amphorae, tunc quidem periculum, aut deterioratio rei antequam tradatur, aut mensurentur amphorae, aut ponderetur lana, si pro singulis ponderibus detur tantum pretium, ad venditorem spectat.

13 An debeatur gabella ante mensurationem amphorarum, aut ponderationem lanarum.

14 An gabella debeatur gabellario, qui erat tempore, quo celebratus fuit contractus, an tempore quo mensuratio, & ponderatio facta est. ibid.

15 Periculum spectat ad eum, qui fuit in mora implendi contractum.

16 Proprietas, & solvantur alia dubia ad hanc materiam spectantia.

1. **S**TA PRIMO, si res empti post traditionem pereat, vel deterior fiat, etiam si pretium non sit solutum, emptori perit, & deterior redditur, non venditori. haec est certa: ita docet Molina tom. 2. de iust. disp. 366. in §. 1. & tom. 1. disp. 3. Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 12. num. 54. Syluester verb. emptio. num. 3. Covarruvias practica 2. ap. 3. num. 5. & alij communiter. Et ratio est, primo, quia per traditionem translatum est dominium in emptorem: res autem domino suo perit, deteriorve redditur. Secundo, quia traditio non est nisi alicuius rei singularis, & determinatae in individuo, ut loquuntur Theologi, vel in specie ut loquuntur Iurisperiti. Quando autem res aliqua certa, & determinata in individuo venditur, & traditur emptori, statim periculum illius ad emptorem spectat, ut statim videbimus. Ergo etiam illi fructificabit, & illius erit, nisi aliter fuerit conventum. patet ex l. quod saepe, §. in his ff. de contrah. empt. & ex l. 1. §. sequenti, C. de periculo, & commodo rei vendita.

2. Statuo secundo, si res pereat, aut deterior fiat ante traditionem, peracto perfecto venditionis contractu, & sit res certa, & determinata in individuo, seu in specie, ut hoc mancipium, hoc praedium, hic equus, haec domus, hoc oleum vini, vel olei, emptori perit, deteriorque sit, non venditori, nisi aliter expressè inter partes fuerit conventum, unde non tenetur venditor illius pretium restituere, similiter illius incrementum ad emptorem etiam pertinet: ita Molina tom. 2. de iust. disp. 366. §. tertio loco. Lessius tom. 1. lib. 2. cap. 21. dub. 12. num. 96. Rebellus de obligat. iust. part. 2. lib. 9. quest. 13. n. 1. & 2. Reginald in praxi fori parit. lib. 25. num. 350. Mantica de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 28. num. 8. Salas de contract. tract. de emptio. dub. 50. Syluester verb. emptio. num. 3. Covar. de pract. quest. cap. 3. num. 5. Anton. Gom. Ignatius de Lafatte, & alij, quos citat Molina, & habetur expressè in novis ordinationibus Lusitaniae lib. 4. tit. 8. §. primo, & num. 6. & in §. cum autem, Instit. de empt. & vend. & in l. id quod initio. ff. de periculo & commodo rei vendita, §. l. 23. tit. 5. part. 5. Et ratio est, tum quia

ita consentaneè ad rectam rationem disponunt iura; cum enim venditor consummato eo contractu solum constituatur debitor rei determinatae, ac singularis, & emptor acquirat ius ad eam pro pretio, quod dat, ut quod ab eo expectatur concessa dilatione, merito sancitum est, ut si illa casu aliquo fortuito absque culpa venditoris pereat, aut deterior fiat, emptori pereat. Deinde, quia venditio rei determinatae, absolute loquendo, sufficiens est, spectato iure gentium ad transferendum dominium in emptorem ante traditionem, nam quod realiter dominium non transferatur ante traditionem, id provenit ex dispositione iuris civilis, quod ob certas causas ad vitandas lites id statuit, non tamen per hoc voluit ius civile impedire, quin ante traditionem omnia rei commoda, & incommoda ad emptorem pertineant, per inde ac si dominium translatum esset, & ideo, etsi impediatur dominium, non tamen impedit effectum, qui ex illo sequitur, quia mens contrahentium est, ut statim res cum omnibus commodis illius ad emptorem pertineant, nisi aliter, ut dixi, expressum sit.

3. Excipiuntur tamen aliqui eventus, in quibus periculum pertineat ad venditorem.

Primum est, si res culpa venditoris perit, aut deterior fit, quia, v. c. non posuit debitam diligentiam in illa custodienda; est enim venditor tunc tamquam rei custos, ac procurator, & ideo tenetur de dolo & culpa lata, & levi, non tamen leuissima, eo quod contractus in commodum utriusque, emptoris scilicet, & venditoris factus sit: ita habetur l. quod saepe, §. si res. ff. de contrahend. empt. & l. si vendita. ff. de periculo, & commodo rei vendita, & ita docent Molina, & Lessius citati. Neque obstat quod l. custodiam, ff. de periculo, & commodo rei vendita, dicatur, teneri venditorem ad eam diligentiam, ad quam tenetur commodatarius circa rem commodatam: commodatarius autem tenetur de leuissima culpa, ut certum est apud omnes. Nam lex illa loquitur de commodatario, quando res fuit illi accommodata gratis, & absque ullo pretio, & tunc verum est, teneri etiam de culpa leuissima, si quidem contractus solum fuit factus in suum commodum: at verò cum contractus venditionis fiat tam in commodum ementis, quam vendentis: sequitur, ut in nostro casu, teneatur solum ipse venditor de culpa levi, & lata, non tamen leuissima, & in hac re videntur convenire, Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 32. Syluester verb. emptio. quest. 2. dist. 7. & 8. Molina id expressè docet tom. 2. disp. 366. in sequenti habetur in novis Ord. Lusitaniae lib. 4. tit. 8. n. 2.

4. Secundus casus est, quando venditor in mora fuit tradenda rei venditae; tunc enim, etiam si casu fortuito res pereat, aut deterior fiat, venditori perit, sitque deterior non emptori, colligitur ex l. illud ff. de periculo, & commodo rei vend. patet ex nostris ordin. loco citato, docet Lessius tom. 1. lib. 2. sup. 21. dub. 12. num. 96. sine, ubi citat Syluestrum verb. emptio. q. 2. docet quoque Molina citatus §. quarto loco, ratio est, quia mora nocet ei per quem fit.

5. Quid autem dicendum sit, si res eodem modo peritura erat apud emptorem, quo perit, vel deterior facta est apud venditorem, diximus alibi, & certè res est dubia, nam Syluester verb. emptio. q. 2. dist. 9. ait, si res eodem modo peritura erat apud emptorem, quamvis venditor in mora fuerit eam illi tradendi, in foro poli, perire emptori, in foro verò soli perire venditori, & in hanc sententiam inclinat Mol. dist. disp. 366. §. secundus, & disp. 295. & huius sententiae est etiam glossa §. cum autem, Institut. de empt. & vend. quae addit in utroque foro soli,

folli, & poli id verum esse, & hæc opinio glossæ pro utroque foro est valde probabilis, illud certum est, si post primam venditoris moram ipse venditor purgavit se ab illa, rem offerendo, ipseque emptor in mora fuit recipiendi rem venditam, tunc perire emptori, ut notavit egregie Molina citatus. Et ratio est, quia semper res ei perit, qui ultimò in mora culpabili est, ut disponitur in l. illud, ff. de periculo, & commod. rei vendita, & l. si per emptorem, ff. de act. empt. vide Ordinatio. novas Lusitanie, lib. 4. tit. 8. num. 2.

6. Tertius casus est, quando in contractu venditionis conventum est expressè inter partes contrahentes, ut periculum ad venditorem pertineat, eo enim ipso tunc ad illum spectabit, ita sumitur ex l. in venditione, ff. de per. & com. rei vend. & disponitur in novis Ordinationibus Lusitanie lib. 4. tit. 8. num. 8. docet Molina tom. 2. de iust. disp. 366. §. tertius.

7. Quartus est, quando res vendita, antequam tradatur, confiscatur ob delictum venditoris, tunc enim non peribit emptori, sed restituendum illi est suum pretium, si illud iam soluerat. Et idem est, si res vendita, antequam tradatur, accipiatur à Rege, ob aliquam necessitatem, vel domus prope muros ædificata destruat à ministris Regiis tempore belli, ne ex illa hostes aduentantes muris noceant. ita idem Molina citatus, §. quartus, & Ord. Lusitania lib. 4. tit. 8. n. 4. in novis, habeturque in l. si fundus, l. loca. ita Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 25. n. 353. in principio. Rebello de obligat. iust. part. 2. lib. 9. quest. 15. num. 25.

8. Quintus est, si venditor aliquò affirmavit de bonitate vini, aut olei, quo emptor sibi persuasit plus dataturum propter bonitatem, & ante traditionem in peius mutetur, deterioreturque: tunc enim peribit venditori. Idem est si venditor sciebat illud non duraturum, nec admonuit emptorem ad quem periculum illius iam pertinebat; si enim ante traditionem deterius fiat, peribit venditori: ita habetur l. si vina, ff. de pericul. & commod. rei vend. & l. 39. tit. 5. part. 5. docetque Molina tom. 2. disp. 366. §. quintus.

9. Sextus est, quando venditio de consensu partium facta fuerit, scriptura publica, & antequam nota scripturæ consummata fuerit, licet sit iam incepta res pereat, aut deterior fiat, venditori quidem perit, & sit deterior, non verò emptori. ita habetur expressè in novis Ord. Lusitanie lib. 4. tit. 8. num. 3. confecta tamen scriptura, omne periculum rei ad emptorem pertinet, non ad debitorem, etiamsi nòdum sibi tradita fuerit, ut ibidem disponitur, sic Reginaldus in praxi fori panis, lib. 25. num. 250. vers. tertium. ubi ait intelligi perfectam esse scripturam, si contrahentibus recitata lecta fuerit, quod idem sumitur ex l. contractus, ff. de pignaribus.

10. Statuo tertio, si venditio fiat in genere, ut loquantur Iurista, seu si res, quæ venditur, sit indeterminata, ut Theologi loquuntur, ut si quis alteri vendat equum, aut iumentum, non dicendo, nec determinando qualem, item si quis ex grege suo vendat decem oves, vel boues, non designando illos, si pereat omnis grex, ex quo intendebat solvere, vel deterior fiat, omne periculum spectat ad venditorem, non ad emptorem, ac proinde quamvis pereant omnes, tenetur venditor quærere alios, quos solvat, nisi emptor pretio contentus sit: ita Lessius tom. 1. de iust. lib. 2. cap. 21. dub. 12. num. 97. Molina tom. 2. disp. 366. §. hoc ita. Syluester verb. emptio. num. 3. dicto 4. Gregorius Lopez l. 24. tit. 5. part. 4. Antonius Gomez tom. 1. variarum. cap. 2. num. 32. patet ex l. in ratione, §. diligenter. vers. in-

certa. ff. ad legem falcid. & ex l. incendium, C. si cerzum petatur. Et fundamentum est, quia ex illo venditionis contractu nullius rei emptor in particulari dominium comparavit, aut ius, sed tantum comparavit ius, ut sibi traderentur decem oves, decem boues, unus equus, unum iumentum, atque sibi traderentur res illius speciei, & qualitatis, unde aded comparavit ius, ut sit, ut etiam venditor nullius rei in particulari constituatur debitor, ac proinde si pereunt, sit, ut omnes venditori pereant, manèdo semper eadè obligatione in ipso venditore.

Statuo quarto, si vendatur incertum de certis, v. c. decem oves de duobus, vel tribus gregibus, non designando quales, tot pondera lanæ ex certo aceruo illius, tot mensuræ tritici ex tali horreo, aut aceruo, tot amphoræ vini ex tali dolio; tot cadi olei ex tali vaso, tunc si illa omnia pereant, ex quibus ista venduntur, absque venditoris culpa, v. c. si pereant segetes, greges, aceruus, dolium, vasum, liber manet venditor ab implèdo contractu, solùque tenetur solvere pretium, quod accepit, & ipse emptor tantum poterit in iudicio repetere suum pretium, ita Syluester, & Molina allegatis locis supra. patetque ex citata lege, in ratione, §. incerta. Et ratio est, quia venditor designando certas res, ex quibus solvere se obligavit, non tenetur implete contractum, nisi ex illis, quas designavit, & nominavit; quam ob rem si illæ pereant, ab implerione illius manet liber, & tantum pretium, si quod accepit, tenetur solvere.

Statuo quinto similiter, si res aliqua determinanda tota, & integra ad mensuram vendatur, v. c. si dicatur: Vendo tibi hoc dolium vini quatuor regalibus argenteis pro vnaquaque mensura. Vendo tibi totum hoc horreum, aut totum hunc aceruum tritici sex regalibus pro vnaquaque mensura: Vendo tibi hunc agrum 20. aureis pro quolibet iugere, Vendo tibi totum hunc gregem medio ducatu pro quolibet pecore, tunc periculum rei emptor antequam tradatur, & mensuretur, aut numeretur, pertinet ad venditorem: facta autem traditione, mensurationeque pertinet ad emptorem. ita Lessius tom. 1. de iustitia, lib. 2. cap. 21. dub. 12. à num. 97. Molina tom. 2. de iustitia, disp. 366. num. 11. Syluester verb. emptio, dicto 4. num. 3. habetur expressè in l. quod sapit, §. in iis, iuncto vers. sed & si ex dolario. Ratio est, quia quando res ad mensuram venditur, emptor censetur singulæ amphoræ, singulæ mensuræ, &c. sub tacita, & implicita conditione, si dimensio, ponderatio, aut mensuratio (quæ sunt quædam traditiones) fiant; non censetur autem perfecta venditio antequam conditio sit impleta: consentit Conartuuias de pract. quest. 2. cap. 3. num. 56. & est communis sententia, & habetur expressè, in novis Ordinat. Lusitanie lib. 4. tit. 8. num. 5. ibi, quòd si vendita fuerit quantitas aliqua, quæ mensuranda sit, gustanda, aut ponderanda, veluti vinum, oleum, aut aromata, vel alia similia, totum periculum, quod contigerit, antequam mensurata, gustata, aut ponderata res sit, pertinet ad venditorem: post mensurationem autem ad emptorem pertinebit. Et præter auctores citatos, ita docet Reginaldus in praxi fori panis, lib. 15. num. 353. Rebello de obligat. iust. part. 2. lib. 9. quest. 15. à n. 5. Morla in emporio iuris, p. 1. tit. 9. praludio 103. Picardus §. cum autem, num. 12. Instit. de empt. Gattierrez pract. lib. 3. q. 94. n. 15.

Dubitabis tamen, an quando totum dolium venditur ad rationem tanti pretij pro singulis mensuris, dicenda sit venditio ad corpus, an ad mensuram, nam Baldus, & Paulus de Castro ad leg. 2. C. de

11.

12.